





**DANIEL C. JACKLING LIBRARY**  
**IN THE**  
**FIELD OF RELIGION**









PRÆLECTIONES

JURIS CANONICI





~~1921~~ - PRÆLECTIONES  
V-2

# JURIS CANONICI

AUCTORE

M. BARGILLIAT

---

EDITIO XXXIV

Ad Canones novi Codicis redacta

---

« Nulli sacerdotum liceat canones  
ignorare. »

(*Can. 4, dist. 38.*)

~~~~~  
TOMUS SECUNDUS  
~~~~~

PARISIIS

APUD BASTON, BERCHE ET PAGIS

(olim BERCHE ET TRALIN)

Via dicta de Rennes, 69

1921

NIHIL OBSTAT.

Corisopiti, die 14 martii, 1920

Y. LE ROY,  
*ensor. lib.*

---

IMPRIMATUR.

Corisopiti, die 15 martii, 1920

† ADOLPHUS,  
*Ep. Corisopiten. et Leonen.*

# INDEX

## HUJUS VOLUMINIS

### TRACTATUS V

#### DE EPISCOPORUM CONSILIARIIS ET MINISTRIS

<b>CAPUT I. — De Capitulis canonicorum.</b>	1
<i>Art. I.</i> De origine et natura Capitulorum . . . . .	1
<i>Art. II.</i> De erectione Capitulorum cathedralium . . . . .	6
<i>Art. III.</i> De canonicatum collatione. . . . .	8
<i>Art. IV.</i> De statutis capitularibus . . . . .	9
<i>Art. V.</i> De dignitatibus et officiis Capituli . . . . .	11
<i>Art. VI.</i> De cœtu capitulari . . . . .	14
<i>Art. VII.</i> De obligationibus et juribus Canonicorum . . . . .	15
<i>Art. VIII.</i> De Consultoribus diœcesanis . . . . .	21
<b>CAPUT II. — De Curia diœcesana.</b>	23
<i>Art. I.</i> De Vicario generali . . . . .	23
<i>Art. II.</i> De Cancellario aliisque notariis, et archivo episcopali . . . . .	26
<i>Art. III.</i> De Examinatoribus synodalibus et parochis . consultoribus . . . . .	30
<b>CAPUT III. — De Vicariis foraneis</b>	33

### TRACTATUS VI

#### DE EPISCOPALI SEDE IMPEDITA AUT VACANTE

<b>CAPUT I. — De sede impedita</b>	36
<b>CAPUT II. — De administratione diœcesis, sede vacante</b>	37
<i>Art. I.</i> De officio Capituli, sede episcopali vacante . . . . .	37
<i>Art. II.</i> De Vicarii capitularis deputatione . . . . .	39
<i>Art. III.</i> De potestate Capituli et Vicarii capitularis, sede vacante . . . . .	41
<i>Art. IV.</i> De cessatione potestatis Vicarii capitularis . . . . .	44

## TRACTATUS VII

## DE PAROCHO ET VICARIIS PARŒCIALIBUS

<b>CAPUT I. — De recta notione parochiatus . . . . .</b>	<b>45</b>
<i>Art. I.</i> De origine officii parochorum . . . . .	45
<i>Art. II.</i> De indole officii parochorum . . . . .	47
<i>Art. III.</i> De iis qui potestati parochorum subduntur . . . . .	50
<b>CAPUT II. — De erectione parœciarum . . . . .</b>	<b>54</b>
<i>Art. I.</i> De divisione et dismembratione parœciarum . . . . .	54
<i>Art. II.</i> De unione et translatione parœciarum . . . . .	56
<b>CAPUT III. — De institutione parochorum . . . . .</b>	<b>59</b>
<i>Art. I.</i> De jure nominandi et instituendi parochos . . . . .	59
<i>Art. II.</i> De requisitis in promovendo ad officium parochiale . . . . .	61
<b>CAPUT IV. — De juribus et officiis parochi quoad sacramenta . . . . .</b>	<b>63</b>
<i>Art. I.</i> De sacramentis in genere . . . . .	63
<i>Art. II.</i> De juribus et officiis parochi quoad Baptismum . . . . .	66
<i>Art. III.</i> De SS. Eucharistiæ sacramento . . . . .	76
<i>Art. IV.</i> De sacramento Pœnitentiæ . . . . .	85
<i>Art. V.</i> De Extrema Unctione . . . . .	99
<i>Art. VI.</i> De Matrimonio . . . . .	101
<b>CAPUT V. — De jure parochi quoad funeralia . . . . .</b>	<b>135</b>
<i>Art. I.</i> De funeris ecclesia . . . . .	135
<i>Art. II.</i> De ipso funere seu exsequiis . . . . .	138
<i>Art. III.</i> De cadaveris tumulatione seu depositione . . . . .	140
<i>Art. IV.</i> De iis quibus deneganda est sepultura ecclesiastica . . . . .	142
<i>Art. V.</i> De indice funeralium taxarum . . . . .	145
<b>CAPUT VI. — De aliis juribus et officiis parochorum . . . . .</b>	<b>147</b>
<i>Art. I.</i> De residentia parochorum . . . . .	147
<i>Art. II.</i> De obligatione parochi quoad sacrum Missæ sacrificium . . . . .	151
<i>Art. III.</i> De catechetica institutione . . . . .	167
<i>Art. IV.</i> De sacris concionibus . . . . .	169
<i>Art. V.</i> De agnoscendis et tuendis ovibus . . . . .	173
<i>Art. VI.</i> De cura et visitatione infirmorum . . . . .	179
<i>Art. VII.</i> De modo procedendi contra parochum in adimplendis parœcialibus officiis negligentem . . . . .	181
<i>Art. VIII.</i> De administratione temporali parœciarum . . . . .	182

<b>CAPUT VII. — De amissione officii parochialis.</b>	185
<i>Art. I.</i> De amovibilitate parochorum in genere	185
<i>Art. II.</i> De modo procedendi in remotione parochorum inamovibilium	187
<i>Art. III.</i> De modo procedendi in remotione parochorum amovibilium	190
<i>Art. IV.</i> De modo procedendi in translatione parochorum	192
<b>CAPUT VIII. — De Vicariis parœcialibus</b>	193
<i>Art. I.</i> De Vicariis cooperantibus	193
<i>Art. II.</i> De Vicariis curatis	196
<i>Art. III.</i> De Vicario œconomò.	197
<i>Art. IV.</i> De Vicariis adjutoribus	198
<b>CAPUT IX. — De ecclesiarum Rectoribus et de Cappellanis</b>	199
<i>Art. I.</i> De ecclesiarum Rectoribus	199
<i>Art. II.</i> De Cappellanis militum et navium.	201

## TRACTATUS VIII

## DE RELIGIOSIS

<b>CAPUT I. — De ipso statu religioso</b>	206
<i>Art. I.</i> De natura status religiosi	206
<i>Art. II.</i> De votorum sollemnitate	211
<b>CAPUT II. — De approbatione Institutorum et domorum erectione</b>	214
<i>Art. I.</i> De Institutorum approbatione	214
<i>Art. II.</i> De erectione et suppressione domorum	217
<b>CAPUT III. — De admissione in religionem.</b>	219
<i>Art. I.</i> De postulatu	219
<i>Art. II.</i> De requisitis ut quis in novitiatum admittatur	220
<i>Art. III.</i> De novitiorum institutione	225
<i>Art. IV.</i> De professione religiosa	231
<b>CAPUT IV. — De obligationibus religiosorum</b>	236
<i>Art. I.</i> De obligationibus ex voto castitatis	236
<i>Art. II.</i> De obligationibus ex voto paupertatis.	237
<i>Art. III.</i> De obligationibus ex voto obedientiæ	241
<i>Art. IV.</i> De obligatione servandi regulam	242
<i>Art. V.</i> De obligatione clausuram servandi.	245
<i>Art. VI.</i> De ratione studiorum in religionibus clericalibus	249

<i>Art. VII.</i>	De religiosis ad ecclesiasticam dignitatem promotis vel parœciam regentibus . . . . .	251
<i>Art. VIII.</i>	De religiosis stipem quærentibus . . . . .	253
<b>CAPUT V. — De religionum regimine . . . . .</b>		<b>255</b>
<i>Art. I.</i>	De natura et objecto potestatis apud religiosos existentis . . . . .	255
<i>Art. II.</i>	De subjecto hujus potestatis . . . . .	258
<i>Art. III.</i>	De visitatione canonica . . . . .	263
<i>Art. IV.</i>	De bonorum temporalium administratione . . . . .	265
<b>CAPUT VI. — De privilegiis religiosorum . . . . .</b>		<b>268</b>
<i>Art. I.</i>	De privilegiis religiosorum in genere . . . . .	268
<i>Art. II.</i>	De exemptione religiosorum . . . . .	269
<b>CAPUT VII. — De Confessariis et cappellanis . . . . .</b>		<b>273</b>
<i>Art. I.</i>	De religiosorum confessariis . . . . .	273
<i>Art. II.</i>	De religiosarum confessariis . . . . .	274
<b>CAPUT VIII. — De egressu e religione . . . . .</b>		<b>278</b>
<i>Art. I.</i>	De indultis manendi extra claustra . . . . .	278
<i>Art. II.</i>	De transitu ad aliam religionem . . . . .	280
<i>Art. III.</i>	De apostatis et fugitivis . . . . .	281
<b>CAPUT IX. — De dimissione religiosorum . . . . .</b>		<b>283</b>
<i>Art. I.</i>	De dimissione religiosorum qui vota temporaria nuncuparunt . . . . .	283
<i>Art. II.</i>	De dimissione religiosorum qui vota perpetua nuncuparunt in religione clericali non exempta, vel in religione laicali . . . . .	284
<i>Art. III.</i>	De processu judiciali in dimissione religiosorum qui vota perpetua, sive sollemnia sive simplicia, nuncuparunt in religione clericali exempta . . . . .	286
<i>Art. IV.</i>	De religiosis dimissis qui vota perpetua nuncuparunt . . . . .	289
<b>CAPUT X. — De societatibus viventium in communi absque votis . . . . .</b>		<b>291</b>

## TRACTATUS IX

## DE LAICIS

<b>CAPUT I. — De fidelium associationibus in genere . . . . .</b>		<b>293</b>
<b>CAPUT II. — De fidelium associationibus in specie . . . . .</b>		<b>300</b>
<i>Art. I.</i>	De tertiis ordinibus sæcularibus . . . . .	300
<i>Art. II.</i>	De confraternitatibus et piis unionibus . . . . .	302

<i>Art. III.</i>	De archiconfraternitatibus et primariis unionibus. . . . .	305
------------------	--	-----

## TRACTATUS X

## DE REBUS ECCLESIASTICIS

<b>CAPUT I. — De rebus et locis sacris in genere . . . . .</b>	<b>307</b>
<b>CAPUT II. — De ecclesiis . . . . .</b>	<b>311</b>
<i>Art. I.</i>	De ecclesiarum notione . . . . . 311
<i>Art. II.</i>	De ædificandis et reparandis ecclesiis . . . . . 313
<i>Art. III.</i>	De oratoriis . . . . . 315
<i>Art. IV.</i>	De consecratione et benedictione ecclesiarum. . . . . 317
<i>Art. V.</i>	De ecclesiarum exsecratione, violatione et reconciliatione . . . . . 320
<i>Art. VI.</i>	De immunitate ecclesiarum . . . . . 322
<i>Art. VII.</i>	De dominio et usu sacrarum ædium, ad trami- tem juris civilis in Gallia . . . . . 324
<b>CAPUT III. — De altaribus . . . . .</b>	<b>330</b>
<i>Art. I.</i>	De notione altaris. . . . . 330
<i>Art. II.</i>	De altarium consecratione . . . . . 332
<i>Art. III.</i>	De altarium exsecratione . . . . . 334
<b>CAPUT IV. — De sacra suppellectili . . . . .</b>	<b>336</b>
<i>Art. I.</i>	De vasis sacris et aliis utensilibus . . . . . 336
<i>Art. II.</i>	De campanarum benedictione et usu . . . . . 339
<b>CAPUT V. — De cœmeteriis . . . . .</b>	<b>343</b>
<i>Art. I.</i>	De origine cœmeteriorum . . . . . 343
<i>Art. II.</i>	De jure ecclesiæ quoad sepulturas . . . . . 345
<i>Art. III.</i>	Legislatio civilis quoad cœmeteria et sepul- turas. . . . . 350
<b>CAPUT VI. — De bonis Ecclesiæ temporalibus in genere . . . . .</b>	<b>359</b>
<i>Art. I.</i>	De bonorum ecclesiasticorum acquisitione . . . . . 359
<i>Art. II.</i>	De subjecto domini ecclesiastici . . . . . 364
<i>Art. III.</i>	De inviolabilitate bonorum ecclesiasticorum. . . . . 366
<i>Art. IV.</i>	De immunitate bonorum ecclesiasticorum. . . . . 374
<i>Art. V.</i>	De administratione bonorum ecclesiasticorum. . . . . 375
<i>Art. VI.</i>	De contractibus . . . . . 379
<b>CAPUT VII. — De rebus Ecclesiæ temporalibus in specie . . . . .</b>	<b>385</b>
<i>Art. I.</i>	De primitiis et decimis . . . . . 385
<i>Art. II.</i>	De piis foundationibus . . . . . 386
<i>Art. III.</i>	De beneficiis . . . . . 391


## TRACTATUS XI

## DE JUDICIIS

<b>CAPUT I. — De tribunalium ecclesiasticorum ordinatione.</b>	402
<i>Art. I.</i> De foro competenti . . . . .	402
<i>Art. II.</i> De variis tribunalium gradibus et speciebus . . . . .	405
<i>Art. III.</i> De tribunalium constitutione . . . . .	407
<i>Art. IV.</i> De disciplina in tribunalibus servanda . . . . .	409
<b>CAPUT II. — De partibus in causa</b> . . . . .	417
<i>Art. I.</i> De actore et de reo convento . . . . .	417
<i>Art. II.</i> De procuratoribus ad lites et advocatis . . . . .	419
<b>CAPUT III. — De actionibus et exceptionibus</b> . . . . .	422
<i>Art. I.</i> De rei sequestratione, et inhibitione exercitii juris <sup>1</sup> . . . . .	422
<i>Art. II.</i> De actionibus ex novi operis nuntiatione et damno infecto . . . . .	423
<i>Art. III.</i> De actionibus ob nullitatem actorum . . . . .	424
<i>Art. IV.</i> De actionibus rescissoriis et de restitutione in integrum . . . . .	424
<i>Art. V.</i> De mutuis petitionibus, seu de actionibus reconventionalibus. . . . .	425
<i>Art. VI.</i> De actionibus seu remediis possessoriiis . . . . .	426
<i>Art. VII.</i> De ordine cognitionum . . . . .	427
<i>Art. VIII.</i> De extinctione actionum . . . . .	428
<b>CAPUT IV. — De causæ introductione</b> . . . . .	430
<i>Art. I.</i> De libello litis introductorio. . . . .	430
<i>Art. II.</i> De citatione et denuntiatione actorum judicialium . . . . .	431
<b>CAPUT V. — De litis instantia</b> . . . . .	434
<i>Art. I.</i> De litis contestatione. . . . .	434
<i>Art. II.</i> De interruptione aut extinctione actionis . . . . .	436
<b>CAPUT VI. — De probationibus</b> . . . . .	438
<i>Art. I.</i> De confessione partium et de interrogationibus ipsis in judicio faciendis . . . . .	438
<i>Art. II.</i> De testibus et attestationibus . . . . .	440
<i>Art. III.</i> De peritis . . . . .	448
<i>Art. IV.</i> De accessu et recognitione judiciali . . . . .	449
<i>Art. V.</i> De probatione per instrumenta . . . . .	450
<i>Art. VI.</i> De præsumptionibus . . . . .	452
<i>Art. VII.</i> De jurejurando partium . . . . .	452



<b>CAPUT VII. — De causis incidentibus . . . . .</b>	<b>455</b>
<i>Art. I.</i> De contumacia . . . . .	455
<i>Art. II.</i> De interventu tertii in causa . . . . .	456
<i>Art. III.</i> De attentatis lite pendente . . . . .	457
<b>CAPUT VIII. — De causæ discussione et sententia proferenda . . . . .</b>	<b>458</b>
<i>Art. I.</i> De processus publicatione, de conclusione in causa et de causæ discussione . . . . .	458
<i>Art. II.</i> De sententia et re judicata . . . . .	460
<b>CAPUT IX. — De juris remediis contra sententiam . . . . .</b>	<b>464</b>
<i>Art. I.</i> De appellatione . . . . .	464
<i>Art. II.</i> De querela nullitatis contra sententiam . . . . .	466
<i>Art. III.</i> De oppositione tertii . . . . .	467
<i>Art. IV.</i> De restitutione in integrum . . . . .	468
<b>CAPUT X. — De executione sententiæ et expensis judicialibus . . . . .</b>	<b>469</b>
<i>Art. I.</i> De executione sententiæ . . . . .	469
<i>Art. II.</i> De expensis judicialibus et gratuito patrocinio . . . . .	470
<b>CAPUT XI. — De peculiaribus normis in certis quibusdam ju- diciis servandis . . . . .</b>	<b>473</b>
<i>Art. I.</i> De judicio criminali . . . . .	473
<i>Art. II.</i> De causis matrimonialibus . . . . .	478
<i>Art. III.</i> De causis contra sacram Ordinationem . . . . .	483
<b>Index analytico-alphabeticus . . . . .</b>	<b>485</b>



# TRACTATUS V

## DE EPISCOPORUM CONSILIARIIS ET MINISTRIS



Scilicet : de Capitulis canonicorum et de Consultoribus diœcesanis ;  
— de Curia episcopali ; — et de Vicariis foraneis.

### CAPUT I

#### DE CAPITULIS CANONICORUM

Nempe : de origine et natura Capitulorum ; — de creatione Capitulorum cathedralium, et canonicatum collatione ; — de statutis capitularibus ; — de dignitatibus et officiis Capituli ; — de juribus et obligationibus Canonicorum ; — de ipsorum prærogativis quoad præcedentiam et insignia.

### ARTICULUS I

#### DE ORIGINE ET NATURA CAPITULORUM

##### 799. I. **Canonicorum nomen :**

a) Fuit omnibus *olim* clericis *commune*, quia scilicet per sacram Ordinationem adscripti erant *canoni*, seu *matriculæ* ecclesiæ, cujus sumptu alebantur. — Cf. *conc. Nicæn., can. 16* ; — et *conc. Antioch., c. 2*. — Ex his nonnulli *consilium* Episcopi efformabant.

b) *Mediis autem sæculis*, Canonici dicti sunt clerici qui *communem quodammodo vitam* sub certa *regula* traducebant. — Hoc sensu *Chrodegangus*, Metensis Episcopus, octavo sæculo, primus, ut videtur, Canonicos instituit, clericos videlicet quos, nullis emissis votis, in unam societatem coegit, quibusque regulam dedit ab Institutis monasticis ferme depromptam.

Hæc regula in plerisque cathedralibus ecclesiis, quin etiam in multis parochialibus, recepta est. Et *Canonici cathedrales* dicti sunt qui in ecclesiis cathedralibus, et *Canonici collegiales* qui in parochialibus et minoribus ecclesiis eam regulam tenebant.

c) Verum, a *sæculo decimo*, illud communis vitæ institutum nutare cœpit, et sensim corrui.

Non omnes tamen clerici ab ea vivendi forma récesserunt ; nam aliqui clericalem statum cum vita monastica conjunxerunt, et propterea *Canonici regulares* appellati sunt.

Alii autem clerici qui, abjecta vita communi, suis in domibus singularem vitam agebant, *Canonici sæculares* dicti fuerunt. — *Devoti, Institut. can., lib. 1, tit. 3, sect. 7* ; — *Soglia, Instit. jur. priv., lib. 1, § 19*.

d) Capitula ecclesiarum cathedralium, inde a *sæculo duodecimo*, factæ sunt corporationes ecclesiasticæ dignitate et juribus *præstantes*. Ad ipsas enim delatum est jus exclusivum eligendi Episcopum, administrandi diœcesim, sede vacante, et exigendi, sede plena, ut in non paucis casibus Episcopus petat prævium consensum, vel saltem consilium canonicorum. — *Wernz, Jus decret., tom. 2, n. 767*.

Porro, *Canonici ecclesiæ cathedralis* multa ex juribus antea comparatis retinuerunt, ita ut *antiquum Presbyterium* et *senatum Episcopi* constituent, eorumque consilio ecclesiastica negotia, saltem graviora, tractentur. — Siquidem :

800. II. « **Capitulum canonicorum, sive cathedrale sive collegiale, seu collegiatum**, est clericorum collegium ideo institutum ut *sollemniorem cultum* Deo in ecclesia exhibeat, et, si agatur de *Capitulo cathedrali*, ut Episcopus, ad normam sacrorum canonum, tanquam ejusdem *senatus et consilium*, adjuvet, ac, sede vacante, *suppleat* in diœcesis regimine. » — *Cod., c. 391, § 1*.

a) « *Capitulum collegiale* appellatur *insigne* aut *per-insigne*, si hoc titulo ex apostolico privilegio vel ab immemorabili gaudeat. » — *Ibid., § 2*.

b) « *Capitulum cathedrale præcedit* collegiali, etiam insigni, in ipsa quoque collegiali ecclesia ; *Capitulum insigne præcedit* non insigni ;

c) » In eodem *Capitulo*, salvis peculiaribus statutis, vel legitimis consuetudinibus, *dignitates*, servato inter se

præcedentiæ ordine, præcedunt canonicis ; canonici *antiquiores*, qui nempe prius possessionem ceperunt, posterioribus ; canonici *titulares*, honorariis ; *honorarii*, beneficiariis ; dignitates vero aut capitulares *characterè episcopali* ornati, omnibus dignitatibus ac canonicis in presbyterali tantum ordine constitutis præcedunt.

d) » In Capitulis in quibus habentur distinctæ præbendæ presbyterales, diaconales, subdiaconales, servetur præcedentia *Ordinis* ; et, in eodem ordine, præcedentia receptionis in ordinem, non autem in Capitulum. » — *Cod., can. 408.*

801. III. Insignibus suo Capitulo attributis utendi jus habent Canonici.

Plerumque conceduntur rochetum, mozetta, almutium, quandoque etiam crux pectoralis et cappa magna.

Insignia *concedenda sunt ab Apostolica Sede* ; nec Episcopus, absque speciali indulto, quidquam de his statuere potest. Quod sæpe declaravit S. C. Rituum.

*In ipsa Capitulum erectione*, solet Summus Pontifex habitum et aliqua insignia Canonorum determinare.

Pro Capitulis hodiernis *Galliæ*, Pius VII, in bulla Concordati, potestatem suam cardinali *Caprara*, ad effectum hujusmodi insignia concedendi, expresse delegavit ; is vero illam subdelegavit Episcopis primo futuris. — *Cf. num. 166.*

a) In unaquaque ecclesia tum cathedrali tum collegiali, « qui in dignitate *episcopali* sunt constituti, deferant in choro vestem episcopalem ;

» Ceteri omnes, dignitates canonici et beneficiarii, *vestem* sibi in bulla erectionis assignatam vel apostolico indulto concessam ; secus censeantur tanquam absentes ». — *Cod., c. 409.*

b) Vestem choralem aut specialia insignia capitularia « adhibere possunt in *tota diœcesi* in qua est Capitulum, sed, reprobata contraria consuetudine, non *extra diœcesim*, nisi vel Episcopum comitentur vel Episcopum aut Capitulum repræsentent in Conciliis aliisque sollemnitatibus ». — *Ibid., § 2.*

802. **IV. Præbenda** est jus percipiendi proventus bonorum temporalium quæ titulo canonicatus sunt adnexa.

a) Equidem præbenda non est de *substantia* canonicatus, ut docent omnes canonistæ; et ideo Canonici, sine *stipendio* a Gubernio civili soluto, et sine *præbenda* quacumque nominati in Gallia, tamen ut *veri Canonici* habendi sunt, et *juribus* omnibus et *privilegiis* ad canonicatum pertinentibus, sede episcopali tum plena tum vacante, fruuntur. — *S. C. C.*, 29 mart. 1890.

b) Attamen jure communi præbenda *connecti debet* canonicatui, unaque cum illo conferri. « Non est congruum, ait Alexander III, ut præbenda careat qui in Canonicum noscitur esse receptus. » — *Cap. 9, De præbendis.*

Igitur « canonicatus absque adnexis emolumentis ne instituantur sine speciali Apostolicæ Sedis concessione ». — *Cod.*, c. 393, § 3.

803. **V. Distributiones quotidianæ** sunt fructus beneficii qui Canonicis tribuuntur ratione singularum partium officii divini quibus præsentis fuere realiter, aut præsentis fuisse reputantur ex fictione juris.

Distributiones hujusmodi *primus excogitavit Ivo Carnotensis Episcopus*, qui « cum in quampluribus Canonicorum Carnotensium desuevisset disciplinæ regularis observantia, ut de negligentibus faceret diligentes, de tardis assiduos ad frequentandas horas canonicas, deliberavit apud se ut daret eis dimidiam præposituram, ut inde fieret quotidianus panis quem acciperent assidui, amitterent tardi; ut, quos panis interni dulcedo non movebat, panis corporis effectio provocaret ». — *Epist. 19, apud Ben. XIV, Inst. 107.*

Idem postea a *jure canonico* sancitum est. — *Cf. ex. gr., cap. Licet, 32, De præbendis et dignitatibus; cap. unic., De clericis non residentibus, in 6º; etc.*

Hanc disciplinam *confirmavit synodus Tridentina*, quæ, ad fovendam diligentiam Canonicorum, jussit, in Ecclesiis tam cathedralibus quam collegiatis, in quibus nullæ sunt distributiones quotidianæ, vel ita tenues ut verisimiliter negligantur: tertiam partem fructuum præbendarum separari debere, et in *distributiones quotidianas converti*, quæ inter Dignitates obtinentes et cæteros divinis interessentes, proportionaliter, juxta divisionem ab Episcopo, etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegato, in ipsa prima fructuum deductione faciendam, dividantur. — *Trid., sess. XXI, cap. 3; sess. XXII, cap. 3; sess. XXIV, cap. 12, De ref.*

a) In novo Codice eadem regula servata est. Imo, « si distributiones quavis de causa introduci nequeant, Episcopus in dignitates, canonicos ac beneficiarios negligentes *pecuniarias* constituat *mulctas*, quæ distributionibus respondeant, earumque locum teneant ». — *Cod., c. 395, § 1 et 2.*

b) « Distributiones cedunt *diligentibus*, quavis collusionem aut remissione exclusa. » — *Cod., c. 395, § 3.*

Ideo consuetudo non sustinetur qua punctaturæ, quolibet anno exeunte, *inter omnes dividantur* pro rata servitii choralis; nam, hoc modo, Canonicus qui solvere debet punctaturas, facta divisione, fruitur, licet in modica quantitate, fallentis propriis, quod est contra jus Tridentinum. — *S. C. C., 23 jan. 1901.*

Neque sustinetur *immemorialis praxis* certis diebus abessendi a choro et quotidianas distributiones lucrandi. — *Cf. S. C. C., in Giennen., 18 mart. 1905.*

c) « Si vero *dignitates* habeant proventus a massa seu bonis canonicorum *diversos* et separatos, distributiones ab eis amissæ cedunt aliis dignitatibus præsentibus, si adsint, secus fabricæ ecclesiæ, quatenus indigeat, aut alii pio loco, Episcopi arbitrio. » — *Cod., c. 395, § 3.*

d) « Ab unoquoque Capitulo, secundum sua cujusque statuta, unus vel plures censores seu *punctatores* nominentur, qui absentes a divinis officiis quotidie notent, præstito prius coram Capitulo vel ejus præside jurejurando de suo munere fideliter obeundo; quibus Episcopus alium addere potest punctatorem;

» Quod si *abfuerint* punctatores, senior e canonicis qui adsunt illorum vices suppleat. » — *Cod., c. 395, § 4.* — *Cf. Ben. XIV, de syn., lib. 4, cap. 4.*

804. VI. **Canonici ad honorem** dicuntur qui nec præbendam habent nec vocem in Capitulo, sed tantum *insignia* et privilegia seu *jura honorifica*, et scamnum in choro. — *Cod., c. 407, § 2.*

a) « *Episcopo*, non autem Vicario generali nec Vicario Capitulari, jus est canonicos ad honorem nominandi, sive diœcesanos sive extra-diœcesanos, cum *consilio Capituli*

cui canonicus est adscribendus. Sed Episcopus raro et caute hoc jure utatur. » — *Cod.*, c. 406, § 1.

b) « Sacerdotem *alienæ diœcesis* canonicum ad honorem nominaturus, Episcopus, præter *Capituli sui* consilium, *Ordinarii cui subjectus est nominandus* assensum impetret, sub pœna nominationis irritæ, eundemque Ordinarium insignia edoceat ac privilegia quorum usum nominandus exinde habiturus sit. » — *Cod.*, c. 406, § 2. — *Leonis XIII litt. Illud est proprium*, 29 jan. 1894.

« Canonici ad honorem, *extra diœcesim* in qua nominati sunt degentes, numero sint tertia parte minores canonicis titularibus. » — *Cod.*, c. 406, § 3.

c) Canonici ad honorem « privilegiis et insignibus utantur *in diœcesi tantum* ubi nominati sunt » ; non autem extra diœcesim « nisi vel Episcopum comitentur, vel Episcopum aut Capitulum repræsentent in Conciliis aliisve sollemnitatibus ». — *Cod.*, c. 407, § 1; et 409, § 2.

Et « canonici ad honorem alicujus basilicæ vel ecclesiæ collegialis almæ *Urbis*, privilegiis et insignibus uti possunt tantum intra ejusdem basilicæ vel collegiatæ ecclesiæ ejusque filialium ambitum. » — *Ibid.*

## ARTICULUS II

### DE ERECTIONE CAPITULORUM CATHEDRALIUM

805. I. **Sedi Apostolicæ reservatur** « Capitulum cathedralium tum collegialium *institutio*, seu *erectio*, *innovatio* ac *suppressio* ». — *Cod.*, c. 392.

Ideo, regulariter, dum sedem episcopalem designat, *eadem bulla* Capitulum cathedrale in ipsa erigit.

Sed, licet ecclesiam cathedralem institueret sine Capitulo, non ideo ad Episcopum postea pertineret Capitulum propria auctoritate constituere.

806. II. **In Gallia, post Concordatum an. 1801**, cardinalis Caprara, vi potestatis sibi commissæ a Pio VII, Archiepiscopis et Episcopis Galliarum *primo futuris* concessit ut, posteaquam canonicè instituti, ecclesiarum suarum



regimen actu consecuti essent, Capitulum in metropolitana et cathedralibus respective ecclesiis suis *erigere possent*, juxta formam a *sacris canonibus* conciliisque præscriptam et ab Ecclesia hucusque servatam, cum eo Dignitatum et Canonorum numero quem, ad earundem metropolitanarum et cathedralium ecclesiarum utilitatem et honorem, attentis rerum circumstantiis, expedire judicarent. — *Decret. diei 9 apr. 1802.*

807. III. In cathedralibus ecclesiis, tot numero Canonici debent esse, quot pro servitio ecclesiæ satisfacere possint. — *Barbosa, De Canonicis, cap. 3, n. 1.*

a) Requiritur ut sint saltem *tres* ut habeatur collegium, nam « *persona moralis collegialis* constitui non potest nisi ex tribus saltem personis physicis ». — *Cod., c. 100, § 2.*

b) Nihilominus si, Capitulo semel constituto, pleraque membra deficient, ita ut *unus solummodo supersit*, Capitulum adhuc subsistit, suumque titulum canonicum suaque jura conservat; nam « quod dictum est tres saltem requiri ad capitulum, ait Fagnanus, verum est *ab initio*, sed postea jus collegii etiam in uno retinetur ». — *Fagnan., in cap. Nullus, De elect., n. 30.*

Consonat regula generalis: « Si vel unum ex personæ moralis collegialis membris supersit, jus omnium in illud recidit ». — *Cod., c. 102, § 2.*

808. IV. Capitulum est numeratum seu clausum, vel non numeratum, prout Capitulum, qualescumque sint redditus, ad certum determinatumque numerum canonicorum est *adstrictum*, vel admittit majorem vel minorem numerum canonicorum, pro majori vel minori quantitate reddituum.

a) In Capitulis *numeratis* « tot sint præbendati quot præbendæ; in *non numeratis*, quot ex proventibus decenter sustentari posse, Episcopus, audito Capitulo, judicaverit ». — *Cod., c. 394, § 1.*

b) Potest Episcopus, consentiente Capitulo, tum « præbendis in Capitulo jam exstantibus *alias* sive *cano-*

*nicales* sive *beneficiales* addere », tum « extinctas forte dignitates *restituere* », licet erectio dignitatum Sedi Apostolicæ reservetur. — *Cod.*, c. 394, § 2.

c) « In ecclesiis cathedralibus et collegialibus insignibus ubi *adeo tenues* præbendæ sunt cum distributionibus quotidianis, ut sustinendo canonicorum decori *plane sint impares*, Episcopi, audito Capitulo, et impetrata Sanctæ Sedis licentia :

1° » Vel beneficia aliquot simplicia præbendis *uniant* ;

2° » Vel, si hac ratione provideri non possit, aliquibus præbendis *suppressis* cum patronorum consensu si de jure patronatus laicorum sint, quarum fructus et proventus reliquarum præbendarum distributionibus quotidianis applicentur, eas ad *minorem numerum* reducant, ita tamen ut tot supersint quot divino cultui celebrando ac dignitati ecclesiæ commode respondeant. » — *Cod.*, can. 394, § 3. — *Cf. Trid.*, xxiv, 15, *de ref.*

### ARTICULUS III

#### DE CANONICATUUM COLLATIONE

809. I. **Ad Episcopum pertinet, audito Capitulo, conferre, *exceptis dignitatibus*, « omnia et singula beneficia, ac canonicatus in ecclesiis tum cathedralibus tum collegialibus, reprobata quavis contraria *consuetudine*, et revocato quolibet *privilegio*, sed firma contraria foundationis lege ».** — *Cod.*, c. 403. — *Cf. n.* 814.

Item firmum sit præscriptum can. 1435 de beneficiis accidentaliter Romano Pontifici reservatis. — *Cf. n.* 1528, a.

#### 810. II. **Quod attinet ad dotes promovendorum :**

a) « Canonicatus Episcopus conferat *presbyteris* doctrina vitæque integritate præstantibus. » — *Cod.*, c. 404, § 1.

b) « In canonicatum collatione, ceteris paribus, ratio habeatur illorum qui *doctores* in sacra theologia vel jure canonico renuntiati fuerint in aliquo athenæo, vel laudabi-

liter ministerium ecclesiasticum aut magisterium exercuerint. » — *Cod.*, c. 404, § 2. — *Trid.*, xxv, 12, de ref.

Canonici enim ecclesiæ cathedralis Episcopo a consiliis sunt in regimine animarum, qua in re quantum necesse sit res fidei et morum et ecclesiasticas leges callere, nemo est qui non apprime agnoscat. — *Soglia, Inst. jur. priv.*, § 20.

c) Non desunt Capitula in quibus, *ex speciali lege*, aut fundatione Capituli, aut recepta consuetudine, generis nobilitas, jus civitatis, aut aliæ qualitates requiruntur.

811. III. **Missio in possessionem**, seu institutio corporalis, fit secundum modum legitima consuetudine receptum. — *Cod.*, c. 1444.

a) Ante captam possessionem, obligatione emittendi *professionem fidei*, secundum formulam a Sede Apostolica probatam, « coram loci Ordinario ejusve delegato, et coram Capitulo », tenentur omnes qui ad dignitatem vel canonicatum promoti sunt. — *Cod.*, c. 405, § 2; et 1406, § 1, n. 5.

Sufficit autem unica fidei professio si Episcopus in Capitulo præsens adsit, vel ejus Vicarius. — *S. C. C.*, 25 jan. 1726.

b) Capta legitime beneficii sui possessione, dignitates, canonici et beneficiarii « statim *pro gradu suo* acquirunt, præter insignia ac privilegia propria, scamnum in choro, jus percipiendi fructus ac distributiones, ac vocem in Capitulo ». — *Cod.*, c. 405, § 1.

## ARTICULUS IV

### DE STATUTIS CAPITULARIBUS

812. I. « **Sua cuique Capitulo statuta ne desint**, ab omnibus dignitatibus, canonicis, beneficiariis, religiose servanda. » — *Cod.*, c. 410, § 1.

a) Omne enim *collegium*, seu corpus sociale legitime constitutum, eo ipso *de jure communi* potestatem habet aliqua sibi condendi statuta, quorum ope, et seipsum apte ordinet, et finem sibi proprium efficaciter attingat.

Igitur, omnia quæ sunt *regiminis interni*, quæ ad ordinationem chori, quæ ad obventionum quotidianarum distributionem, quæ ad cœtus capitularis convocationem modumque deliberandi, quæ ad suæ mensæ bonorum administrationem pertinent, Capitulum ordinare valet.

b) In Gallia, post concordatum anni 1801, Legatus *cardinalis Caprara*, in suo decreto « *Cum sanctissimus* », diei 9 apr. 1802, *Archiepiscopis et Episcopis primo futuris* potestatem concessit, pro ipsorum arbitrio et prudentia, *definiendi et constituendi* quæ pertinebant « ad Capitulorum erigendorum prosperum et felicem statum, regimen, directionem, divinorum officiorum celebrationem, cæremonias ac ritus in iisdem ecclesiis earumque choro servandos, ac alia quælibet per eorumdem Capitulorum Dignitates et Canonicos obeunda munia ; *relicta tamen eorum successoribus* statutorum illorum respectivorum immutandorum facultate, requisito prius Capitulorum consilio, si attentis circumstantiis id utile et opportunum judicaverint ».

Mandavit autem idem Cardinalis Legatus « ut, in ipsis statutis vel condendis vel immutandis, religiosa *sacrorum canonum* observantia retineatur ; usumque ac *consuetudinum* laudabilium antea vigentium, *præsentibusque circumstantiis* accommodatarum, ratio habeatur ».

Eadem potestas commissa est Episcopis per bullam « *Paternæ caritatis* », 6 oct. 1822, pro *novarum sedium episcopalium* constitutione ac Capitulorum erectione.

c) In statutis post Concordatum confectis non omnia *juri communi* consonabant.

Equidem, mutatis circumstantiis, in pluribus dicecesibus, per spectata opportunitate, statuta Capitulorum ad meliorem normam redacta sunt. Sed iterum hodie ad trutinam revocanda sunt, ne discrepent a disciplina per *novum Codicem* firmata.

813. II. « **Statuta capitularia, per legitimum actum capitularem condita, approbanda subjiciantur Episcopo sine cujus auctoritate postea nec abrogari possunt ne mutari.** » — *Cod.*, c. 410, § 2.

a) « Si, Episcopo edicante ut statuta conficiantur Capitulum *id præstare neglexerit*, exacto sexto ab intimatione mense, Episcopus eadem conficiat imponatque Capitulo. » — *Ibid.*, § 3.

b) Statutorum capitularium per Romanum Pontificem *appro-*  
*io* nunquam fuit præscripta. Imo, de facto dari non solet ; et, si  
 casu extraordinario id fiat, ad summum in *forma communi* da-  
 , non in forma specifica. — *Wernz, loc. cit., n. 790.* — *Cf., ex gr.,*  
*uta Capituli Corisopitensis.*

## ARTICULUS V

### DE DIGNITATIBUS ET OFFICIIS CAPITULI

In qualibet ecclesia capitulari sint *dignitates* et *cano-*  
*i*, inter quos varia officia distribuuntur ; possunt esse  
 am alia *minora beneficia* in uno vel pluribus gradibus. »  
*Cod., c. 393, § 1.*

Capitulum *constat* dignitatibus et canonicis, nisi, ad di-  
 tates quod attinet, aliud ex *capitularibus constitutioni-*  
*s* eruatur ; non autem inferioribus beneficiariis seu man-  
 nariis qui canonicis auxilium præstant. » — *Ibid., § 2.*

814. **I. Dignitas**, sensu proprio, est titulus beneficialis  
 nexam habens præcedentiam cum aliqua jurisdictione  
*externi*. Talis erat olim *Archidiaconatus*. — *Cf. Trid.,*  
*s. 24, cap. 12, De ref.*

Porro, jam pridem Dignitates in Capitulis propriam ju-  
 dictionem in foro externo non habent ; et remanet sola  
 erogativa *honoris* in *præcedentia* quoad reliquos Capitu-  
 es. — *Cf. Barbosam, De canonicis et dignit., cap. 4.*

a) Collatio dignitatum, « tum in Capitulis cathedrali-  
 , tum in collegialibus, *Sedi Apostolicæ* reservatur ». —  
*l., c. 396, 1.*

Prohibetur *optio*, reprobata contraria consuetudine,  
 salva foundationis lege. » — *Ibid., § 2.*

b) « Prima saltem dignitas in Capitulo cathedrali,  
 ntum fieri potest et ceteris paribus, laurea *doctorali* in  
 ra theologia vel jure canonico polleat. » — *Ibid., § 3.*

c) « Nisi aliud in statutis capitularibus caveatur,  
*nitatibus* et canonicis secundum ordinem *præcedentiæ*  
 et officium est :

» 1<sup>o</sup> Episcopi vicem supplere in peragendis functionibus sacris in *sollemnioribus* anni festivitatis ;

» 2<sup>o</sup> Episcopo celebranti in pontificalibus, aspersionem in ingressu ecclesie porrigere, et *presbyteri assistentis* fungi officio ;

» 3<sup>o</sup> Eidem *decumbenti* ministrare Sacramenta ; *defuncto* iuxta funebria persolvere ;

» 4<sup>o</sup> *Convocare* Capitulum eique *præesse*, ac præscribere et ordinare quæ ad chori directionem referantur, dummodo dignitas sit de gremio Capituli. » — *Cod.*, c. 397.

815. II. **Officium** habere dicuntur quibus competit specialis quædam administratio vel functio ecclesiastica, absque ulla jurisdictione aut præcedentia:

a) « In nulla ecclesia *cathedrali* desit officium canonici *Theologi* et, ubi id fieri poterit, canonici *Pœnitentarii*.

b) » Etiam in *Collegialibus*, præsertim insignibus, officium canonici *Theologi* et *Pœnitentarii* constitui potest. » — *Cod.*, c. 398. — *Cf. Trid.*, v, 1 ; xxiv, 8, *de ref.*

816. III. « **Canonicus theologus et Pœnitentarius eligantur** qui *apliores*, pro loci qualitate, ad propria munera adimplenda reperiantur.

a) » Sed, ceteris paribus, præferantur *doctores* in sacra theologia, si agatur de canonico theologo ; in sacra theologia vel jure canonico, si de Pœnitentario.

b) » Expedit præterea ut canonicus pœnitentarius *ætatis* annum tricesimum expleverit. » — *Cod.*, c. 399, § 1 — *Trid.*, *loc. cit.*

c) « Præbenda theologalis et pœnitentaria ne conferantur nisi de *vita, moribus, doctrina* candidatorum plan constiterit, salva lege concursus ubi sit constituta. » — *Cod.*, c. 399, § 2. — *Cf. Bened. XIII const. Pastoralis officii, 19 maii 1725.*

d) « Canonicus pœnitentarius prohibetur *aliud simile officium* in diocesi suscipere aut exercere cui adnexa sit jurisdictio in foro externo. » — *Cod.*, c. 399, § 3.

817. IV. « **Canonici theologi est**, diebus et horis ab Episcopo cum Capituli consilio designatis, *publice in Ecclesia* explanare *sacram Scripturam* ;

» Sed Episcopus, si id utilius iudicet, potest eidem *alia doctrinæ catholicæ argumenta* in ecclesia explicanda committere. » — *Cod.*, c. 400, § 1.

a) « Canonicus theologus munus expleat suum ipse *per se* ; vel, si ultra sex menses fuerit impeditus, propriis expensis per alium sacerdotem ab Episcopo deputatum. » — *Cod.*, c. 400, § 2.

b) « Episcopus gravi de causa potest canonico theologo committere ut, loco lectionum in ecclesia, sacras disciplinas in *Seminario* doceat. » — *Ibid.*, § 3.

818. V. « **Pœnitentiarius canonicus**, tum ecclesiæ cathedralis tum ecclesiæ collegialis,

a) » Obtinet a jure potestatem *ordinariam*, quam amen aliis delegare non potest, absolvendi etiam a peccatis et a censuris Episcopo reservatis, in diœcesi extraneos quoque, et diœcesanos extra territorium quoque diœcesis. » — *Cod.*, c. 401, § 1.

b) « Debet in sede *excipiendis confessionibus* sibi in capitulari ecclesia destinata residere tempore ad fidelium commoditatem, iudicio Episcopi, opportuniore, et præstosse iis qui ad confitenda sua peccata accedunt ipso quoque divinorum officiorum tempore. » — *Ibid.*, § 2.

819. VI. « **Canonicum theologum et pœnitentiarium in suis muneribus obeundis negligentes**, Episcopus gratim *compellat* monitionibus, comminatione pœnarum, subtractione portionis fructuum, iis assignandæ qui illorum vices suppleant ;

» Et, perdurante *per integrum annum* negligentia post monitionem, suspensione a beneficio plectat ; negligentia vero producta *per aliud semestre*, ipso beneficio privet. » — *Cod.*, c. 2384.

## ARTICULUS VI

## DE CÆTU CAPITULARI

Capitula habent rationem societatis ; unde, eorum actio explicatur socialiter, seu, ut dici solet, *capitulariter*.

820. I. « **Stato tempore ac loco**, conveniat canonicorum cœtus, de suæ ecclesiæ et Capituli negotiis acturus.

a) » *Alii præterea conventus* haberi poterunt quoties id aut Episcopo aut Capituli præsidi aut majori canonicorum parti expedire videatur. » — *Cod., c. 411, § 1.*

b) « Ad habendum cœtum *ordinarium*, non est necessaria *specialis* convocatio ; quæ tamen ad *extraordinarium* requiritur, et facienda est secundum statuta capitularia. » — *Cod., c. 411, § 2.*

821. II. « **In Capitulis vocem habent** canonici, exclusis honorariis, et dignitates si cum canonicis Capitulum constituent. » — *Cod., c. 411, § 3.*

a) Convocatis canonicis, si aliqui non accesserunt, *præsentes* constituunt Capitulum, et gesta ab his valent perinde ac si acta fuissent ab omnibus.

b) Imo, *unus*, aliis vocatis et non venientibus, actum capitularem explere potest, non quia unus sit Capitulum, sed quia jura et privilegia Capituli *devolutive* in illo uno resident.

c) Et, redacto Capitulo ad *unum* tantum membrum, iste Canonicus, *sede vacante*, posset per se solum eligere *Vicarium Capitularem*, dummodo non eligat seipsum. — *S. C. Conc., 12 mart. 1862. — Cf. n. 807, b.*

822. III. **Circa actus personarum moralium collegialium :**

a) « Nisi aliud expresse jure communi aut particulari statutum fuerit, id vim juris habet quod, demptis suffragiis nullis, placuerit parti *absolute majori* eorum qui



suffragium ferunt, aut, post duo inefficacia scrutinia, parti *relative majori* in tertio scrutinio ;

b) » Quod si suffragia *æqualia* fuerint, post tertium scrutinium præses suo voto paritatem dirimat, aut, si gatur de electionibus et præses suo voto paritatem dirinere nolit, electus habeatur senior ordine vel prima professione vel ætate ;

c) » Quod autem omnes, *uti singulos*, tangit, ab omni-ous probari debet. » — *Cod., c. 101, § 1. — Cf. Reg. 29 juris in 6°.*

## ARTICULUS VII

### DE OBLIGATIONIBUS ET JURIBUS CANONICORUM

823. **I. Lege residentię** obligantur canonici et beneficiarii quotidiano choro adstricti ; et, « reprobata contraria consuetudine », possunt singuli « abesse *tres tantum menses* in anno, sive *continuos* sive *intermissos*, dummodo proprię ecclesię statuta aut legitima consuetudo servitium diuturnius non requirant ». — *Cod., c. 418, § 1.*

a) « Sine causa legitima, et speciali Episcopi licentia, nec feriari licet *Quadragesimę* et *Adventus* tempore, aut in præcipuis anni *sollemnitatibus* de quibus in can. 338, § 3 (nempe diebus Nativitatis, Resurrectionis Domini, Pentecostes et Corporis Christi) ; nec permittitur uno eodemque tempore capitulares *ultra tertiam partem* abesse. » — *Ibid., § 2.*

b) « Tempore vacationum, omne genus *distributiones* mittuntur, non obstante remissione ab aliis capitularibus facta ; sed percipiuntur *præbendę* proventus, aut *tertię* distributionum partes si omnes *præbendę* proventus in distributionibus consistant. » — *Ibid., § 3.*

c) Qui officium, beneficium, dignitatem obtinet cum onere *residentię*, si illegitime absit :

« 1° Eo ipso privatur omnibus *fructibus* sui beneficii vel officii pro rata illegitimę absentię, eosque tradere

debet Ordinario, qui ecclesiæ vel alicui pio loco vel pauperibus distribuat ;

» 2º Officio, beneficio, dignitate *privetur*, ad normam can. 2168-2175. » — *Cod.*, c. 2381. — *Cf. n. 1089, sq.*

824. II. **Divina officia in choro** rite persolvendi obligatione tenetur quodlibet Capitulum, « salvis foundationis legibus ». — *Cod.*, c. 413, § 1. — *Trid.*, XXIV, 2, *de ref.*

a) Divinum officium *comprehendit* : « psalmodiam horarum canonicarum et celebrationem cum cantu Missæ conventualis, præter alias Missas, vel secundum rubricas Missalis, vel ex piis foundationibus celebrandas ». — *Cod.*, can. 413, § 2.

« Missam conventualem *sine cantu* celebrare licet hebdomadario cum in ecclesia, pontificali ritu, Episcopus vel alius loco Episcopi celebrat. » — *Ibid.*, § 3.

b) Omnes et singuli qui chorale beneficium obtinent, « tenentur in ipso choro divina officia persolvere *singulis diebus*, nisi servitium per *turnum* a Sede Apostolica aut foundationis legibus fuerit indultum ». — *Cod.*, can. 414. — *Trid.*, *loc. cit.*

c) « In *statutis capitularibus* justa designetur norma, ad quam canonici et beneficiarii in servitio altaris fungantur *per turnum*, tum officio celebrantis, tum etiam ministerio diaconi ac subdiaconi, exclusis tamen ab hoc ministerio dignitatibus, canonico theologo, pœnitentiario, et, si præbendæ distinctæ habeantur, canonicis ordinis presbyteralis. » — *Cod.*, c. 416.

d) « Missa conventualis *applicanda* est pro benefactoribus in genere. » — *Cod.*, c. 417, § 1. — *Bened. XIV const. Cum semper, 19 aug. 1744.*

Si quis eodem die urgeatur onere utriusque Missæ et *pro populo et conventuali*, « hanc ipse celebret applicetque per se, illam per alium vel per se die sequenti ». — *Cod.*, c. 419, § 2.

Capitularis *infirmirate* detentus « non tenetur eleemosynam præbere sacerdoti capitulari qui ipsius vicem supplet in Missæ conventualis celebratione et applicatione, nisi statuta capitularia vel particularis consuetudo aliud ferant ». — *Cod.*, c. 417, § 2.

« Servari potest consuetudo præbendi *stipem* celebranti, vel ex umulo distributionum, vel ex redditibus omnium præbendarum per ontributum. » — *Ibid.*, § 3.

e) In ecclesiis in quibus *non omnes* simul choro interunt, « qui ad eum *adstringuntur* nequeunt *per alium* huic obligationi satisfacere nisi in casibus particularibus, iusta ac rationabili de causa, et modo substitutus eodem tempore servitio chori non sit adstrictus, et sit in eadem ecclesia canonicus, si agatur de supplenda vice canonici, beneficiarius, si de beneficiarii ;

» Qui vero ad chorum *non adstringuntur*, obligatione residendi in loco beneficii non tenentur per dies quibus a choro absunt ». — *Cod.*, c. 419, § 1.

825. III. « **Excusantur a choro ita ut percipiant fructus præbendæ ac distributiones quotidianas :**

» 1<sup>o</sup> Capitulares *jubilati* ad normam canonis 422, § 2 (*cf. num. 827*) ;

» 2<sup>o</sup> Canonicus *theologus* singulis diebus quibus suo munere fungitur ;

» 3<sup>o</sup> Canonicus *pœnitentiarius* dum tempore chori vacat confessionibus audiendis ;

» 4<sup>o</sup> Vicarius *parœcialis* aliusve e Capitulo, sive parochus sive coadjutor, ab Episcopo deputatus, dum parœcialibus vacat officiis ;

» 5<sup>o</sup> Qui *infirmirate* aliove physico impedimento choro prohibentur assistere ;

» 6<sup>o</sup> Qui *pontificia legatione* alibi funguntur, aut personæ Romani Pontificis actu inserviunt ;

» 7<sup>o</sup> Qui *piis exercitiis* vacant ad normam can. 126 (*cf. num. 414, b*) ; quo tamen indulto semel tantum in anno chori servitio liberantur ;

» 8<sup>o</sup> Accedentes una cum Episcopo aut ejusdem vice *ad visitanda Limina Apostolorum* ;

» 9<sup>o</sup> Qui ab Episcopo vel Capitulo mittuntur ad *Concilium Œcumenicum*, plenarium, provinciale, aut ad *Synodum* diocesanam ;

» 10<sup>o</sup> Qui *de Capituli consensu*, non contradicente Epis-

copo, absunt a choro ob Capituli seu propriæ ecclesiæ utilitatem ;

» 11° Qui Episcopo sacra peragenti assistunt ad normam can. 412 (*cf. n. 828*) ;

» 12° Qui Episcopum comitantur in *visitatione diœcesis*, vel *visitationem ipsam ejus nomine et mandato peragunt* ;

» 13° Qui operam navant conficiendis processibus in causis *beatificationis* Servorum Dei et *canonizationis* Beatorum, vel uti *testes* in his causis vocati sunt, pro diebus et horis quibus hoc officium præstant ;

» 14° Parochi consultores, examinatores et judices synodales, dum *proprio munere* funguntur. » — *Can. 420, § 1*

« Distributiones vero quæ *inter præsentés* dicuntur, ii tantum percipiunt qui in § 1, nn. 1, 7, 11, 13, enumerantur, nisi obstet fundatorum expressa voluntas. » — *Ibid., § 2.*

826. IV. « **Excusantur a choro, sed percipiunt præbendæ fructus dumtaxat, non autem distributiones :**

» 1° Qui de licentia Ordinarii loci publice *docent*, in scholis ab Ecclesia recognitis, sacram theologiam aut jus canonicum ;

» 2° Dantes operam *studio* sacræ theologiæ aut juris canonici in publicis scholis ab Ecclesia probatis, de Ordinarii licentia ;

» 3° Vicarius Capitularis, Vicarius Generalis, Officialis ac cancellarius, si de gremio sint, dum *suis muneribus* vacant ;

» 4° Canonici qui Episcopo inserviunt ad normam can. 412, § 2. » — *Cod., c. 421, § 1. — Cf. n. 829.*

Quod si *omnes* præbendæ fructus consistant in *distributionibus* vel adeo sint tenues ut tertiam distributionum partem non attingant, tunc memorati omnes duas tantum tertias partes distributionum lucrantur, cumulas ex fructibus præbendæ ac distributionibus. » — *Cod., c. 421, § 2.*

827. V. **Indultum jubilationis** ab Apostolica tantum Sede impetrare possunt præbenda fruentes « post continuum et laudabile *quadraginta annorum* in eadem vel distinctis ecclesiis ejusdem civitatis, vel saltem diœcesis, choriservitium ». — *Cod., 422, § 1.*

a) « Jubilatus, etiamsi in loco beneficii non resideat, recipit tum fructus *præbendæ*, tum *distributiones* etiam per præsentés, nisi obstent expressa fundatorum vel aliorum voluntas, ecclesiæ statuta aut consuetudo. » — *d.*, c. 422, § 2.

Et exemptus est a servitio altaris pro sua vice præstando, non obstante contraria consuetudine. — *Comm. Pontif.*, 16 oct. 1919.

b) « Jus *optandi*, si ex lege foundationis competat, non est capitulari jubilato. » — *Ibid.*, § 3.

828. VI. **Episcopo Missam sollemniter celebranti, et alia pontificalia exercenti, assistere et inservire debent Canonici ecclesiæ sive cathedralis sive collegialis.** — *d.*, c. 412, § 1. — *Cf. Trid.*, xxiv, 12, *de ref.*

a) « Etiam in *aliis ecclesiis* civitatis aut suburbii » debent « ab eodem invitati » assistere, dummodo, iudicio Episcopi, sufficiens canonicorum et ministrorum in ecclesia numerus maneat ;

b) Et Episcopum « accedentem ad ecclesiam cathedralem et redeuntem *comitari* ad normam Cæremonialis Episcoporum ». — *Cod.*, *ibid.*

829. VII. **Ut sibi in ecclesiastico ministerio ac dicecesis servitio assistant**, Episcopus potest « *duos* e Capitulis sive cathedrali sive collegiali assumere ac retinere ». — *Cod.*, c. 412, § 2.

Potest autem Episcopus sibi eligere *duos quoslibet* ex Dignitatibus et Canonicis, exceptis iis qui curam animarum gerunt, uti debet esse a S. Cong. Concilii testatur *Benedictus XIV*, *Institut. Canon.* 107, § 9.

830. VIII. **Consensum, aut saltem consilium sui Capituli, in rebus gravioris momenti, requirere debet Episcopus**, prout in decursu harum Prælectionum notatum est ; quandoquidem Canonici Ecclesiæ cathedralis sunt consilarii nati Episcoporum.

Cum jus statuit Superiorem ad agendum indigere *consensu* vel *consilio* aliquarum personarum ;

a) « Si *consensus* exigatur, Superior contra earundem votum *invalide* agit ;

» Si *consilium* tantum, per verba, ex. gr. : *de consilio consultorum, vel audito Capitulo, parochi, etc.*, satis est ad *valide* agendum ut Superior illas personas *audiat* ;

» Quamvis autem nulla obligatione teneatur ad eorum votum, etsi concors, accedendi, multum tamen, si plures audiendæ sint personæ, concordibus earundem suffragiis *deferat*, nec ab eisdem, sine prævalenti ratione, suo iudicio æstimanda, discedat ;

b) » Si requiratur consensus vel consilium, non unius tantum vel alterius personæ, sed *plurium simul*, eæ personæ legitime *convocentur*, et mentem suam manifestent ;

» Superior autem, pro sua prudentia ac negotiorum gravitate, potest eas adigere ad *jusjurandum* de secreto servando præstandum ;

c) » Omnes de consensu vel consilio requisiti debent ea qua par est reverentia, fide ac *sinceritate*, sententiam suam aperire. » — *Cod., c. 105.*

831. IX. Si ecclesia cathedralis aut collegialis simul sit *parœcialis*, « relationes juridicæ inter *Capitulum* et *parochum* reguntur normis quæ sequuntur, nisi aliud ferat aut Sedis Apostolicæ indultum aut particularis conventio in erectione parœciæ inita, et a loci Ordinario legitime probata.

a) » *Ad parochum* spectat :

» 1º Applicare *Missam pro populo* et, debito tempore *prædicare* ac christianam doctrinam fideles edocere ;

» 2º Custodire *libros parœciales* et ex iis attestaciones extrahere ;

» 3º *Functiones parœciales* peragere de quibus in can. 462 (*cf. n. 883*) ;

» *Justa funebria*, in ecclesia ad normam juris peragenda non exclusâ Missa exsequiali, persolvere ad Capitulum pertinet tantum in casu quo de funere agatur alicujus dignitatis, vel canonici, etiam honorarii tantum, vel beneficiarii

» 4º Alias functiones *non stricte parœciales* perager

æ in parœciis fieri solent, modo non impediatur chorale  
 evitium, nec Capitulum easdem functiones peragat ;  
 » 5<sup>o</sup> *Eleemosynas* in bonum parœcianorum colligere,  
 eisdem directe vel indirecte oblatas recipere, adminis-  
 trare, et secundum offerentium voluntatem distribuere. »  
*Cod., c. 415, § 1 et 2.*

b) « *Ad Capitulum spectat :*

» 1<sup>o</sup> Custodire sanctissimum *Eucharistiæ* Sacramentum,  
 et altera sacri ciborii clavis apud parochum servari debet ;  
 » 2<sup>o</sup> Invigilare ut in functionibus a parochi in capitu-  
 li ecclesia peragendis *leges liturgiæ* observentur ;  
 » 3<sup>o</sup> Ecclesiæ curam habere ejusque *bona* administrare  
 cum piis legatis. » — *Ibid., § 3.*

c) « Nec parochus capitulares, nec Capitulum parœ-  
 ciales functiones et munera impediat ; *exorto* autem *con-*  
*clu*, quæstionem dirimat loci Ordinarius, qui in primis cu-  
 re debet ut catechetica instructio et Evangelii explicatio  
 pro fidelibus commodiore semper habeatur. » — *Ibid., § 4.*

d) « Non solum Capitulum impedire nequit parochum  
 exercenda parœciali cura, sed insuper sciant capitulares  
 ex caritate teneri, maxime si designati coadjutores de-  
 t, eidem *adjutricem operam* navare, secundum modum  
 Ordinario loci determinandum. » — *Ibid., § 5.*

832. X. Si Capitulo adnexa sit cura animarum, hæc  
 conceatur a *Vicario parœciali* ad normam can. 471. —  
*d., c. 402. — Cf. n. 1179.*

## ARTICULUS VIII

### DE CONSULTORIBUS DIÆCESANIS

833. I. « In quibus diœcesibus nondum constitui pot-  
 est restituive *cathedrale canonicorum Capitulum*, insti-  
 tuitur ab Episcopo, salvis peculiaribus Apostolicæ Sedis  
 scriptis, *Consultores diœcesani*, hoc est sacerdotes pie-  
 tate, moribus, doctrina ac prudentia commendati. » —  
*d., c. 423.*

Coetus consultorum dioecesanorum « vices Capituli cathedralis, qua Episcopi senatus, supplet ;

» Quare quæ canones ad gubernationem dioecesis, sive ea impedita aut vacante, Capitulo cathedrali tribuunt, ea de coetu quoque consultorum dioecesanorum intelligenda sunt ». — *Cod., c. 427.*

834. II. **Consultores nominantur ab Episcopo.** — *Cod., can. 424.*

a) « Numero sint saltem *sex* ; in dioecesibus ubi pauciores sint sacerdotes, saltem *quatuor* ; iidemque omnes in civitate episcopali vel in locis vicinioribus commorentur. — *Cod., c. 425, § 1.*

b) « Antequam munus hujusmodi suscipiant, *jussurandum* interponant de officio fideliter exsequendum absque ulla acceptione personarum. » — *Ibid., § 2.*

c) « Durante munere, Consultores ne *removeantur* nisi ob justam causam, ac de consilio ceterorum Consultorum. » — *Cod., c. 428.*

835. III. « **Officium consultorum est ad triennium**

a) » Exacto triennio, Episcopus, vel alios in eorum locum *substituat*, vel eosdem ad aliud triennium *confirmet* quod idem servetur singulis trienniis.

b) » Deficiente, quavis de causa, aliquo consultore *intra triennium*, Episcopus alium de consilio ceterorum substituat, isque in officio maneat usque ad expletum idem triennium.

c) » Cum vero *triennium* excidisse contigerit *vacante sede episcopali*, consultores in officio maneanť usque ad accessum novi Episcopi, qui, intra sex menses ab iniť possessione, providere debet ad normam hujus canonis.

d) » Si, sede vacante, *aliquis consultor* moriatur vel renuntiet, Vicarius Capitularis, de consensu aliorum consultorum, alium nominet, qui tamen, ut munere, *seculum plena, fungatur*, indiget novi Episcopi confirmatione. » — *Cod., c. 426.*



## CAPUT II

## DE CURIA DIŒCESANA

ia diœcesana « constat illis personis quæ Episcopo aliive qui, co Episcopi, diœcesim regit, *opem præstant* in regimine totius diœcesis ». — *Cod., c. 363, § 1.*

quæ *ad eam pertinent* : Vicarius generalis, Officialis, Cancellarius, Promotor justitiæ, Defensor vinculi, Synodales iudices et examinatores, Parochi consultores, Auditores, notarii, cursores et apparitores. » — *Ibid., § 2.*

vicariorum nominatio scriptis consignetur, ad normam can. 159. — Vicarij nominati vero debent : 1<sup>o</sup> in manibus Episcopi *jusjurandum* præstare de munere fideliter exercendo, quavis personarum exceptione posthabita ; 2<sup>o</sup> negotia ad se spectantia sub auctoritate Episcopi tractare *ad normam juris* ; 3<sup>o</sup> *secretum* servare intrinsecus et secundum modum a jure vel ab Episcopo determinatum. » — *Cod., c. 364.*

officiis quæ magis ad jurisdictionem *contentiosam* accedunt, ubi de potestate Episcopi judiciaria, n. 668, sq., et Tract. de iudiciis, n. 1559, sq.

## ARTICULUS I

## DE VICARIO GENERALI

836. I. « **Quoties rectum diœcesis regimen id exigat,** constituendus est ab Episcopo Vicarius Generalis, qui *potestate ordinaria* in toto territorio adjuvet. » — *Cod., c. 366, § 1.*

quod spectat ad jurisdictionem *contentiosam*, hæc *Officij* relinquenda est, « nisi parvitas diœcesis aut paucitas negotiorum » suadeat munus Officialis ipsi Vicario generali committi. — *Cod., c. 1573, § 1.*

si *Archidiaconis successerunt* Vicarii generales. Quæ disciplinæ imitatio, paulatim cœpta, et tandem sæculo decimo tertio fere ubique completa, in bonum Ecclesiæ cessit, ob exitiales abusos ad quos vicariorum Archidiaconorum, officij sui perpetuitate fretorum, elatio episcopos atque acerbitas devenerant. — *Cf. cap. 15, De offic. ord. ; — et Wernz, op. cit., t. 2, n. 800.*

837. II. « **Vicarius Generalis libere ab Episcopo designatur**, qui eum potest *ad nutum* remove. » — *Cod. can. 366, § 1.*

a) « *Unus tantum* constituatur, nisi vel rituum diversitas vel amplitudo diœcesis aliud exigat ;

» Sed, Vicario Generali *absente* vel *impedito*, Episcopus alium constituere potest qui ejus vices suppleat. » — *Ibid.*, § 2.

b) Vicarius Generalis « sit sacerdos *e clero sæculari* annos natus non minus triginta, in theologia et jure canonico doctor aut licentiatus, vel saltem earum disciplinarum vere peritus, sana doctrina, probitate, prudentia ac rerum gerendarum experientia commendatus.

» Si diœcesis alicui *religioni* commissa fuerit, Vicarius Generalis potest esse ejusdem religionis alumnus. » — *Cod. can. 367, § 1 et 2.*

c) Vicarii Generalis munus « ne committatur canonico *pœnitentiario*, aut Episcopi *consanguineis* præsertim in primo gradu vel in secundo mixto cum primo, aut, exclusa necessitate, *parochis* ceterisque curam animarum habentibus ; sed non prohibetur Episcopus Vicarium ex ipsa diœcesi assumere ». — *Ibid.*, § 3.

838. III. **Non ad ea quæ sunt Ordinis episcopalis**, sed ad exercitium tantummodo *jurisdictionis* ponitur.

Proinde, etiamsi sit episcopali caractere ornatus, et generali commissione, videlicet *sine speciali mandato*, nequit, ex. gr., consecrare ecclesias et altaria, chrisma et oleum sanctum conficere, sacramenta Confirmationis et Ordinis conferre, calices consecrare, et alia hujusmodi exercere.

839. IV. **Vicario Generali, vi officii**, « ea competit in *universa diœcesi* jurisdictio, in spiritualibus ac temporalibus, quæ ad Episcopum jure ordinario pertinet, exceptis iis quæ Episcopus sibi reservaverit, vel quæ ex jure requirunt speciale Episcopi mandatum ». — *Cod.*, c. 368, § 1.

a) Sed, cum sub auctoritate ac nutu Episcopi han- potestatem exercent, Vicarius generalis « præcipua actus Curia ad Episcopum referat, ipsumque certiore faciat d

quæ gesta aut gerenda sint ad tuendam in clero et pulo disciplinam. — *Cod., c. 369, § 1.*

b) Et « caveat ne suis potestatibus utatur *contra mentem et voluntatem sui Episcopi* ». — *Ibid., § 2.*

Imo, « gratia ab Episcopo *denegata* nequit valide, etiam facta denegationis mentione, a Vicario generali, non contentante Episcopo, impetrari ». — *Cod., c. 44, § 2.*

#### 840. V. Nequit sine mandato speciali :

a) *Pœnas* infligere ; nec *officiis* ecclesiasticis providere ; nec beneficia conferre, aut nominare et instituere *procuratores* ; nec *Vicarios parœciales* constituere aut amovere ; nec permittere *permutationem* beneficiorum ;

b) Nec *beneficia* erigere aut unire ; nec institutionem *canonicam* concedere præsentatis a patrono ; nec *fidelium promotionibus* erigendis aut aggregandis consensum præbere ; nec *Canonicos* ad honorem nominare ;

c) Nec *peccata reservare* ; nec in foro externo hæreticos aut schismaticos *absolvere* ab excommunicatione ; nec *excommunicationem* aut *incardinationem* concedere ; nec *litteras dimissorias* dare ad recipiendos *Ordines* ; nec *Congregationes* religiosas condere ; nec *Synodum diocesanam* convocare ;

d) Nec loca *consecrare* aut consensum præstare pro *edificandis* ; nec *indulgentias* concedere ; nec *reliquias* authenticas edicere ; nec *stipem* definire quæ a sacerdotibus propter utensilia, ceteraque ad *Missæ celebrationem* necessaria, exigatur ; nec permittere ut *matrimonium conscientie* ineatur. — *Quæ suo loco in decursu hujus Prælectionum notata sunt.*

841. VI. **Facultates habituales quæ Ordinario loci auctoritate Sede conceduntur**, vel in perpetuum, vel ad præfixum tempus, aut certum numerum casuum, ad Vicarium generalem pertinent, nisi in earum concessione electa fuerit *industria personæ*, aut aliud expresse cautum sit. — *Cod., c. 368, § 2 ; et can. 66.*

Item « exsequi potest *rescripta Apostolica* quæ Episcopo vel præcedenti rectori diœcesis remissa sint ». — *Ibid.*

842. VII. **Vicarius Generalis, præsentē etiam Episcopo,** « publice privatimque præcedentiæ jus habet super omnibus diœcesis clericis, non exclusis dignitatibus et canonicis ecclesiæ cathedralis, etiam in choro et actibus capitularibus, nisi clericus caractere episcopali præfulgeat, et Vicarius Generalis eodem careat ». — *Cod. can. 370, § 1.*

a) Licet Vicarius generalis exerceat jurisdictionem episcopalem ipsi non congruit *Prælati* nomen, quia hanc non habet propriam seu nativam, sed titulo tantum *vicariati*.

b) Attamen, ex constit. « *Inter multiplices* » Pii X, « qui Vicarii generalis, aut etiam Capitularis munere fungitur, hoc muneris dumtaxat perdurante, erit *Protonotarius titularis* », ideoque *la sensu Prælati*. — *Cf. n. 798, d.*

Habet nempe « *privilegia et insignia Protonotarii Apostolici titularis* ». Et, « si Vicarius generalis sit Episcopus, privilegia *Episcoporum titularium* obtinet ». — *Cod., c. 370, § 2.*

### 843. VIII. **Exspirat Vicarii generalis jurisdictio :**

a) « Per ipsius *renuntiationem* ad normam can. 181, 191 (*cf. n. 317, sq.*) ; aut *revocationem* ei ab Episcopo intermatam ; aut sedis episcopalis *vacationem* ». — *Cod. can. 371.*

b) « *Suspenditur* vero, suspensa episcopali jurisdictione. » — *Cod., ibid.*

Non tamen amittitur sede tantum impedita. — *Cf. n. 859, sq.*

## ARTICULUS II

### DE CANCELLARIO ALIISQUE NOTARIIS ET ARCHIVO EPISCOPALI

844. I. « In qualibet Curia constituatur ab Episcopo **Cancellarius** qui sit sacerdos, cujus præcipuum munus sunt acta Curiae in archivo custodire, ordine chronologico disponere, et de eisdem indicis tabulam conficere.

» Poscente necessitate, *adjutor* ei dari potest, cui nomen Vice-cancellarii seu Vice-tabularii.

» Cancellarius est eo ipso notarius. » — *Cod.*, c. 372.

845. II. **Alios quoque notarios**, præter cancellarium, instituere potest Episcopus, « quorum scriptura aut subscriptio *publicam fidem* faciat ». — *Cod.*, c. 373, § 1.

a) « Iidem constitui possunt aut ad *quælibet* acta, aut acta *judicialia* dumtaxat, aut ad acta tantummodo *causæ* vel negotii conficienda. » — *Ibid.*, § 2.

b) « Si clerici desint, possunt e *laicis* assumi ; sed notarius in *criminalibus* clericorum causis debet esse sacerdos. » — *Ibid.*, § 3.

c) « Cancellarius aliique notarii debent esse integræ mæ et omni suspitione majores. » — *Ibid.*, § 4.

d) « Omnes possunt *removeri* aut suspendi ab eo qui eos constituit, aut ab ejus successore aut Superiore, non tamen a Vicario Capitulari, nisi de consensu Capituli. » — *Ibid.*, § 5.

846. III. **Officium notariorum est :**

1<sup>o</sup> Conscribere acta seu *instrumenta* circa dispositiones, obligationes, citationes et intimationes judiciales, decretata, sententias aliave circa quæ eorum opera requiritur ;

2<sup>o</sup> In scriptis fideliter *redigere* quæ geruntur, eaque in significatione loci, diei, mensis et anni subsignare ;

3<sup>o</sup> Acta vel instrumenta legitime petenti ex regesto, gratis servandis, *exhibere* ; et eorum exemplaria cum sigillo conformia declarare ». — *Cod.*, c. 374, § 1.

Conscribere acta nequit notarius « nisi in *territorio* illius Episcopi a quo est electus, aut pro negotio ad quod est legitime constitutus ». — *Ibid.*, § 2.

847. IV. **Archivum seu tabularium diocesanum** Episcopi in loco tuto ac commodo erigant, « in quo instrumenta et scripturæ, quæ negotia dioccesana tum *spiritualium* tum *temporalium* spectant, apte dispositæ et diligenter usæ custodiantur ». — *Cod.*, c. 375, § 1.

a) « Omni diligentia ac sollicitudine conficiatur *inventarium* seu catalogus documentorum quæ in archivo continentur, cum brevi singularum scripturarum synopsis. » — *Ibid.*, § 2.

b) « Quotannis, primo bimestri, inventario seu catalogo illarum scripturarum *adjungantur* quæ anno præcedenti confectæ vel alias neglectæ fuerunt. » — *Cod.*, c. 376, § 1.

« Ordinarii sedulo inquirent chartas et scripturas forte alioquin *distractas* atque *dispersas*; et quælibet necessaria remedia adhibeant ut eadem scripturæ archivo restituantur. » — *Ibid.*, § 2.

c) « Archivum *clausum* sit oportet, et nemini illud ingredi liceat sine Episcopi aut Vicarii Generalis et cancellarii licentia.

» Unus cancellarius illius *clavem* habeat. » — *Cod.*, c. 377.

d) « Ex archivo non licet *efferre scripturas* sine Episcopi vel Vicarii Generalis consensu, eademque *post triduum* in suum locum referantur. Ordinario autem reservatur facultas prorogandi hoc tempus, quæ tamen prorogatio non nisi moderate concedatur.

» Qui aliquam scripturam ex archivo effert, *syngrapham* suam manu *signatam*, hoc ipsum significantem, cancellario relinquat. — *Cod.*, c. 378.

e) « Curent Episcopi ut archivorum quoque ecclesiarum cathedralium, collegiarum, parochialium, necnon, confraternitatum et priorum locorum inventaria seu catalogi, conficiantur *duobus exemplaribus*, quorum alterum in proprio archivo, alterum in archivo episcopali servetur. » — *Cod.*, c. 383, § 1.

« Documenta originalia ex prædictis archivis ne efferantur, nisi ad normam can. 378. » — *Ibid.*, § 2.

848. V. « **Habeant præterea Episcopi aliud archivum secretum**, vel saltem in communi archivo armarium secretum, scrinium omnino clausum et *observatum*, quod de loco amoveri nequeat.

a) » In eo scripturæ secreto servandæ cautissime custodiantur, sed singulis annis quamprimum *comburantur* documenta criminalium in materia morum, quarum rei *vita cesserint* quæ a *decennio* sententia condemnatoria absolutæ sunt, reterantur facti brevi summario cum textu sententiæ definitivæ. » — *Cod.* can. 379, § 1.

« Etiam hujus secreti archivi vel armarii *inventarium* seu catalogus conficiatur ad normam can. 375, § 2 » (cf. n. 847). — *Ibid.*,

b) « Hoc archivum vel armarium *duabus clavibus* inter se reversis aperiatur, quarum altera apud Episcopum vel Administra-

n Apostolicum, altera apud Vicarium Generalem vel, eo deficiente, Curiae cancellarium asservetur. » — *Ibid.*, § 3.

c) « Episcopus vel Administrator Apostolicus, repetita altera vice, *ipse solus*, nemine adstante, archivum vel armarium secretum, ubi opus fuerit, aperire et inspicere potest, quod deinde utraque clavi iterum claudatur. » — *Ibid.*, § 4.

d) « Statim a capta possessione, Episcopus *sacerdotem designet*, sede vacante aut impedita, clavem secreti tabularii seu armarii Curiae apud Episcopum erat, assumat. » — *Cod.*, c. 380.

e) « Nisi Administrator Apostolicus dioecesi datus fuerit :  
1º » Sede *impedita* ad normam can. 429, § 1 (*cf. n. 859*), sacerdos Episcopo designatus, si quidem regimen dioecesis sit penes vicarium ecclesiasticum ab Episcopo delegatum, clavem eidem *remittat*; penes Vicarium Generalem, eam ipse *retineat* ;

2º » Sede vero *vacante* aut impedita ad normam cit. can. 429, § 3, eadem clavem sacerdos remittat *Vicario Capitulari* statim post eius designationem ; Vicarius vero Generalis vel cancellarius aliam clavem a se retentam remittere eodem tempore debet *primæ Capituli dignitati*, vel consultori dioecetano munere antiquiori. » — *Ibid.*, c. 381, § 1.

3º » Antequam claves iis quibus tradi debent remissæ fuerint, Vicarius Generalis vel cancellarius et sacerdos, ut supra, ab Episcopo designatus, tabularium vel armarium *sigillis Curiae* obsignet. » — *Ibid.*, § 2.

4º » Tabularium vel armarium nunquam *aperiatur*, nec sigilla ab eo removeantur, nisi *urgente necessitate*, et ab ipso Vicario Capitulari coram duobus canonicis vel dioecetanis consultoribus, qui vigilent ne qua scriptura e tabulario auferatur ;

5º » Solus autem Vicarius Capitularis documenta in tabulario asservita potest, iisdem canonicis vel consultoribus adstantibus, *inspicere*, nunquam tamen auferre. Archivum autem, post inspectionem, eodem sigillis obsignetur. » — *Cod.*, c. 382, § 1.

6º » Advenienti *novo Episcopo*, si sigilla remota fuerint et tabularium aut armarium apertum, Vicarius Capitularis rationem reddenda *urgentis necessitatis* qua ad hoc motus fuerit. » — *Ibid.*, § 2.

849. VI. **Documenta inspiciendi** quæ in *parœciarum Curiarum* archivis sub secreto servanda non sunt, potestas fit cuilibet cujus intersit ; « itemque postulandi ut, si impensa, sibi legitimum eorum *exemplar* exscribatur tradatur ». — *Cod.*, c. 384, § 1.

Cancellarii autem Curiarum, parochi, alique archivorum custodes, « in communicandis documentis et eorum exemplaribus describendis tradendisque, *regulas* servent a legitima auctoritate ecclesiastica datas, et in casibus dubiis loci Ordinarium consulant ». — *Ibid.*, § 2.

850. VII. « **Incurrunt ipso facto in excommunicationem Sedi Apostolicæ simpliciter reservatam**, et ab Ordinario etiam *privatione* officii, beneficii, plecti poterunt Vicarius Capitularis aliive omnes, tam de Capitulo quam extranei, qui documentum quodlibet ad Curiam Episcopalem pertinens, sive *per se* sive *per alium*, subtraxerint vel destruxerint, vel celaverint, vel substantialiter immutaverint. » — *Cod.*, c. 2405.

a) « Quicumque officio tenetur acta vel documenta seu libros Curiarum ecclesiasticarum vel libros parœciales conficiendi, conscribendi aut conservandi, si ea *falsare, adulterare, destruere* vel *occultare* præsumpserit, suo officio privetur, aliisque gravibus pœnis ab Ordinario pro modo culpæ puniatur. » — *Cod.*, c. 2406, § 1.

b) « Qui vero acta, documenta vel libros hos legitime petent exscribere, transmittere seu exhibere dolose detrectaverit, alioquo modo *officium suum prodiderit*, privatione officii vel suspensione ab eodem et multa ad arbitrium Ordinarii, pro gravitate casus, puniri potest. » — *Ibid.*, § 2.

c) « Qui Curiae officiales seu ministros quosvis ecclesiasticos iudices, advocatos vel procuratores, donis aut pollicitationibus *actionem* vel *omissionem* officio suo contrariam inducere tentaverit, congrua pœna plectatur, et ad reparanda damna, si qua illata sint, compellatur. » — *Cod.*, c. 2407.

### ARTICULUS III

#### DE EXAMINATORIBUS SYNODALIBUS ET PAROCHIS CONSULTORIBUS

851. I. « **In quavis diœcesi habeantur Examinatores synodales et parochi Consultores**, qui omnes in Synodo constituentur, propositi ab Episcopo, a Synodo approbati. » — *Cod.*, c. 385.

a) « *Toi eligantur* quot Episcopus prudenti suo jud



io necessarios judicaverit, non tamen infra quatuor, nec ultra duodecim. » — *Ibid.*, § 2.

b) « Idem potest esse *examinator* et *parochus consultor*, non autem in eadem causa. » — *Cod.*, c. 390.

c) Non expedit ut Ordinarius inter Examinatores Vicarium suum generalem accenseat. — *S. C. Consist.*, oct. 1910, ad 6 (*Acta*, II, 854).

In diocesisibus *Statuum fœderatorum* Americæ septentrionalis, quia « Consultores dioecisani eorumque collegium stant loco canonicorum et Capituli cathedralis », et « in in jure non obstat quominus Vicarius generalis inter cathedralis ecclesiæ canonicos accenseatur », ideo non prohibetur, « generatim saltem loquendo, quominus *Vicarii generales* istarum diocesium sint de numero Consultorum.

» Est tamen casus in quo neque æquum neque opportunum est ut obtineat, quoties scilicet Consultores, juxta usum vel alia de causa, *paucissimi* sint : eo enim in casu alius sacerdos, non de grege Consultorum, est assumendus in Vicarium, vel numerus Consultorum congrue augendus. » — *S. C. Consist.*, 27 febr. 1914 (*Acta*, VI, 111).

852. II. Extra Synodum aliquando deputari possunt. — Siquidem :

a) « Examinatoribus et parochis Consultoribus medio tempore inter unam et aliam Synodum *demortuis*, vel alia ratione a munere *cessantibus*, alios *pro-synodales* Episcopos substituat, de consilio Capituli cathedralis. » — *Cod.*, n. 386, § 1.

b) « Quæ regula servetur quoque in examinatore et parochis consultoribus constituendis quoties *Synodus* non habeatur. » — *Ibid.*, § 2.

« Qui loco examinerum ac parochorum consultorum deficientium constituentur, in officio persistunt *dumtaxat* quousque perstitissent ii quibus substituti fuerunt. » — *Cod.*, c. 387, § 2.

853. III. Post decennium ab incepto munere, vel antequam prius, adveniente nova synodo, « Examinatores et parochi consultores officio cadunt ». — *Cod.*, c. 387, § 1.

a) « Possunt tamen negotium jam *cœptum* ad exitum perducere, et, servatis de jure servandis, denuo constitui. » — *Ibid.*

b) « *Removeri* ab Episcopo nequeunt nisi ex gravi causa, et de consilio Capituli cathedralis. » — *Cod.*, c. 388.

854. IV. « **Examinatores synodales operam suam diligenter navent :**

a) » Præsertim experimentis habendis ad provisionem parœciarum, nec non processibus de quibus in can. 2147 sq. » (ubi de remotione parochorum). — *Cod.*, c. 389, § I. — *Cf. num. 1158, sq.*

b) « Pro experimentis vero habendis ad clericorum *ordinationem* et approbationem sacerdotum qui petunt facultatem excipiendi sacramentales *confessiones* aut sacras *conciones* habendi, et pro *examinibus* de quibus in can. 130 (*cf. n. 416*), integrum est Episcopo vel examinatorum synodaliū vel *aliorum* opera uti. » — *Ibid.*, § 2.

*Parochi* autem *consultores* partem non habent nisi in revisione decreti amotionis a parœcia, et in coacta translatione parochorum

## CAPUT III

## DE VICARIIS FORANEIS

855. I. **Vicarius foraneus est ille** qui permanentemente ab Episcopo, in certa diocesis parte, aut ad certos actus constituitur; et dicitur *foraneus*, quia extra fores seu civitatem in qua Episcopus residet constituitur.

et multum differt Vicarius foraneus a *Vicario generali* :

Vicarius foraneus *delegatam* jurisdictionem habet, Vicarius generalis *ordinariam*; et a sententia prioris appellatur ad Episcopum, non vero a sententia posterioris.

*Universalis* est, moraliter saltem loquendo, Vicarii generalis potestas quoad causas et loca; foranei vero *particularis* et restricta, quoad scilicet quantam Episcopus demandaverit.

Vicario generali competit, *ex lege ipsa* et vi officii sui, certa determinata et determinata jurisdictione, ipsa nempe ordinaria jurisdictione Episcopi, exceptis iis quæ jus excepta voluit vel Episcopus sibi esse reservavit. — Vicarius autem foraneus nihil exsequi valet nisi si *expresse ipsi non commiserit Episcopus*.

a) « Episcopus territorium suum in regiones seu districtus, pluribus parœciis constantes, distribuatur, qui distribuuntur nomine *vicariatus foranei, decanatus, archipresbiteratus, etc.* » — *Cod., c. 217, § 1.*

Si hæc distributio, ratione circumstantiarum, videatur *impossibilis* aut *inopportuna*, Episcopus consulat Sanctam Synodum, nisi ab eadem jam fuerit provisum. » — *Ibid., § 2.*

b) Ad munus vicarii foranei « Episcopus eligat sacerdotem quem dignum judicaverit, præsertim inter *rectores parœcialium* ». — *Cod., c. 446, § 1.*

c) « Vicarius foraneus *ad nutum* Episcopi amoveri potest. » — *Ibid., § 2.*

856. II. **Vicarii foranei jura et officia.**

a) « Vicario foraneo, præter facultates quas ei tribuit Synodus provincialis vel diocæsana, et secundum normas

in eadem Synodo legitime statutas vel ab Episcopo statuentibus, jus et officium est *invigilandi* potissimum :

» 1<sup>o</sup> Num ecclesiastici viri sui ambitus seu districtus vitam ducant *ad normam sacrorum canonum*, suis officiiis diligenter satisfaciant, præsertim circa residentium legem, divini verbi prædicationem, impertiendam pueris atque adultis catechesim, et obligationem infirmis asservandam ;

» 2<sup>o</sup> Num *decreta* lata ab Episcopo in sacra visitationis executioni mandentur ;

» 3<sup>o</sup> Num debitæ cautelæ circa *materiam* Sacramenti Eucharistici adhibeantur ;

» 4<sup>o</sup> Num decor et nitor *ecclesiarum* et *sacræ suppellectilis*, maxime in custodia sanctissimi Sacramenti et Missæ celebratione, accurate serventur ;

» An *sacræ functiones* secundum sacræ liturgiæ præscripta celebrentur ; *bona ecclesiastica* diligenter admittantur, adnexaque illis onera, in primis Missarum, impleantur ; rectene conscribantur et asserventur libri parœciales. » — *Cod., can. 447, § 1.*

b) « De iis omnibus ut reddatur certior, vicarius foraneus debet, statutis ab Episcopo temporibus, districtus parœcias *visitare*. » — *Ibid., § 2.*

c) « Pertinet etiam ad vicarium foraneum, statim atque audierit aliquem sui districtus parochum *graviter ægrotare*, operam dare ne spiritualibus ac materialibus auxiliis honestoque funere, cum decesserit, careat ; curare ne, eo ægrotante vel decedente, libri, documenta sacra supellex, aliaque quæ ad ecclesiam pertinent, deperiant aut asportentur. » — *Ibid., § 3.*

d) Vicarius foraneus debet, « diebus ab Episcopo designatis, convocare presbyteros proprii districtus conventus seu *collationes* de quibus in can. 131 (*cf. n. 4.*) eisdemque præesse.

» Ubi vero *plures* habeantur hujusmodi cœtus in variis districtis locis, invigilare ut rite celebrentur ». — *Cod. can. 448, § 1.*

e) Si non sit parochus, « debet *residere* in territorio vicariatus vel alio in loco non valde distante, secundum leges ab Episcopo definiendas ». — *Ibid.*, § 2.

f) Vicarius foraneus « *sigillum* habeat vicariatus proprium ». — *Cod.*, c. 450, § 1.

857. III. « **Saltem semel in anno vicarius foraneus rationem reddere debet Ordinario loci, ostendens non solum quæ intra annum bene gesta sint, sed etiam quæ mala obrepserint, quæ scandala exorta sunt, quæ remedia ad ea reparanda adhibita, et quidquid futurum existimet ad ea radicitus extirpanda.** » — *Cod.*, c. 449.

858. IV. **In signum delegatæ potestatis, nonnullis vicariis concessibus, conceduntur Decanis *rochetum* et *mozetta*; nonnulli etiam per hæc insignia Canonicis honorariis æquiparantur.** Vicarius foraneus « *præcedit* omnibus vicariis parochis aliisque sacerdotibus sui districtus ». — *Cod.*, c. 450, § 2.



# TRACTATUS VI

## DE EPISCOPALI SEDE IMPEDITA AUT VACANTE

Videlicet : de administratione diœcesis quando Episcopus neque ipse suum officium exercere ; — et de officio Capituli et Vicarii Capitularis, sede vacante.

### CAPUT I

#### DE SEDE IMPEDITA

859. I. « Sede per Episcopi captivitatem, relegationem, excommunicationem, aut inhabilitatem, ita impedita ut ne per litteras quidem ab Episcopo diœcesanis communicare ipse possit :

a) » Diœcesis regimen, nisi Sancta Sedes aliter providerit, non potest Episcopi Vicarium generalem, vel alium virum ecclesiasticum ab Episcopo delegatum esto. » — *Cod.*, c. 429, § 1.

b) « Potest in casu Episcopus, gravi de causa, plures delegatos qui sibi invicem in munere succedant. » — *Ibid.*, § 2.

c) « His deficientibus, vel, uti supra dictum est, impeditis, Capitulum ecclesiæ cathedralis suum Vicarium constituat, qui regimen assumat cum potestate Vicarii Capitularis. » — *Ibid.*,

d) « Qui diœcesim regendam, ut supra, suscepit, quamprimum Sanctam Sedem moneat de sede impedita ac de assumpto munere. » — *Ibid.*, § 4.

860. II. « Si Episcopus in excommunicationem, interdictionem vel suspensionem inciderit, Metropolita, eoque deficiente, vel, si eodem agatur, antiquior inter suffraganeos, ad Sedem Apostolicam illico recurrat ut ipsa provideat. » — *Cod.*, c. 429, § 5.

Quod si de diœcesi agatur vel prælatura quæ nulli Metropolita subijciatur, vicinio Metropolita qui fuit legitime electus « oblatione recurrendi tenetur ». — *Ibid.*, — *Cf.* n. 775, b.

## CAPUT II

## DE ADMINISTRATIONE DIOECESIS

## SEDE VACANTE

elicit : de officio Capituli, sede vacante ; — de Vicarii deputa-  
tione ; — de auctoritate Capituli et Vicarii Capitularis, sede va-  
cante ; — et de cessatione potestatis Vicarii Capitularis.

## ARTICULUS I

## DE OFFICIO CAPITULI, SEDE EPISCOPALI VACANTE

861. I. **Sedes episcopalis vacat** « *Episcopi morte, translatione a Romano Pontifice acceptata, translatione privatione Episcopo intimata* ». — *Cod.*, c. 430, § 1.

a) « Nihilominus, excepta collatione beneficiorum aut aliorum ecclesiasticorum, omnia *vim habent* quæ gesta sunt a Vicario Generali usque dum hic *certam* de obitu Episcopi *notitiam* acceperit, vel ab Episcopo aut Vicario Generali usque dum certa de memoratis actibus pontificiis *notitia* ad eosdem pervenerit. » — *Ibid.*, § 2.

b) « A certa *translationis* notitia, Episcopus, intra quatuor menses, debet diocesim *ad quam* petere, ejusdemque canonicam possessionem assumere ; et, a die captæ possessionis, diocesis *a qua* plene vacat ; Interim vero in eadem Episcopus : 1° *Vicarii Capitularis* potestatem obtinet eisdemque obligationibus tenetur, cetera qualibet Vicarii Generalis potestate ; 2° honorificas *episcoporum residentialium* privilegia conservat ; 3° inter alia percipit *fructus* mensæ episcopalis. » — *Ibid.*, § 3.

862. II. **Ad Capitulum ecclesiæ cathedralis**, regimen diocesis, sede vacante, *devolvitur*, « nisi adfuerit Administrator apostolicus, vel aliter a Sancta Sede provisum fuerit ». — *Cod.*, c. 431, § 1.

Sicubi, ex speciali Sanctæ Sedis dispositione, Archie-

piscopus aliusve Episcopus *Administratorem diœcesis vacantis* designet, hic omnes et solas facultates habet quæ Vicario Capitulari competunt, eisdem obligationibus pœnis obnoxius. » — *Ibid.*, § 2.

863. III. *Vicarium Capitularem* « *intra octo dies accepta notitia vacationis* » constituere debet Capitulum ecclesiæ cathedralis ut « *loco sui diœcesim regat* » ;

Et, si fructuum percipiendorum ei munus incumbat, *Œconomum* « unum vel plures, fideles ac diligentes » item constituere. — *Cod.*, c. 432, § 1.

« *Œconomus rerum ecclesiasticarum et proventuum curam et administrationem gerat, sub auctoritate tantum Vicarii Capitularis.* » — *Cod.*, c. 442.

a) « Si Capitulum intra præscriptum tempus *Vicarium* aut *œconomum*, quavis de causa, nullum deputaverit, deputatio ad *Metropolitam* devolvitur ;

» Si autem ecclesia ipsa metropolitana fuerit vacans vel metropolitana simul et suffraganea, ad *antiquiora* ex Episcopis suffraganeis. » — *Cod.*, c. 432, § 2.

b) « Etiam vacante diœcesi aut abbazia vel prælatura de quibus in can. 285 (*cf. n. 775, b*), si Capitulum intra octiduum *Vicarium* vel *œconomum* non nominaverit, hunc *Metropolita* qui fuit legitime *electus* ad normam citati canonis, constituat, nisi in abbazia vel prælatu *nullius* religiosa aliter ad normam constitutionum præscriptarum deatur. » — *Ibid.*, § 3.

c) « Capitulum quantocius de morte Episcopi, deinde electus in *Vicarium Capitularem* de sua electione *Sedem Apostolicam* certiore faciant. » — *Ibid.*, § 4.

864. IV. In locis *Missionum*, deficiente *Vicario Præfecto*, *Pro-Vicarius* aut *Pro-præfectus*, « totum regimen *assumere*, et in hoc munere *permanere* donec *Sancta Sede* aliter fuerit provisum ». — *Cod.*, c. 309, — *Cf. num. 569.*



## ARTICULUS II

## DE VICARII CAPITULARIS DEPUTATIONE

865. I. **Per actum Capitularem**, ad normam can. 160-2 (*cf. num. 283, sq.*), fieri debet Vicarii Capitularis etonomi constitutio. — *Cod.*, c. 433, § 2.

Ad validitatem « requiritur numerus suffragiorum *absolue major*, demptis suffragiis nullis ». — *Ibid.*

866. II. **Universam jurisdictionem transferre debet capitulum in Vicarium Capitularem**, ita ut Vicarius Capitularis jurisdictionem episcopalem *exclusive*, non *vero nulative* cum Capitulo exercent.

a) Neque fieri potest delegatio ad *certum tempus*, aut servato jure *remotionis* ; sed, semel constitutus Vicarius Capitularis, non potest removeri, nisi ex causa per Sedem Apostolicam agnoscenda et probanda. — *Cod.*, c. 437.

b) « Quamobrem, *pro nullis habendæ sunt limitationes*, seu quoad jurisdictionem, seu quoad tempus, adjectæ Capitulo electioni Vicarii Capitularis ; qui idcirco, iis in obstantibus, officium semel sibi rite collatum, *totopore* quo sedes episcopalis vacua fuerit, totamque vicariariam jurisdictionem episcopalem libere et valide exercere perget, donec novus Episcopus Apostolicas canonicæ suæ institutionis litteras exhibeat. » — *Pii IX constit. manus Pontifex, 28 aug. 1873.*

c) Igitur Vicarius Capitularis, sede vacante, stricto sensu non est Vicarius Capituli ; sed *Ordinarius* est, habens jurisdictionem *in ipsum Capitulum*, cujus speciali mandato minime indiget, cui non tenetur rationem suæ administrationis reddere, a quo puniri non potest, nec eligi ut determinatos Officiales assumat, determinato loco diocesim regat, etc.

867. III. « **Unus deputetur Vicarius Capitularis**, reprobata contraria consuetudine ; secus electio irrita est. » — *Cod.*, c. 433, § 1. — *Cf. Trid.*, xxiv, 16, *de ref.*

a) Idque « ne pluribus commissa negotia *segnius* et *difficilius* expediantur ». — *Pii IX epist. ad Capit. Ceno-*  
*manen.*, 22 mart. 1862.

Revera, « ut unus in unaquaque diœcesi est Episcopus, ita etiam omnino congruit ut unus debeat esse Vicarius ; hac enim tantum ratione servari potest *unitas regiminis* et actuum uniformitas, quæ ad omnem confusionem præcavendam, necessariæ sunt ». — *S. C. C. ad Canonicos diœc. Ruthen.*, 4 sept. 1871.

b) « Quod si *diœcesis latitudo*, ac *negotiorum multiplicitas*, plurium hominum operam exigat, nihil impedit quominus idem Vicarius unum vel plures tanquam *Pro-Vicarios* sibi adsciscat, qui, sua sub potestate ac nutu, negotia ministerii pastoralis expediant. » — *S. C. C.*, *ibid.*

Nequit tamen his *Pro-Vicariis* concedere *ordinariam* jurisdictionem in diœcesim ; quia nemo potest, absque Principis consensu alicui *ordinariam* potestatem tribuere.

c) « Idem potest in Vicarium Capitularem et œconomum deputari. » — *Cod.*, c. 433, § 3.

#### 868. IV. Ad Vicarii Capitularis munus :

a) Deputari valide nequit, « clericus qui ad sacrum *presbyteratus* ordinem nondum fuerit promotus, aut *tricesimum* ætatis suæ annum non expleverit, aut ad eandem vacantem sedem fuerit electus, nominatus vel presentatus ». — *Cod.*, c. 434, § 1.

b) Si prædictæ conditiones posthabitæ fuerint, « *Metropolitana*, aut, si ecclesia metropolitana vacans fuerit, vel de ipso Capitulo metropolitano agatur, *antiquior* provincie Episcopus, agnita rei veritate, Vicarium pro ea vice deputet ;

» Actus autem illius qui a Capitulo electus fuerat ipso jure sunt nulli ». — *Cod.*, c. 434, § 3.

c) Vicarius Capitularis « sit præterea in theologia et jure canonico *doctor*, vel *licentiat*, aut saltem earumdem disciplinarum vere peritus, in eoque morum integritas, pietas, sana doctrina, cum *prudentiæ* laude conspirent ». — *Cod.*, c. 434, § 2.

D) Vicarii Capitularis electio nullius confirmatione et. Ideo Vicarius, edita *fidei professione* « coram iudice cathedrali », *statim* jurisdictionem obtinet. — *Cod.*, 438. — *Cf. n. 50.*

### ARTICULUS III

#### POTESTATE CAPITULI ET VICARII CAPITULARIS

##### SEDE VACANTE

369. I. **Ordinaria Episcopi jurisdictio in spiritualibus temporalibus**, sicut ad Capitulum infra octo dies a vacatione, ita deinde ad Vicarium Capitularem transeunt, exceptis iis quæ in jure expresse sunt eidem prohibita. — *Cod.*, c. 435, § 1. — *Pii IX constit. Romanus Pontifex*, 28 aug. 1873.

370. II. **Facultates omnes a Sancta Sede locorum vicariis concessæ**, non suspenduntur vel desinunt ob mortem vel a munere cessationem ; sed *ad successores transeunt*, etiamsi ad certum tempus, vel pro certo tempore casuum concessæ sint. — *Cod.*, can. 435, § 2; *Cong.*, *S. Offic.*, 24 nov. 1897 ; 22 jun. 1898 et *ibid.*, 1899. — *Cf. n. 109.*

371. III. **« Sede vacante nihil innovetur. »** — *Cod.*, c. 436. — *Cf. tit. 9, lib. III Decretalium.* Vicarius « personæ morales minoribus æquiparantur ». — *Cod.*, c. 100, § 3. — Cum vero iniquum censeatur pupillum minorem præjudicium tolerare ob tutoris vel curatoris ignorantiam, hinc, *sede vacante*, interdicitur innovatio exsequi possit præjudicium ecclesiæ, aut jura ejusdem defenduntur. — *Santi*, in *tit. Ne sede vacante*, n. 4.

371. III. « **Sede vacante nihil innovetur.** » — *Cod.*, c. 436. — *Cf. tit. 9, lib. III Decretalium.* Vicarius « personæ morales minoribus æquiparantur ». — *Cod.*, c. 100, § 3. — Cum vero iniquum censeatur pupillum minorem præjudicium tolerare ob tutoris vel curatoris ignorantiam, hinc, *sede vacante*, interdicitur innovatio exsequi possit præjudicium ecclesiæ, aut jura ejusdem defenduntur. — *Santi*, in *tit. Ne sede vacante*, n. 4.

a) Hinc « Vicario Capitulari et Capitulo non agere quidpiam quod, vel *diœcesi*, vel *episcopali juribus*, præjudicium aliquod afferre possit.

» Nominatim vero, Vicarius Capitularis alique, sive Capitulo, sive extranei clerici aut laici, per se vel alioquin prohibentur Curiā episcopalis *documenta quælibet trahere* vel destruere, vel celare, vel immutare. » — *can. 435, § 3. — Cf. n. 850.*

b) Vicarius Capitularis beneficia perpetua concedere nequit; nec *parœcias* liberæ collationis, nisi sedes ab alicui vacaverit. — *Cod., c. 455, § 2, n. 3. — Cf. n. 90.*

Potest tamen *Vicarios* parœciales constituere ad idem munus. — *can. 472-476. — Cf. n. 1173, sq.*

c) Nec *litteras dimissorias* dare potest Vicarius Capitularis nisi, « de Capituli consensu, post *annum* a vacatione; *intra annum* vero, solis arctatis ratione beneficii recepti vel recipiendi, aut ratione certi alicuius officii cui propter necessitatem diœcesis sine dilatione providendum ». — *Cod., c. 958, § 1, n. 3. — Cf. n. 37.*

Vicarius Capitularis, quoties dimissoriales litteras concedere potest et ab *interstitiis* dispensare. — *S. C. Conc., 26 apr. 1886. apud Lucidi, De visit., cap. 2, n. 71.*

d) Itemque excardinationem et incardinationem clericorum concedere nequit Vicarius Capitularis. « post *annum* a vacatione sedis episcopalis, et cum consensu Capituli ». — *Cod., c. 113. — Cf. n. 675.*

e) Tandem, licet suo loco jam notata, juvat hinc in memoriam revocare cetera quæ ab ipso jure in potestate Vicarii Capitularis excipiuntur.

Nequit enim : *Synodum* convocare ; *beneficia* unquam sine consensu præstare in beneficiorum *permutatione* ; aliam collationem quorumdam *peccatorum* sibi reservare ; parœcias *amovibiles inamovibiles* declarare ; *Congregationes* religiosas condere ; *pias fidelium associationes* erigere ; *canonicos* ad honorem nominare ; *promotorem justitiæ* vinculi defensorem remove.

872. **IV. Potestas Ordinis**, ut patet, *non transit ad* itulum.

a) Sed quia, ut notat *glossa in cap. Dilectus, De officio* *Ordinis ordinarii*; collatio Ordinum et sacramentorum est *ex lege jurisdictionis*, ideo Capitulum et Vicarius Capituli « facultate pollent *exercitium pontificalium* in diocessibus cuilibet Episcopo permittendi ; imo, si Vicarius Capituli sit Episcopus, potest ipse eadem exercere, excluso usu throni cum baldachino ». — *Cod., c. 435, § 2.*

b) Attamen, infra annum a die vacationis, non posset *conferendos Ordines* deputare, absque speciali indulto. *Cf. n. 373, b.*

873. **V. Missam pro populo** applicare debet Vicarius Capitularis « omnibus dominicis aliisque festis diebus decepto, etiam suppressis », ad normam can. 338-339. — *Cod., c. 440.* — *Cf. n. 732, sq.*

etiam « obligatione tenetur *residendi* in diocesi ». — *Ibid.*

874. **VI. Vicarius Capitularis et œconomus** « *jus habet ad congruam retributionem*, in Concilio provinciali assignatam, vel recepta consuetudine concedi solitam, emendam ex redditibus mensæ episcopalis aut ex aliis emolumentis, nisi aliter fuerit legitime provisum ». — *Cod. 441, n. 1.*

Cetera emolumenta, quo tempore sedes episcopalis vacaverit, *future Episcopo* pro diocesis necessitatibus reservantur, si ad Episcopum, ecclesia non vacante, pertinuerint. » → *Ibid., n. 2.*

875. **VII. Vicarius Capitularis** « *publice privatimque* *cedentiæ jus habet* super *omnibus* diocesis clericis, exclusis dignitatibus et canonicis ecclesiæ cathedralis in choro et actibus capitularibus, nisi clericus character episcopali præfulgeat et Vicarius Capitularis in choro careat ». — *Cod., c. 439 et 370.*

## ARTICULUS IV

## DE CESSATIONE POTESTATIS VICARII CAPITULARIS

876. I. Exspirant jurisdictio Vicarii Capitularis  
Œconomi munus :

a) Per initam a novo Episcopo *possessionem* ad r  
mam can. 334, § 3. — *Cod.*, c. 443, § 2. — *Cf. n. 601.*

b) Per *renuntiationem*. — « Renuntiatio authen  
forma est exhibenda Capitulo, a quo tamen accep  
necesse non est ut valeat. » — *Cod.*, *ibid.*, § 1.

c) Per *remotionem* quæ « Sanctæ Sedi reservatur »  
*Ibidem.*

« Novi autem Vicarii vel Œconomi *constitutio*, p  
prioris *renuntiationem*, *obitum* vel *remotionem*,  
*ipsum Capitulum* pertinet, facienda ad normam can. 43  
— *Ibid.* — *Cf. n. 863.*

877. II. Novus Episcopus rationem exigere d  
officiorum, jurisdictionis, administrationis munerisve  
*Capitulo*, a *Vicario Capitulari*, ab Œconomo et ab  
*officialibus* qui, sede vacante, fuerunt constituti, et in  
animadvertere qui in suo officio seu administratione  
querint, etiamsi, redditis rationibus, a Capitulo ve  
Capituli deputatis absolutionem aut liberationem in  
traverint ». — *Cod.*, c. 444, § 1. — *Trid.*, xxiv, 16, de

« Idem rationem reddant novo Episcopo *scriptura*  
ad Ecclesiam pertinentium, si quæ ad ipsos pervenerint  
— *Ibid.*, § 2.



## TRACTATUS VII

### DE PAROCHO ET VICARIIS PARŒCIALIBUS



de recta notione parochiatus ; — de parœciarum erectione ;  
de institutione parochorum ; — de eorum obligationibus et ju-  
ris ; — de administratione temporali parœciæ ; — de amissione  
iis parochialis ; — de Vicariis parœcialibus ; — de Rectori-  
ecclesiarum et Cappellanis.

#### CAPUT I

##### DE RECTA NOTIONE PAROCHIATUS

et : de origine — et indole officii parochorum ; — et de iis  
qui eorum potestati subduntur.

#### ARTICULUS I

##### DE ORIGINE OFFICII PAROCHORUM.

378. I. **Primis Ecclesiæ sæculis**, nulli exstiterè paro-  
chi certâ et stabili sede *proprium populum ac territo-*  
*ria* haberent ; sed in civitate dumtaxat episcopali *una*  
*ecclesia*, ad quam fideles, sive in urbe sive in agris  
convenientes, die Dominica conveniebant ; *unusque* erat totius  
diœcesis *pastor* et Episcopus, qui, in animarum salute præ-  
stantia, ubi opus esset, presbyterorum opera utebatur ;  
propterea tota diœcesis merito dicebatur *parœcia*, ut  
patet, ex. gr., *can. 14 Apostolorum*.

2) Aucto christianorum numero, constitutæ sunt  
parochiæ *primum in vicis et villis*, quarum incolæ, cum ad

civitatem commode ire non possent, eorum gratia ibi conditæ sunt ecclesiæ quibus præpositi sunt sacerdotes qui populum illum regerent, muneraque ecclesiastica exercebant.

b) *In civitatibus, serius òrtæ sunt parœciæ.* — Nubique omnes eodem tempore initium habuerunt; cum enim ea res tota ab *Episcoporum arbitrio* penderet, citius, serius alii parochos in civitate constituerunt, major minorve numerus christianorum, eorumque utilitas atque necessitas postulabat.

c) Parœciæ *rurales* quarto circiter sæculo constitutæ sunt. In *civitatibus* autem, duabus dumtaxat Roma et Alexandria exceptis, ante annum Christi millesimum nullæ sunt institutæ parœciæ. — *Devoti Inst. can., lib. tit. 3, sect. 10.* — *Cf. Thomassin, Anc. et nouv. disciplin.*

Igitur parochi, qua tales, non sunt ex institutione divina, ut fuerunt *Parochistæ*, qui divinam originem parochis tribuebant, sed quam *successoribus 72 discipulorum* quos Christus ipse designavit, adeoque, præter S. Pontificem et Episcopos, *tertium* constituebant in hierarchia juris dictionis gradum. — *Cf. S. Th., 2, 2., qu. art. 4, ad 5; — et Wernz, Jus decret., tom. 2, n. 821.*

## 879. II. Maxime utilis visa est hæc subdivisio diocesis in parœcias.

Ideo *Concilium Tridentinum* jam Episcopis mandavit ut, ubique constitutis parœciis, « unicuique suum proprium petuum peculiaremque parochum assignarent ». — *Trident. XXIV, 13, de ref.* — *Cf. Ben. XV epist. ad episc. Dioc. n. 14 apr. 1917 (Acta, IX, 226).* — Porro, ad normam novi Codicis :

a) « Territorium cujuslibet diocesis *dividatur* in distinctas partes territoriales; unicuique autem parti *peculiaris ecclesia* cum populo determinato est assignanda, cuiusque *peculiaris rector*, tanquam proprius ejusdemque pastor, est præficiendus pro necessaria animarum cura. — *Cod., c. 216, § 1.*

« Pari modo *vicariatus apostolicus* et *præfectura apostolica*, ubi commode fieri possit, dividantur. » — *Ibid.,*



b) « Partes diœcesis sunt *parœciæ* ; partes vicariatus stolici ac præfecturæ apostolicæ, si peculiaris rector eum fuerit assignatus, appellantur *quasi-parœciæ*. » — *Ibid.*, § 3.

c) « Non possunt, sine speciali apostolico indulto, constitui parœciæ pro diversitate *sermonis* seu *nationis* in eadem civitate vel territorio degentium, nec parœciæ mere *familiares* aut personales ; Ad constitutas autem quod attinet, nihil innovandi, inconsulta Apostolica Sede. » — *Ibid.*, § 4.

## ARTICULUS II

### DE INDOLE OFFICII PAROCHORUM

880. **I. Parochus est** « sacerdos, vel persona moralis, parœcia collata est *in titulum* cum cura animarum sub iurisdictione auctoritate exercenda ». — *Cod.*, c. 451, § 1. *Cf. n. 1179, sq.*

Reputatur nempe ad ministrandum, ex *obligatione* et *proprio nomine*, verbum Dei et sacramenta fidelibus intra certos limites commorantibus, qui ab eodem *vicissim* sacramenta recipere aliquatenus tenentur, debentque ejusdem sustentationi providere. — *Cf. n. 1478 et 1541.*  
 Parochus « *ex officio* tenetur curam animarum sustinere in omnes suos parœcianos qui non sint legitime exempti ». — *Cod.*, c. 464, § 1.

a) Vox ipsa *parochus* derivatur a voce græca *παροικέω* (parochus incolo), quia parochus præficitur regimini spirituali animarum loci.

Parochus nomen Parochi derivant a græco *παρέχω* quod *præbere* significat, eo quod auctoritate episcopali sit ille præfectus cui sibi commissæ verbi divini ac sacramentorum curam præbeat.

Parochus dicitur quoque : *plebanus*, a plebe cui adsistit ; *curatus*, ab officio regendi populum sibi commissum ; *curatus*, a cura animarum quam exercet.

b) Parochialis cura animarum ad *collegium* etiam potest *habitualiter* pertinere, ita tamen ut *actualis* cura per *Vicarium curatum* tota exerceatur. — Cf. n. 1179, sq.

c) « Parochis *æquiparantur*, cum omnibus juribus et obligationibus parœcialibus, et parochorum nomine in jura veniunt : 1° *Quasi-parochi*, qui quasi-parœcias regunt de quibus supra ; 2° *Vicarii parœciales*, si plena potestate parœciali sint præditi. » — Cod., c. 451, § 2: — Cf. n. 1179, sq.

881. II. **Ordinariam fori interni jurisdictionem** habent Parochi ; et *proprio nomine* populum sibi commissum regunt, non quatenus meri Episcoporum delegati.

Potestas enim parochorum *a jure communi originem habet*, officio cohæret, cum ipso titulo confertur, et omnes functiones huic titulo a jure communi adnexas, independentes a voluntate Episcopi, complectitur.

a) Ideo hæc jurisdictionis non potest ab Episcopo, sine legitima causa, aut prorsus auferri, aut adeo imminui ut fere *inanis* remaneat. — Cf. *Bened. XIV, De syn., lib. 1, cap. 4, n. 3 ; — et num. 62, c.*

b) Sed jurisdictionis qua parochi pastores ordinarii constituantur, non impedit quominus *Episcopus* sit etiam *pastor ordinarius et immediatus* omnium diœcesanorum quemadmodum jurisdictionis episcopalis in diœcesi non tollit nec minuit jurisdictionem papalem ; nihil enim obstat quominus duæ vel plures jurisdictiones simul consistant in eadem plebem, modo non sint *independentes*. — Cf. *S. Th., Suppl., q. 8, art. 5, ad 3.*

Unde, Episcopus alteri sacerdoti, etiam *invito parochi*, facultatem baptizandi, aliaque sacramenta ministrandi *delegare* potest. Attamen, id *raro* et non nisi *urgenti de causa* faciendum est ; nam hanc facultatem aliis delegando, adimitur parochis jus proprium ordinarium quoad sacramentorum administrationem. — Cf. *res. S. C. Conc., in Aturensi, 14 aug. 1863, ad 6.*

c) Parochus, quum jurisdictionem ordinariam habeat, eam *delegare* potest, non solum pro casibus particularibus, sed etiam *ad universitatem negotiorum*, « nisi aliud expresse jure caveatur ». — Cf. n. 331 ; et 1042, a.

882. III. **Nulla jurisdictione in foro externo** potuerunt parochi ; sed habent tantum *œconomicam* quamdam potestatem qua subditis suis invigilant. — Igitur,

a) Neque sunt iudices fidei, neque potestatem legislativam habent, neque possunt censuras ferre, et nulla eis competit potestas dispensandi in votis. — Cf. *bullam auctorem fidei, Pii VI, qua damnata est doctrina syn. Pisaniensis, n. 9, sq.* — Cf. n. 59.

b) Nec *dispensare* possunt in lege ecclesiastica, sive pontificia, sive episcopali. — *Cod., c. 83.* — Cf. n. 110.

1<sup>o</sup> Attamen, ex consuetudine jure scripto firmata, parochi, « in casibus *singularibus*, justaque de causa, possunt *subjectos* sibi fideles singulasve familias, etiam extra territorium, atque in suo territorio etiam *peregrinos*, lege communi de observantia *festorum*, itemque de observantia *abstinentiæ* et *jejunii*, vel etiam utriusque dispensare ». — *Cod., c. 1245, § 1.*

Imo, in quibusdam adjunctis, dispensare possunt super omnibus impedimentis *matrimonii*, sive publicis sive occultis, super quibus Sedes Apostolica dispensare solet. — Cf. n. 1015, c.

2<sup>o</sup> Quando parochiani, *per se*, ex *manifesta* causæ gravitate, ab obligatione legis excusantur, possunt tamen parochi exigere ut licentiam petant, si, ex una parte, de facto *notorio* agatur, et, ex alia, *scandali* aut *nimiæ libertatis* periculum in parœcia secuturum foret, nisi sciretur quod parochi licentia prius obtenta fuerit.

c) Nec *Prælati*, nec, saltem sensu stricto, *Pastor* appellati potest parochus, quia proprie pastor dicitur ille qui, non tantum officium nutriendi gregem, sed et potestatem habet regendi seu gubernandi cum imperio et *jurisdictione externa*.

Verumtamen, usu hodierno invaluit ut parochi *Pastorum* titulo honestentur. — Hac denominatione utitur *concilium Tridentinum*, s. 25, c. 12, *De ref.* ; et *Pontificale Romanum*, referens ultimam mentionem Episcopi ad synodum diœcesanam, hæc habet : « Nos Pastores vestri sumus ; vos autem Pastores animarum vobis commissum ». — Cf. *Cod., c. 216, § 1.*

883. IV. « **Functiones parochæ reservatæ sunt, nisi aliud jure caveatur :**

- » 1° *Baptismum* conferre sollemniter ;
- » 2° Sanctissimam *Eucharistiam* publice ad infirmos in propria parœcia deferre ;
- » 3° Sanctissimam *Eucharistiam*, publice aut privatim, tanquam *Viaticum* ad infirmos deferre, atque in periculo mortis constitutos *extrema unctione* roborare ;
- » 4° Sacras ordinationes et ineundas nuptias denuntiari *matrimonii* assistere ; nuptialem benedictionem impertiri ;
- » 5° *Justa funebria* persolvere ;
- » 6° *Domibus*, ad normam librorum liturgicorum benedicere Sabbato Sancto vel alia die, pro locorum consuetudine ;
- » 7° *Fontem baptismalem* in Sabbato Sancto benedicere publicam *processionem* extra ecclesiam ducere, benedictiones *extra ecclesiam* cum pompa ac sollemnitate impertiri nisi agatur de ecclesia capitulari et Capitulum has functiones peragat. » — *Cod.*, c. 462. — *De his singillatim suo loco.*

## ARTICULUS III

### DE IIS QUI POTESTATI PAROCHORUM SUBDUNTUR

884. I. **Suum quisque parochum sortitur sive per domicilium sive per quasi-domicilium.** — *Cod.*, c. 94.

a) « Domicilium vel quasi-domicilium in parœcia vel quasi-parœcia dicitur *parœciale* ; in diœcesi, vicariatu, præfectura, non autem in parœcia vel quasi-parœcia *diœcesanum*. » — *Cod.*, c. 92, § 3.

b) « Illorum quoque qui non habent nisi *diœcesanum domicilium* vel quasi-domicilium, parochus proprius est parochus loci in quo actu commorantur. » — *Cod.*, c. 94, § 1.

885. II. **Domicilium** acquiritur « commoratione in aliqua parœcia aut quasi-parœcia, aut saltem in diœcesi

icariatu apostolico, præfectura apostolica ; quæ commo-  
 ratio, vel conjuncta sit cum *animo* ibi perpetuo ma-  
 endi, si nihil inde avocet, vel sit protracta ad *decennium*  
 completum ». — *Cod.*, c. 92, § 1.

a) Qui in *duabus paræciis* fere æqualiter degit, ut qui partem  
 anni in urbe, alteram partem ruri moratur, ex juris dispositione  
*duplex* habet domicilium, ideoque duos proprios parochos ; poterit  
 ergo ad alterutrum recurrere.

b) Habitans in *confinio duarum paræciarum*, fit parochianus  
 utriusque paræciæ in qua residet porta principalis et aditus magis fre-  
 quentatus. — *Ita communiter.*

886. III. **Quasi-domicilium** acquiritur « commoratione  
 in loco supra, quæ, vel conjuncta sit cum *animo* ibi manen-  
 di saltem ad *majorem anni partem*, si nihil inde avocet,  
 vel sit *reapse protracta* ad majorem anni partem ». — *Cod.*,  
 can. 92, § 2.

Hinc, professores et discipuli qui in seminario aut collegio,  
 scholarum quæ in monasterio educationis causa degunt, ægrotantes  
 qui valetudinis causa extra proprium domicilium meliorem aerem  
 salutarioremque medicum quærunt, famuli mercenarii, etc., *quasi-*  
*domicilium* habent in loco in quo hic et nunc commorantur, modo  
*intentionem* habeant per majorem anni partem ibidem permanendi,  
 vel jam per majorem anni partem ibi permanserint.

Domicilium et quasi-domicilium « amittitur *discensione*  
 in loco cum *animo* non revertendi, salvo præscripto c. 93 »  
 et necessario domicilio uxoris et minoris. — *Cod.*, c. 95.

887. IV. **Vagus** dicitur qui « nullibi domicilium  
 habeat vel quasi-domicilium ». — *Cod.*, c. 91.

a) Proprius vagi *parochus* vel *Ordinarius* est « paro-  
 chus vel Ordinarius loci in quo vagus *actu* commoratur ».  
 — *Cod.*, c. 94, § 2.

b) *Milites*, vel *quasi-domicilium* habent in loco ubi  
 militarium præsidium habetur, vel, si copiæ hinc et inde  
 decurrant, *vagis* assimilantur ; ideoque, seclusa *Capella-*  
*rum castrensi* auctoritate qui jurisdictione quasi-  
 parochiali fortasse gaudeant, a parochis illius loci dependen-  
 tibus ubi præsidii causa commorantur. — *Cf. n. 1192.*

888. V. **Minor** retinet illius domicilium cujus potestate subicitur; sed « *infantiam egressus potest quasi-domicilium proprium obtinere* ». — *Cod., c. 93, § 1 et 2.*

a) **Minor** est ille qui *vicesimum primum* ætatis annum non explevit. — *Cod., c. 88, § 1.*

« **Minor**, si *masculus*, censetur *pubes* a decimo quarto si *femina*, a duodecimo anno completo. » — *Ibid., § 2.*

« **Impubes**, *ante plenum septennium*, dicitur *infans* seu puer vel parvulus, et censetur non sui compos; explet autem septennio, usum rationis habere præsumitur.

» **Infanti assimilantur** quotquot usu rationis sunt habit destituti. » — *Ibid., § 3.*

b) **Persona minor**, in *exercitio suorum jurium*, potestati *parentum* vel *tutorum* obnoxia manet, « iis exceptis in quibus jus minores a patria potestate exemptos habet » — *Cod., c. 89.*

c) **Item** « *uxor*, a viro legitime non separata, necessario retinet domicilium viri sui; *amens*, domicilium curatoris ». — *Cod., c. 93, § 1.*

889. VI. **Religiosi exempti a jurisdictione Episcopi eodem jure sunt exempti a jure parochiali.** — Ideo :

a) In omni *religione clericali* « jus et officium Superioribus est, per se vel per alium, ægrotis *professis*, novitiis aliisque in religiosa domo diu noctuque *degentibus* cau famulatus aut educationis aut hospitii aut infirmæ vultudinis, Eucharisticum *Viaticum* et *Extremam uncti nem* ministrandi ». — *Cod., c. 514, § 1.*

b) In *monialium* domo « idem jus et officium habet ordinarius confessarius, vel qui vices ejus gerit ». — *Ibid., § 1.*

c) In alia religione *laicali* « hoc jus et officium spectat ad parochum loci vel ad cappellanum quem Ordinarius parochi suffecerit ». — *Ibid., § 3. — Cf. n. 890.*

d) In *funeribus* autem servantur præscripta canonum 1221, 1230, § 5. — *Cf. n. 1061, sq.*

890. VII. **Etiam** « *religiosas familias et pias domos quæ in parochiæ territorio sint et a jure non exemptas*

test Episcopus, justa et gravi de causa, « a parochi cura  
ducere ». — *Cod.*, c. 464, § 2.

a) *Facultates* autem cappellanorum seu rectorum  
terminantur, tum ex eodem jure communi, tum ex  
episcopali statuto, tum etiam ex probatis consuetudini-  
s. — *Cf. n. 1186, sq.*

b) *In dubio*, pronuntiandum est in favorem juris parochialis.  
ratio est, quia privilegia sunt strictæ interpretationis; jurisdictio  
em parochi, utpote *ordinaria*, maxime favorabilis reputatur.

## CAPUT II

## DE ERECTIONE PARŒCIARUM

Nova parœcia constituitur : vel per *creationem* vel per *divisionem*, vel per *unionem*.

Erigitur nova parœcia per viam *creationis*, quando efformatur ex populo vel territorio nondum ulli parœciæ adscripto, ex. gr., in *diœcesibus noviter erectis*. — Cf. n. 1523, sq.

Hoc quoque modo parœciæ omnes, in Gallia, erectæ sunt *statim post Concordatum anni 1801*; nam Pius VII omnes hujus regionis parœcias suppresserat ut nova fieret earum circumscriptio — Cf. *Concord. art. 9*; et *card. Caprara decretum Cum Sanctissimus, 9 apr. 1802*.

Ad *ordinariam* Episcopi potestatem pertinet eam diœcesis sua partem, quæ *nondum ulli parœciæ adscripta foret*, in parœciam erigere. — Cf. n. 879.

De *creatione* proprie dicta nihil aliud, sed aliquid dicendum est de unione, divisione, dismembratione et translatione parœciarum

## ARTICULUS I

## DE DIVISIONE ET DISMEMBRATIONE PARŒCIARUM

891. I. **Parœcia per viam divisionis erigitur**, quando ex una vel pluribus parœciis, jam existentibus, *aliquæ partes distrahuntur*, ex quibus alia nova efformatur.

Hoc modo *frequenter* in omnibus diœcesibus contingit novas exurgere parœcias; atque, in Gallia, post memoratam primam circumscriptionem anni 1801, nonnullæ decursu temporis, per aliarum jam erectarum divisionem constitutæ sunt.

Per *dismembrationem* nova parœcia *non erigitur*; sed pars territorii ex una detrahitur ut alii beneficio aut ecclesiastico Instituto assignetur. — *Cod., c. 1421*.

892. II. **Possunt Ordinarii**, « ex justa et canonica causa; parœcias quaslibet, *invitis* quoque earum rectoribus, et sine populi consensu, *dividere*, vicariam perpetuam



novam parœciam erigentes, aut earum territorium *membrare* ». — *Cod., c. 1427, § 1.*

Divisio aut dismembratio beneficii *religiosi* uni *Sedi Apostolicæ* servatur. Sed, divisa decreto Apostolico parœcia quæ ad aliquam regionem jure spectat, « vicaria perpetua aut parœcia noviter facta *non est religiosa.*

Pariter, divisa parœcia *juris patronatus*, nova parœcia est effectus collationis. » — *Cod., c. 1427, § 5; et c. 1422.*

893. III. **Causa canonica** ut divisio aut dismembratio parœciæ fieri possit « ea tantum est si, aut magna sit *difficultas accedendi* ad ecclesiam parœciale[m], aut nimia *parœcianorum multitudo* quorum bono spirituali subministrari nequeat ad normam can. 476, § 1 », nempe per vicarios cooperatores. — *Cod., c. 1427, § 2. — Cf. Trid., sess. XXI, cap. 4, de ref.; et cap. Ad audientiam, 3, de relesiiis œdificandis.*

Ad determinandum quando adsit magnum incommodum, sive ex tantia, sive ex difficultate accedendi, nulla datur a jure regula, sed potius *judicis arbitrio* id relinquitur.

Maxime deferendum est hac in re *prudentiæ Episcopi*, cui pro merito locorum indoles, et sibi commissi gregis necessitas atque utilis, magis quam cuilibet alteri, notissimæ merito censentur.

894. IV. **Non nisi** « **auditis Capitulo cathedrali, et iis, qui sint, quorum intersit**, præsertim Rectoribus ecclesiarum », et « *per authenticam scripturam* », locorum Ordinariorum uniones, translationes, divisiones, dismembrationes beneficiorum faciant. — *Cod., c. 1428, § 1.*

Unio, translatio, divisio, dismembratio facta sine canonica causa, *irrita est.* » — *Ibid., § 2.*

895. V. **Dos competens** novæ parœciæ adsignanda, pro sacra suppellectili et congrua parochi sustentatione. — Ideo :

a) Parœciam dividens « Ordinarius debet vicariæ perpetuæ aut parœciæ noviter erectæ *congruam portionem assignare*, servato præscripto can. 1500 (*cf. n. 1485*) ; et, nisi *aliunde* haberi queat, desumi debet ex redditibus ecclesiam matricem quoquo modo pertinentibus, dum-

modo sufficientes redditus eidem matri ecclesie remaneant ». — *Cod.*, c. 1427, § 3. — *Trid.*, loc. cit. — *Cf.* n. 1525.

b) Si vicaria perpetua aut nova parœcia dotetur ex redditibus ecclesie a qua dividitur, « debet *matri honorem deferre* modo et finibus ab Ordinario præstituendis, qui tamen vetatur baptismalem fontem matri ipsi reservare ». — *Cod.*, *ibid.*, § 4. — *Cf. cap. Ad audientiam*, 3, de eccles. ædific.

## ARTICULUS II

### DE UNIONE ET TRANSLATIONE PARœCIARUM

#### 896. I. Unio beneficiorum est :

a) « *Exstinctiva*, cum, aut ex suppressis duobus vel pluribus beneficiis novum atque *unicum beneficium* efficitur, aut unum vel plura ita alii uniuntur ut esse desinant ». — *Cod.*, c. 1419, n. 1.

In unione exstinctiva « beneficio quod emergit aut remanet, *omnia jura et onera* exstinctorum competunt; et, si inter se componi nequeant, meliora ac favorabiliora ». — *Cod.*, c. 1420, § 1.

b) « *Æque principalis*, cum unita beneficia remanent prout sunt, neque alterum alteri subjicitur. » — *Cod. can.* 1419, n. 2.

In unione æque principali « quodlibet beneficium conservat suam naturam, jura et onera; sed, vi peracta unionis, *uni eidemque clerico* unitorum beneficiorum tituli conferri debent ». — *Cod.*, c. 1420, § 2.

c) « *Minus principalis*, seu per *subjectionem* vel *accessionem*, cum beneficia remanent, sed unum aut plura alteri tanquam accessorium principali subjiciuntur. » — *Cod.*, c. 1419, n. 3.

In unione minus principali « beneficium accessorium sequitur principale, ita ut clericus qui principale obtinet eo ipso et accessorium *consequatur*, atque *utriusque onerum* implere debeat ». — *Cod.*, c. 1420, § 3.

897. II. **Sedi Apostolicæ reservantur** : « unio *extincta* beneficiorum ; eorum suppressio, aut dismembratio quæ tractis bonis beneficialibus fiat quin novum erigatur beneficium ; unio *æque* aut *minus principalis* beneficii *religiosi* cum sæculari, et contra ; itemque beneficii religiosi translatio, divisio et dismembratio ». — *Cod.*, c. 1422.

a) Si a Sede Apostolica parœcia dōmū religiosæ uniatur *ad temporalia tantum* quod attinet, « domus religiosa particeps fit eodem modo fructuum parœciæ, et Superior religiosus sacerdotem eodem modo *sæculari* in eadem instituendum, assignata congrua portione, vicario loci præsentare debet ». — *Cod.*, c. 1425, § 1.

b) Sin autem *pleno jure*, « parœcia fit *religiosa*, et Superior religiosus sacerdotem e sua religione ad curam animarum exercendam instituendum, sed Ordinarii loci est eundem probare et instituere ; Superior religiosus jurisdictioni, correctioni et visitationi ipse subesse debet in rebus quæ ad *curam animarum* pertinent ». — *Ibid.*, § 2.

898. III. **Ob ecclesiæ necessitatem, vel magnam et urgentem utilitatem**, « Ordinarii locorum, non autem Vicarius Capitularis, nec Vicarius Generalis sine mandato speciali, possunt *æque* aut *minus principaliter* unire *quoscunque parœciales ecclesias* inter se, aut cum beneficio *curato*, ita tamen ut, altero in casu, si unio fiat *minus principalis*, beneficium non curatum sit *accessorium* ». — *Cod.*, c. 1423, § 1.

a) « *Nequeunt* vero parœciam unire cum mensa capitulari vel episcopali, cum monasteriis, ecclesiis religiosis, aut alia persona morali, neque cum dignitatibus et beneficiis ecclesiæ cathedralis vel collegiatæ ; Sed *possunt* eam cum ecclesia cathedrali aut collegiali in territorio parœciæ sita sit, ita unire ut redditus parœciæ cedant in commodum ipsius ecclesiæ, relicta parœciæ vel vicario congrua portione. » — *Ibid.*, § 2.

b) « Ordinarii nunquam possunt beneficia quævis *curata*, sive curata sive non curata, cum detrimento eorum eodem actu obtinent, *ipsis invitis* ; Neque beneficium juris patronatus cum beneficio parœciæ collationis sine *patronorum* consensu ;

» Neque beneficia unius diœcesis cum beneficiis *alterius diœcesis*, etiamsi ambæ diœceses æque principaliter unitæ ab uno Episcopò regantur ;

» Neque beneficia *exempta*, vel Sedi Apostolicæ reservata, cum aliis quibuslibet. » — *Cod.*, c. 1424.

c) Unio beneficiorum a locorum Ordinariis « fieri non potest nisi in perpetuum ». — *Cod.*, c. 1423, § 3.

899. IV. Beneficii sæcularis parœcialis sedem in alio in alium ejusdem parœciæ locum transferre possunt quoque Ordinarii propter *easdem* canonicas causas. — *Cod.*, c. 1426.

*Alia autem beneficia* « tunc solum cum ecclesia in qua fundata erant collapsa sit et *restaurari nequeat*, possunt in matrices vel alias ecclesias locorum eorundem seu vicinorum, erectis, si fieri possit, altaribus vel sacellis suis iisdem invocationibus, transferre cum omnibus *emolumentis et oneribus* priori ecclesiæ adjunctis ». — *Ibid.*

900. V. Adversus decretum Ordinarii unientis, transferentis, dividendis aut dismembrantis beneficia, « datum in *devolutivo* tantum recursus ad Sanctam Sedem ». — *Cod.*, c. 1428, § 3. — *Cf. Trid.*, loc. cit. ; — et Leonis XI *const. Romanos Pontifices*, 8 maii 1881.

## CAPUT III

## DE INSTITUTIONE PAROCHORUM

: de jure nominandi et instituendi parochos ; — de requisitis in promovendo ad officium parochiale ; — et de emittenda fidei professione ante ineundam beneficii possessionem.

## ARTICULUS I

## DE JURE NOMINANDI ET INSTITUENDI PAROCHOS

901. **I. Post Romanum Pontificem, Episcopus, in vis diœcesi, ordinarius collator** est omnium officiorum et beneficiorum, nisi aliud probetur, cum habeat mentionem in jure fundatam ». — *Cod., c. 1432, § 1.*

a) Etenim jus *nominandi* et *instituendi* parochos competit *Ordinario loci*, exceptis parœciis Sanctæ Sedi reservatis, reprobata contraria consuetudine, sed salvo privilegio electionis aut præsentationis, si cui legitime competat ». — *Cod., c. 455, § 1.*

b) Sede vacante aut impedita, « ad *Vicarium Capitulum*, aliumve qui diœcesim regat, pertinet :

1° *Vicarios parœciales* constituere ad normam canonum 472-476 (*cf. n. 1173, sq.*) ;

2° Confirmare electionem aut acceptare præsentationem ad parœciam vacantem, et *institutionem* electo aut presentato concedere ;

3° Parœcias liberæ collationis conferre si sedes *absque* saltem vacaverit ». — *Ibid., § 2.*

c) « Horum nihil *Vicario Generali* competit sine dato speciali, salvo præscripto cit. can. 429, § 1 », nisi sedes impedita sit per Episcopi relegationem. *Ibid., § 3.*

d) Vacanti parœciæ curet *Ordinarius loci* providere a « *sex menses* ab habita notitia vacationis, nisi pecu-

liaria locorum ac personarum adjuncta, prudenti Ordinario iudicio, collationem tituli parœcialis differendam suadeant ». — *Cod.*, c. 458; et c. 155.

Secus, parœciæ collatio ad *Apostolicam Sedem* devolvitur. — *Cod.*, c. 1432, § 3.

902. II. Ad parœcias vel quasi-parœcias religiose concreditas « Superior, cui ex constitutionibus id competit, sacerdotem suæ religionis *præsentat* Ordinario loci, qui eidem institutionem concedit, servato præscripto can. 459, § 2, » nempe postquam præsentati idoneitatem recognoverit. — *Cod.*, c. 456.

903. III. In Vicariatibus et Præfecturis Apostolicis ubi erectæ non sunt diœceses, « *quasi-parochos* et clericos sæculari proprius loci Ordinarius nominat, audito Consilio de quo in can. 302 ». — *Cod.*, c. 457. — *Cf. n. 566, b.*

#### 904. IV. Præsentatio Rectoris :

a) Ad Patronum pertinet, quando parœcia constituitur sub *jure patronatus*. — Sed licet Episcopis præsentatos Patronis, si idonei non fuerint, repellere. — *Cf. n. 296, s.*

b) Et, in parœciis quæ, ex indulto Apostolico, perpetuo *unitæ* reperiuntur cathedralibus, monasteriis, parrhiis, etc., *Vicarii curati*, non ad *liberam* Ordinarii electionem, sed ad nominationem illorum *in quorum ecclesiis unitis ponuntur*, cum ipsorum Ordinariorum prævio examine et approbatione, deputantur, excepto casu « tum legitimi privilegii aut consuetudinis, tum dotationis vicariæ ab Episcopo factæ, reservata sibi libera nominatio Vicarii ». — *Cod.*, c. 471, § 2. — *Cf. n. 1179, sq.*

905. V. Missio in possessionem, seu institutio corporalis « ad loci Ordinarium spectat, qui ad id alium ecclesiasticum virum *delegare* poterit ». — *Cod.*, c. 1443, § 1.

a) Missio in beneficii possessionem « fiat secundum modum jure peculiari præscriptum, vel legitima consuetudine receptum, nisi justa ex causa Ordinarius ab eo mo-

ritu expresse in scriptis *dispensaverit*, quo in casu hæc  
 ensatio locum tenet captæ possessionis ». — *Cod., can.*  
*4, § 1.*

b) « Loci Ordinarius præfinit *tempus* intra quod  
 sessio beneficii capi debeat ; quo inutiliter præterlapso,  
 justum obstiterit impedimentum, beneficium *vacare*  
 aret, ad normam can. 188, n. 2. » — *Ibid., § 2.*

c) Possessio beneficii « etiam per *procuratorem*, spe-  
 e mandatum habentem, capi potest ». — *Cod., c. 1445.*

d) Curam animarum parochus non obtinet nisi « a  
 mento captæ possessionis ». — *Cod., c. 461.*

e) De *fructibus* beneficii *vacantis*, et de distributione  
 tuum inter successorem et antecessorem, ejusve  
 edes, *cf. n. 1544, sq.*

906. VI. **Parochus** « unam tantum titulo parœciam  
 eat, nisi de parœciis agatur *æque principaliter* unitis ». —  
*Cod., c. 460, § 1. — Cf. n. 304.*

Sit in eadem parœcia « unus tantum debet esse *paro-*  
*s* qui actualem animarum curam gerat, reprobata  
 traria consuetudine, et revocato quolibet contrario  
 riligio ». — *Ibid., § 2.*

## ARTICULUS II

### REQUISITIS IN PROMOVENDO AD OFFICIUM PAROCHIALE

907. I. **Ut quis in parochum valide assumatur**, « debet  
 in sacro *presbyteratus* ordinè constitutus ». — *Cod.,*  
*453, § 1; et c. 154.*

Sit insuper bonis moribus, doctrina, animarum zelo,  
 dentia, ceterisque virtutibus ac qualitatibus præditus  
 e, ad vacantem parœciam cum laude gubernandam,  
 tum *communi* tum *particulari*, requiruntur. » — *Cod.,*  
*453, § 2.*

908. II. **Ei** « quem magis idoneum ad eam regendam  
 verit » debet loci Ordinarius, « graviter onerata ejus

conscientia » vacantem parœciam conferre « sine ulla per-  
sonarum acceptione ». — *Cod., c. 459, § 1.*

a) In hoc iudicio « ratio haberi debet, non solum doctrinæ, sed etiam earum *omnium qualitatum* quæ ad parœciam *vacantem* rite regendam requiruntur ». — *Ibid., § 2.*

b) « Quare loci Ordinarius :

» 1<sup>o</sup> Ne omittat *documenta*, si qua sint, ex Curiæ tabulario desumere quæ clericum nominandum respiciunt, et *notitias*, secretas quoque, si opportunum iudicaverit, prudenter exquirere, etiam ex locis extra diœcesim ;

» 2<sup>o</sup> Præ oculis habeat præscriptum can. 130, § 2 (scilicet ratio habeatur eorum qui, ceteris paribus, in examinationibus singulis annis per integrum *triennium* subeundo magister præstiterint) ;

» 3<sup>o</sup> Clericum examini super doctrina coram se examinatore *synodalibus* subiciat ; a quo, de consensu eorundem examinerum, potest dispensare si agatur de sacerdote doctrinæ theologicæ laude commendato. » — *Ibid., § 3.*

c) « In regionibus in quibus parœciarum provisio fit per *concursum*, sive *specialem* ad normam const. Benedicti XIV *Cum illud*, 14 dec. 1742, sive *generalem*, hæc forma retineatur donec Sedes Apostolica aliud decreverit. » — *Ibid., § 4. — Cf. Cod., Docum. IV.*

909. III. « Ante possessionem, aut in ipso possessionis capiendæ actu », parochus *fidei professionem* edere debet secundum formulam a Sede Apostolica probatam « coram loci Ordinario ejusve delegato ». — *Cod., c. 461, § 1, n. 7. — Cf. Trid., XXIV, 12, de ref.*

Qui in obtinenda aliqua parœcia professionem jam emisit, si alteri præficiatur, *iterum* fidei professionem emittere tenetur. — *Cf. n. 50.*



## CAPUT IV

DE JURIBUS ET OFFICIIS PAROCHI  
QUOAD SACRAMENTA

Ubi de sacramentis in genere ; — et de iisdem in specie.

## ARTICULUS I

## DE SACRAMENTIS IN GENERE

Parochus in suo territorio jus exclusivum habet quoad sacramentorum administrationem et curam animarum, dumtaxat exceptis quæ ex speciali jure, ab aliis sacerdotibus, eo irrequisito, fieri possunt. — Sed, vicissim :

910. I. Debet parochus ex officio « administrare sacramenta fidelibus quoties legitime petant ». — *Cod.*, 467, § 1.

t « laici jus habent recipiendi a clero, ad normam ecclesiasticæ disciplinæ, spiritualia bona, et potissimum sacramenta ad salutem necessaria ». — *Cod.*, c. 682.

a) Omnes qui curam animarum habent ad id ex jure tenentur ; nam tacito contractu, et ex ipsa sua institutione, obligati sunt. — *Cf. S. Lig., lib. 6, n. 58.*

b) Alii curam animarum non habentes, non tenentur ministrare sacramenta ex justitia ; aliquando tamen tenentur ex caritate, ut ex dicendis patebit.

c) Etiam cum vitæ periculo tenentur pastores in gravissimo subditorum necessitate sacramenta ad salutem necessaria ministrare, scilicet Baptismum, Pœnitentiam, quando etiam Extremam unctionem. — *Ita omnes.* — *S. Lig., lib. 6, n. 233 et 729, innixus declarat. Greg. I, 12 octob. 1576.*

911. II. In Sacramentis conficiendis, administrandis, suscipiendis, « accurate servantur ritus et cæremoniæ

quæ in *libris ritualibus* ab Ecclesia probatis præcipitur ». — *Cod.*, c. 733, § 1. *Cf.* n. 698, b.

« Unusquisque autem *ritum suum* sequatur, salvo præscripto can. 851, § 2, et 866 » ubi de sacra Communione. *Ibid.*, § 2. — *Cf.* n. 949.

a) Cum omnia Sacramenta Novæ Legis, a Christo Domino Nostro instituta, sint præcipua sanctificatio et salutis media, « summa in iis opportune riteque administrandis ac suscipiendis *diligentia et reverentia* adhibenda est ». — *Cod.*, c. 731.

b) « Vetitum est Sacramenta Ecclesiæ ministrari *hæreticis* aut *schismaticis*, etiam bona fide errantibus et eaque petentibus, nisi prius, erroribus rejectis, Ecclesie reconciliati fuerint. » — *Ibid.*, § 2.

912. III. Iterari nequeunt « sacramenta baptismi, confirmationis et ordinis, quæ *characterem* imprimunt ». — *Cod.*, c. 732, § 1.

« Si vero prudens *dubium* existat num revera vel non valide collata fuerint, *sub conditione* iterum conferantur ». — *Ibid.*, § 2.

Ideo *acatholici* ad sinum Ecclesiæ venientes, qui *dubie* baptizati reperiantur, baptizandi sunt iterum sub conditione; et, peracta ante vel post alterum baptismum sacramentali et integra confessione peccatorum post primum baptismum commissorum, ab iis sub conditione, collato altero baptismo, absolvantur. — *S. Offic.*, 17. 1868; 20 nov. 1878; 24 feb. 1883.

913. IV. Sacra olea, quæ quibusdam Sacramentis administrandis inserviunt, « debent esse ab Episcopo benedicta feria V in Cæna Domini proxime superioris mensis neque adhibeantur vetera nisi necessitas urgeat ». — *Cod.*, c. 734, § 1.

a) « Mox *deficienti* oleo benedicto aliud oleum olivis *non benedictum* adjiciatur, etiam iterato, minus tamen copia. » — *Ibid.*, § 2.

b) « Parochus olea sacra a suo *Ordinario* petere debet ».

ecclesia, in tuta ac *decenti custodia*, sub clavi diliger asservare ;

Nec ea *domi* retineat, nisi propter necessitatem aut rationabilem causam, accedente Ordinarii licentia. — *Cod., c. 735.*

Non licet olea ab Episcopo consecrata per publica officia transmitti ; sed, deficientibus clericis, licet ea mittere laicos, modo constet de laicorum qui ad id deputantur auctoritate. — *S. C. S. Off., 1 maii 1901 ; 14 jan. 1903.*

Modica taxa, stante *legitima consuetudine*, exigi valet pro materia comparanda, remunerandisque ministris eadem conditionibus. — *S. C. C., 20 dec. 1879.*

Simoniaca labes Episcopo non videtur inferenda, si, occasione *hujus distributionis*, aliquam pecuniæ summam in debita ratione exigat, modo per hujusmodi taxæ impositionem aliud intendat nisi *solutionem census cathedralici*, quem jure communi exigere potest. — *Cf. n. 761.*

14. V. « **Jus est parochi ad præstationes quas ei debentur vel probata consuetudo vel legitima taxatio.** » — *Cod., c. 463, § 1.*

Parochi parœciale aliquod officium *ab alio* fuerit expletum, « præstationes tamen *parochi* cedunt, nisi de consuetudine offerentium voluntate certo constet circa summam taxam excedit ». — *Cod., c. 463, § 3.*

« Præfinire taxas pro variis actibus jurisdictionis parochialis, vel pro executione rescriptorum Sedis Apostolicæ, vel occasione *ministrationis sacramentorum vel officiorum parochialium*, in tota ecclesiastica provincia solvendas, auctoritate *Concilii provincialis*, aut conventus Episcoporum provincialis, non potest. »

« Sed nulla præfinitio ejusmodi pollet, nisi prius a Sede Apostolica approbata fuerit. » — *Cod., c. 1507, § 1.* — *S. C. Concilii decret., 10 jun. 1896 ; et S. C. consist., 17 jan. 1910.*

« *Recusantes* præstationes legitime debitas ad non solvendum, auctoritate *Ordinarii* non potest, « prudenti arbitrio Ordinarii » — *Cod., c. 2349.*

c) Sed vicissim parochus « potiores exigens, ad retentionem tenetur ». — *Cod.*, c. 463, § 2.

Nihil enim præter oblationes legitimis taxis præfinit « quavis de causa vel occasione, sive *directe* sive *indirecte* » exigere debet. — *Cod.*, c. 736 et 2408.

d) Et « gratuitum ministerium ne deneget iis solvendo pares non sunt ». — *Cod.*, c. 463.

## ARTICULUS II

### DE JURIBUS ET OFFICIIS PAROCHI QUOAD BAPTISMUM

- « Baptismus, Sacramentorum *janua* ac fundamentum, omnibus *re* vel saltem *in voto* necessarius ad salutem, *valide* non contrahitur nisi per ablutionem aquæ veræ et naturalis, cum præscriptæ verborum forma.
- » Cum ministratur servatis omnibus ritibus et cæremoniis quibus ritualibus libris præcipiuntur, appellatur *sollemnis*; secus, *sollemnis* seu *privatus*. » — *Cod.*, c. 737.

#### § I. DE MINISTRO BAPTISMI

915. I. « **Minister ordinarius baptismi sollemnis sacerdos.** » — *Cod.*, c. 738, § 1.

a) « *Extraordinarius* baptismi sollemnis minister *diaconus*; qui tamen sua potestate ne utatur sine Ordinarii vel parochi licentia, justa de causa concedenda quæ, ubi necessitas urgeat, legitime præsumitur. » — *Cod.*, c. 741.

b) Subsunt *excommunicationi* latæ sententiæ, Ordinariis reservatæ, et sunt suspecti de hæresi « catholici scienter liberos suos acatholicis ministris baptizari offerre præsumunt ». — *Cod.*, c. 2319, § 1, n. 3, et § 2.

916. II. **Parocho, vel alii sacerdoti de ejusdem parochi vel Ordinarii licentia, « reservatur baptismi sollemnis collatio ».**

Hæc licentia « in casu *necessitatis* legitime præsumitur. » — *Cod.*, c. 738, § 1.

a) « Etiam *peregrinus* a parocho proprio in sua pa-

sollemniter baptizetur, si id facile et sine mora fieri potest;

parochus peregrinum quilibet parochus in suo territorio potest sollemniter baptizare. » — *Ibid.*, § 2.

b) In *alieno territorio* « nemini licet, sine debita licentia baptismum sollemnem conferre, ne sui quidem loci parochus ». — *Cod.*, c. 739.

c) Ubi parœciæ aut quasi-parœciæ *nondum sunt constitutæ*, « statutorum peculiarium et receptorum consuetudinum ratio habenda est, ut constet cuinam sacerdoti, vel Ordinariis, in universo territorio vel in ejus parte jus insit baptizandi ». — *Cod.*, c. 740.

17. III. **Urgente necessitate**, baptismus « a quovis potest privatim ministrari, servata debita materia, forma et intentione.

a) « Quatenus vero fieri potest, adhibeantur duo vel saltem unus, quibus baptismi collatio probari potest ». — *Cod.*, c. 742, § 1.

b) « Si tamen adsit sacerdos, diacono *præferatur*, vel subdiacono, clericus laico, et vir feminae, nisi, sine illius gratia, deceat feminam potius quam virum baptizari vel nisi femina noverit melius formam et modum baptizandi. » — *Ibid.*, § 2.

c) « *Patri* aut *matri* suam prolem baptizare non licet, nisi inquam in mortis periculo, quando alius præsto non sit, potest baptizet. » — *Ibid.*, § 3.

d) « Curet parochus ut fideles, præsertim obstetrices, parochi et chirurgi, *rectum baptizandi modum*, pro casu necessitatis, probe ediscant. » — *Cod.*, c. 743.

18. IV. **Adultorum baptismus**, « ubi commode fieri potest, ad *loci Ordinarium* deferatur, ut, si voluerit, ab eo vel ab ejus delegato sollemniter conferatur ». — *Cod.*, c. 744.

« Tam sacerdotem qui baptizaturus est, quam ipsos baptizandos qui sani sint, decet esse *jejunos*. » — *Cod.*, c. 753, § 1.

b) « Nisi graves urgentesque causæ obsint, adultus baptizatus statim Missæ sacrificio assistat et *sacramentum* percipiat. » — *Ibid.*, § 2.

## § II. DE BAPTISMI SUBJECTO

919. I. **Subjectum capax baptismi** « est omnis et solus homo viator, nondum baptizatus ». — *Cod.*, c. 745, § 1.

a) Cum agitur de baptismo, « *parvulorum* seu infantium nomine veniunt qui nondum *rationis usum* adepti sunt, eisdemque accensentur amentes ab infantia, in quavis ætate constituti ;

b) » *Adulti* autem censentur qui rationis usu fruantur, idque satis est ut suo quisque animi motu baptismum petat, et ad illum admittatur». — *Ibid.*, § 2. — *Cf.* c. 88,

920. II. « **Nemo in utero matris clausus baptizari potest donec probabilis spes sit ut rite editus baptizari possit.** » — *Cod.*, c. 746, § 1.

« Fetus, in utero baptizatus, post ortum denuo *sub conditione* baptizari debet. » — *Ibid.*, § 5.

a) « Si infans *caput* emiserit, et periculum mortis imminet, baptizetur in capite ; nec postea, si vivus evaserit, est iterum sub *conditione* baptizandus. » — *Ibid.*, § 2.

b) « Si *aliud membrum* emiserit, in illo, si periculum imminet, baptizetur sub *conditione* ; at tunc, si natus fuerit, est rursus sub *conditione* baptizandus. » — *Ibid.*,

c) « Si mater prægnans mortua fuerit, fetus ab illa quos spectat extractus, si *certo* vivat, baptizetur absolute ; si *dubie*, sub *conditione*. » — *Ibid.*, § 4.

921. III. **Fetus abortivi**, quovis tempore editi, *certo* vivant, baptizentur absolute ; si *dubie*, sub *conditione*. » — *Cod.*, c. 747.

Monstra et ostenta « *semper* baptizentur, saltem sub *conditione* ; in dubio autem unusne an plures sint homines, unus absolute baptizetur, ceteri sub *conditione*. » — *Cod.*, c. 748.

22. **IV. Infantes expositi, et inventi**, « nisi, re diligenter investigata, de eorum baptismo constet, *sub conditione* zentur ». — *Cod.*, c. 749.

baptizari possunt in Xenodochiis quando adsunt Cappellani adputati. — *S. C. C.*, in *Aturensi*, 14 aug. 1863. — *Cf.* n. 890.

23. **V. Infans infidelium**,

) « *Etiam invitis parentibus*, licite baptizatur cum inrsatur vitæ discrimine, ut prudenter prævideatur *urus* antequam usum rationis attingat ». — *Cod.*, 50, § 1.

) « *Extra mortis periculum*, dummodo catholicæ ejus tioni cautum sit, licite baptizatur :

° Si parentes vel tutores, aut saltem unus eorum, *ntiant* ;

° Si parentes, idest pater, mater, avus, avia, vel *es desint*, aut jus in eum amiserint, vel illud ex *nullo pacto* queant. » — *Ibid.*, § 2.

a baptismum infantium duorum hæreticorum aut schismaticorum aut duorum catholicorum qui in apostasiam vel hæresim *isma* prolapsi sint, « generatim serventur normæ in *supere* anone constitutæ ». — *Cod.*, c. 751.

24. **VI. Adultus**, « nisi sciens et volens, probeque *ctus, ne baptizetur*; insuper admonendus ut de *is suis* doleat ». — *Cod.*, c. 752, § 1.

) In *mortis* autem *periculo*, « si nequeat in præci- dei mysteriis diligentius instrui, satis est, ad baptis- conferendum, ut aliquo modo ostendat se eisdem *ire*, serioque *promittat* se christianæ religionis man- *ervaturum* ». — *Ibid.*, § 2.

) « Quod si baptismum ne petere quidem queat, sed, *tea* vel in præsentis statu, manifestaverit aliquo *obili modo intentionem* illum suscipiendi, baptizandus *b conditione* ;

deinde convaluerit, et *dubium* de valore baptismi *permaneat*, sub conditione baptismus rursus con- *r.* » — *Ibid.*, § 3.

925. VII. **Amentes et furiosi** « ne baptizentur tales a natiuitate vel ante adeptum rationis usum rint ; et tunc baptizandi sunt ut infantes.

a) » Si autem *dilucida* habeant intervalla, dum ritis compotes sunt baptizentur, si velint.

b) » Baptizentur quoque, imminente *periculo mortis*, antequam insanirent, suscipiendi baptismi desiderostenderint. » — *Cod.*, c. 754, § 1, sq.

c) Qui *lethargo* aut *phrenesi* laborat, « vigilans tum et volens baptizetur ; at, si periculum mortis imdeat, servetur præscriptum § 3 », scilicet baptizetur conditione si antea in eo apparuerit baptismi desiderium. — *Ibid.*, § 4.

926. VIII. « **Baptismate homo constituitur in Ecclesia Christi persona cum omnibus christianorum iuribus et officiis**, nisi, ad jura quod attinet, obstat obex ecclesie communionis vinculum impediens, vel lata ab Ecclesia censura. » — *Cod.*, c. 87.

Potest Ecclesia, invitis etiam parentibus, curare ut baptizentur in fide catholica instituatur, et a quolibet perversionis periculo custodiatur. — *Cf. Trid.*, sess. 7, *De Baptismo*, can. 8 et 14.

### § III. DE RITIBUS ET CÆREMONIIS BAPTISMI

927. I. « **Baptismus sollemniter conferatur** », secundum ritibus et cæremoniis quas probati rituales libri prescribunt ; et, extra mortis periculum, baptismum periculum loci Ordinarius permittere nequit « nisi agatur hæreticis qui in *adulta* ætate *sub conditione* baptizentur. » — *Cod.*, c. 755, § 1 ; et 759, § 2.

« Baptismus, de licentia Ordinarii *domi* collatus extra mortis periculum et urgentem necessitatem, cum omnibus cæremoniis Ritualis Romani est administrandus. » — *S. C. Rit.*, 17 et 20, 1914 (*Acta*, VI, 32, 76).

a) Specialis ordo habetur in Rituali Romano *baptismo adultorum* ; sed « loci Ordinarius potest, gra



onabili de causa, indulgere ut cæremoniæ præscriptæ *baptismo infantium* adhibeantur pro baptismo adulto. — *Cod.*, c. 755, § 2. — *Cf. S. Off. ad Archiep. Paris.*, 10 maii 1879.

b) Sacra Cong. Concilii consuetudinem approbavit, in pluribus diœcesibus invaluit, ut *illegitimi infantes* baptizentur, adhibitis tantum in loco sacro cæremoniis a generali præscriptis, sed absque populi concursu, et sine organi ærisque campani sonitu. — 31 jul. 1867.

928. II. « **In baptismo sollemni adhibenda est aqua benedicta.** » — *Cod.*, c. 757, § 1.

a) « Si aqua benedicta in baptisterio adeo sit immixta ut minus videatur sufficere, alia non benedicta *admisur*, etiam iterato, minore tamen copia. » — *Ibid.*, § 2.

b) « Si verò corrupta fuerit, aut effluerit, aut quovis modo *defecerit*, parochus in fontem, bene mundatum ac purum, recentem aquam infundat, ac proprio ritu in suis cæremoniis libris præscripto benedicat. » — *Ibid.*, § 3.

929. III. **Licet baptismus conferri valide possit aut per immersionem, aut per immersionem, aut per aspersionem, baptismus tamen vel secundus modus, aut mixtus ex utroque qui magis sit in usu, retineatur, secundum probatos ritus ecclesiarum rituales libros.** — *Cod.*, c. 758. Proles *ritu* parentum baptizari debet; et, « si unus tantum sit catholicus, proles hujus ritu baptizanda est. » — *Cod.*, c. 756, § 1 et 3.

Si alter parentum pertineat ad ritum *latinum*, alter ad ritum *orientalem*, filii *ritu patris* baptizentur, nisi aliud jure speciali cautum sit. » — *Ibid.*, § 2.

Si quis, ad preces parentum, contra præscriptum can. 756, a ministro baptizatus est, pertinet, non ad ritum in quo est baptizatus, sed ad ritum in quo baptizari debuisset. — *Commiss. Pontif.*, 1919 (*Acta*, XI, 478).

930. IV. « **In mortis periculo baptismum privatim conferre licet.** » — *Cod.*, c. 759, § 1.

a) « Et, si conferatur a ministro qui nec sacerdos nec diaconus, *ea tantum* ponantur quæ sunt ad baptismi *validitatem* necessaria ;

b) » Si a sacerdote vel diacono, servantur quoque tempus adsit, *cæremoniæ* quæ baptismum sequuntur. *Ibidem.*

c) » Cæremoniæ autem quæ in baptismi collatione prætermittuntur quavis ratione fuerint, *quamprimum* ecclesia *suppleantur.* » — *Ibid.*, § 3.

Item, cum baptismus *sub conditione* iteratur, « cæremoniæ, si quidem in priore baptismo omissæ fuerint, *suppleantur*, salvo præscripto can. 759, § 3 (de hæreticis in adulta ætate sub conditione baptizantur) ; sin autem in priore baptismo adhibitæ sunt, *repeti* in altero *omitti* possunt ». — *Cod.*, c. 760.

931. V. Curent parochi ut « ei qui baptizatur christianum imponatur nomen ;

» Quod si id consequi non *poterunt*, nomini a parentibus imposito *addant* nomen alicujus Sancti, et in libro baptizatorum utrumque nomen perscribant. » — *Cod.*, c.

#### § IV. DE PATRINIS

932. I. Ex vetustissimo Ecclesiæ more, « non *sollemniter* baptizetur, nisi suum habeat, quatenus possit, patrinum ». — *Cod.*, c. 762, § 1.

a) « Etiam in *baptismo privato* patrinus, si fieri non potest, haberi queat, adhibeatur.

» Si non interfuerit, adhibeatur in splendendis baptismi cæremoniis ; sed hoc in casu nullam contrahit spiritus cognationem. » — *Cod.*, c. 762, § 2.

b) Cum baptismus *iteratur sub conditione*, « idem patrinus, quatenus fieri poterit, adhibeatur qui in primo baptismo forte adfuit.

» Extra hunc casum, in baptismo conditionato patrinus *non est necessarius.* » — *Cod.*, c. 763, § 1.

c) « Patrinus *unus tantum*, licet diversi sexus a

zando, vel ad summum *unus et una* adhibeantur. » —  
*Cod., c. 764.*

d) « *In dubio* utrum quis *valide* vel *licite* admitti possit  
 bene ad patrini munus, parochus, si tempus suppetat,  
 consulat Ordinarium. » — *Cod., c. 767.*

933. II. « **Ut valide quis sit patrinus, oportet :**

- » 1° Sit *baptizatus*, rationis usum assecutus, et *intentionem* habeat id munus gerendi ;
- » 2° Ad nullam pertineat *hæreticam* aut *schismaticam* actam, nec *sententia condemnatoria* vel *declaratoria* sit communicatus, aut infamis *infamia juris*, aut exclusus ab actibus legitimis, nec sit clericus depositus vel degradatus ;
- » 3° Nec sit *pater*, vel *mater*, vel *conjux* baptizandi ;
- » 4° Ab ipso baptizando, *ejusve* parentibus vel tutoribus, aut, his deficientibus, a ministro sit *designatus* ;
- » 5° Baptizandum in actu baptismi, per se vel per procuratorem, *physice teneat* aut *tangat*, vel statim *level* u suscipiat de sacro fonte aut de manibus baptizantis. »  
*Cod., c. 765.*

Porro, « qui publicum adulterii delictum commiserint, vel in combinatu publice vivant, vel, ob alia delicta contra sextum decalogi preceptum, legitime fuerint damnati, *excludantur* ab actibus legitimis ecclesiasticis, donec signa veræ resipiscentiæ dederint ». *Cod., c. 2357, § 2.*

934. III. « **Ut autem quis licite patrinus admittatur, oportet :**

- » 1° *Decimum quartum* suæ ætatis annum attigerit, nisi iud justa de causa ministro videatur ;
- » 2° Non sit, propter notorium delictum, excommunicatus, vel exclusus ab actibus legitimis, vel infamis *infamia juris*, *quin tamen sententia intercesserit*, nec sit *interdictus*, et alias *publice criminosis*, vel infamis *infamia facti* ;
- » 3° *Fidei rudimenta* noverit ;
- » 4° In nulla religione sit *novitius* vel *professus*, nisi necessitas urgeat, et expressa habeatur venia Superioris loci ;

» 5<sup>o</sup> In *sacris ordinibus* non sit constitutus, nisi accedat expressa Ordinarii proprii licentia. » — *Cod.*, c. 766.

935. IV. **Patrinorum est, ex suscepto munere,** « spiritualem filium perpetuo *sibi commendatum* habere, atque in iis quæ ad *christianæ vitæ institutionem* spectant, curare diligenter ut ille talem in tota vita se præbeat qualem futurum esse sollemni cæremonia sponderunt ». — *Cod. can.* 769.

936. V. **Spiritualement cognationem** ex baptismo « contrahunt tantum, cum baptizato, baptizans et patrinus » — *Cod.*, c. 768.

Iterato baptismo *sub conditione*, « neque patrinus qui priori baptismo adfuit, neque qui posteriori, cognationem spiritualement contrahit, nisi *idem patrinus* in utroque baptismo adhibitus fuerit ». — *Cod.*, c. 763, § 2.

#### § V. DE TEMPORE ET LOCO BAPTISMI CONFERENDI

937. I. « **Infantes quamprimum baptizentur.** Et parochi ac concionatores frequenter fideles de hac gravi eorum obligatione commoneant. » — *Cod.*, c. 770. — *Cf. Ben. XIV de syn.*, lib. 12, cap. 6, n. 7.

Ne parvulis « sacramentum tantopere necessarium nimium differatur cum periculo salutis » (*Rit. Rom.*), in non paucis diocesisibus statutum est ut, si pueri ad ecclesiam baptizandi, elapso ex. gr. octiduo, deferantur, consuetæ sollemnitates præter rituales cæremonias nullæ adhibeantur, ex. gr. campanæ non pulsentur.

938. II. « **Qualibet die** baptismus, etiam sollemnis administrari potest ;

» Decet tamen *adultorum* baptismum, secundum antiquissimum Ecclesiæ ritum, conferri, si fieri commode queat in pervigilio Paschatis et Pentecostes, præcipue in metropolitanis aut cathedralibus ecclesiis. » — *Cod.*, c. 772.

939. III. **Proprius baptismi sollemnis administrandi locus** est « *baptisterium* in ecclesia vel oratorio publico » — *Cod.*, c. 773. — Ideo :

a) « *Qualibet paræcialis ecclesia*, revocato ac reprobato

ovis contrario statuto vel privilegio vel consuetudine, baptismalem habeat fontem, salvo legitimo jure cumulationis cum aliis ecclesiis jam quæsito. » — *Cod.*, c. 774.

b) « Loci Ordinarius potest, pro fidelium commoditate, permittere vel jubere ut fons baptismalis ponatur in *alia ecclesia*, vel publico oratorio, intra parœciæ fines. » — *Ibid.*, § 2.

c) « Si ad ecclesiam parœciale, aut ad aliam quæ fontis gaudeat, baptizandus, propter locorum distantiam aliavè adjuncta, sine gravi incommodo aut periculo accedere aut *transferri nequeat*, baptismus sollempniter a parrocho conferri potest et debet in *proxima ecclesia* aut oratorio publico intra parœciæ fines, licet hæc baptismali te careat. » — *Cod.*, c. 775.

d) Baptismus *privatus*, urgente necessitate, « quovis tempore et loco administrandus est ». — *Cod.*, c. 771.

940. IV. **In domibus autem privatis** « baptismus sollemnis administrari non debet, nisi hisce in adjunctis :

a) » Si baptizandi sint filii aut nepotes eorum qui *summum* actu tenent populorum principatum vel jus habent succedendi in thronum, quoties isti id rite poposcerint;

b) » Si loci Ordinarius, pro suo prudenti arbitrio et scientia, juxta ac rationabili de causa, in casu aliquo *extraordinario* id concedendum censuerit ». — *Cod.*, c. 776, § 1.

In memoratis casibus, baptismus conferendus est in *sacello* parochiali, aut saltem in alio decenti loco, et *aqua baptismali* de more legitime benedicta. » — *Ibid.*, § 2.

## § VI. DE COLLATI BAPTISMI ADNOTATIONE ET PROBATIONE.

941. I. **In baptismali libro**, « sedulo et sine ulla mora » notarii debent nomina baptizatorum referre, « mentionem facere de ministro, parentibus ac patrinis, de loco ac die collati baptismi ». — *Cod.*, c. 777, § 1. — *Cf. n. 1134, b.*

a) Si non a proprio parrocho nec eo præsentate baptizatus fuerit, « minister de ipso collato quam-

primum proprium ratione domicilii parochum baptizati certiore reddat ». — *Cod.*, c. 778.

b) Ubi vero de *illegitimis* filiis agatur, « *matris* nomen est inserendum si publice ejus maternitas constet, vel ipsa sponte sua scripto vel coram duobus testibus id petat »

» Item nomen *patris*, dummodo ipse sponte sua a parcho, vel scripto vel coram duobus testibus, id requirat vel ex publico authentico documento sit notus ;

» In ceteris casibus, inscribatur natus tanquam filius *patris ignoti* vel *ignolorum* parentum ». — *Cod.*, c. 777, §

942. II. **Ad collationem baptismi comprobanda** « si nemini fiat præjudicium, satis est *unus testis* omnino exceptione major, vel ipsius baptizati *jusjurandum* si ipse in adulta ætate baptismum receperit ». — *Cod.*, c. 777

## ARTICULUS III

### DE SS. EUCHARISTIÆ SACRAMENTO

Ubi : de hujus sacramenti ministro ; — de subjecto sacræ communionis ; — de custodia et cultu SS. Eucharistiæ.

#### § I. DE SS. EUCHARISTIÆ MINISTRO

943. I. **Minister ordinarius** sacræ communionis « est solus sacerdos ». — *Cod.*, c. 845, § 1.

*Extraordinarius* est « diaconus, de Ordinarii loci vel parochi licentia, *gravi de causa* concedenda, quæ in *causa necessitatis* legitime præsumitur ». — *Ibid.*, § 2.

944. II. « **Quilibet sacerdos** intra *Missam*, et, si privatim celebrat, etiam proxime *ante* et *post*, sacram communionem ministrare potest.

» Etiam *extra Missam* quilibet sacerdos eadem facultate pollet, ex licentia saltem *præsumpta* Rectoris ecclesiæ, sit extraneus. » — *Cod.*, c. 846.

945. III. **Ad parochum pertinet**, intra suum territorium, jus et officium « sacram communionem publice ministrare »

mos, etiam non parœcianos, *extra ecclesiam* defertur. — *Cod.*, c. 848, § 1.

eteri sacerdotes « id possunt in casu tantum *necessitate* aut de licentia saltem *præsumpta* ejusdem parochi vel parochiani ». — *Ibid.*, § 2.

a) Communionem *privatim* ad infirmos « quilibet sacerdos deferre potest, de venia saltem *præsumpta* sacerdoti cui custodia sanctissimi Sacramenti commissa est ». — *Cod.*, c. 849.

b) Sed sacram communionem per modum *Viatici*, publice sive privatim, ad infirmos deferre, « pertinet parochum, ad normam can. 848 », salvo exemptionis privilegio. — *Cod.*, c. 850. — *Cf. n.* 889, sq.

946. IV. **Sacra communio** « distribui potest ubicumque *Missam celebrare licet*, etiam in *oratorio privato*, loci Ordinarius, justis de causis, in casibus particularibus id prohibuerit ». — *Cod.*, c. 869.

Sacerdoti celebranti non licet Eucharistiam *intra parochiam* distribuere fidelibus *adeo distantibus* ut ipse non eam de conspectu amittat. » — *Cod.*, c. 868.

947. V. « **Omnibus diebus** licet sanctissimam Eucharistiam distribuere. » — *Cod.*, c. 867, § 1.

a) « Feria tamen VI majoris hebdomadæ, solum licet *Viaticum* ad infirmos deferre. » — *Ibid.*, § 2.

b) « In *Sabbato Sancto*, sacra communio nequit fidelibus ministrari nisi inter *Missarum sollemnia*, vel continuo *privatim* ab iis expletis. » — *Ibid.*, § 3.

948. VI. **Sacra communio** « iis tantum horis distribuatur quibus *Missæ sacrificium* offerri potest, nisi aliud rationabilis causa suadeat ». — *Cod.*, c. 867, § 4.

Sacrum tamen *Viaticum* quacunque diei aut noctis ministrari potest. » — *Ibid.*, § 5.

949. VII. « **Sacerdos sacram communionem** distribuatur *azymo pane vel fermentato, secundum propriam rationem*. » — *Cod.*, c. 851, § 1.

a) « Ubi vero necessitas urgeat, nec sacerdos diversus ritus adsit, licet sacerdoti *orientali* qui fermentato utitur ministrare Eucharistiam in azymo, vicissim *latino* aut *orientali* qui utitur azymo, ministrare in fermentato; a suum quisque ritum ministrandi servare debet. » — *Ibid.* § 2. — Cf. *Pii X constit. Tradita ab antiquis*, 18 kal. oct. 1912 (*Acta*, IV, 609).

b) « Omnibus fidelibus cujusvis ritus datur facultas ut, pietatis causa, sacramentum Eucharisticum *quolibet ritu* confectum suscipiant.

» Suadendum tamen ut suo quisque ritu fideles precepto *communione paschalis* satisfaciant. » — *Cod. can.* 866, § 1 et 2.

c) « Sanctum Viaticum *moribundis* ritu proprio accipiendum est; sed, urgente necessitate, fas esto *quolibet ritu* illud accipere. » — *Ibid.*, § 3.

d) « Sanctissima Eucharistia sub sola specie *panis* præbeatur. » — *Cod.*, c. 852.

## § II. DE SUBJECTO SACRÆ COMMUNIONIS

950. I. **Saltem semel in anno, paschali tempore** Eucharistiæ sacramentum recipere debet omnis utriusque sexus fidelis, « postquam *ad annos discretionis* id est ad usum rationis pervenerit », nisi forte, « de consilio proprio sacerdotis, ob aliquam rationabilem causam, *ad tempus* ab ejus perceptione duxerit abstinendum ». — *Cod. can.* 859, § 1.

a) Paschalis communio fiat « a dominica *Palmarum* ad dominicam *in albis*;

» Sed locorum Ordinariis fas est, si ita personarum locorum adjuncta exigant, hoc tempus etiam pro omnibus suis fidelibus *anticipare*, non tamen ante quartam diei dominicam *Quadragesimæ*; vel prorogare, non tamen ultra festum sanctissimæ Trinitatis ». — *Ibid.*, § 2.

b) *Olim*, secluso privilegio, fideles *in propria parochiali ecclesia* Communionem paschalem recipere debent.



nt; nec alibi præcepto satisfaciebant absque Episcopi  
t parochi licentia, saltem præsumpta.

Hodie, ad normam novi Códicis, « *suadendum* fidelibus  
huic præcepto satisfaciant in sua quisque parœcia; et  
i in aliena parœcia satisfecerint, curent proprium paro-  
rum de adimpleto præcepto *certiorem* facere ». — *Cod.*,  
n. 859, § 3.

c) « Præceptum paschalis communionis *adhuc urget*  
quis illud præscripto tempore, quavis de causa, non  
pleverit. » — *Ibid.*, § 4.

Et « præcepto communionis recipiendæ non satisfit per  
*crilegam* communionem ». — *Cod.*, c. 861.

d) Obligatio præcepti communionis sumendæ; quæ  
*puberes* gravat, « in eos quoque ac præcipue recidit qui  
*sorum curam* habere debent, idest in parentes, tutores,  
confessarium, institutores et parochum ». — *Cod.*, c. 860.

951. II. « **In periculo mortis**, quavis ex causa procedat,  
eles sacræ communionis recipiendæ *præcepto* tenentur. »  
*Cod.*, c. 864, § 1.

a) « Etiamsi *eadem die* sacra communione fuerint re-  
ti, valde tamen *suadendum* ut, in vitæ discrimen ad-  
ti, *denuo* communicent. » — *Ibid.*, § 2.

b) « Perdurante mortis periculo, sanctum Viaticum,  
undum prudens confessarii consilium, *pluries*, dis-  
etis diebus, administrari et *licet* et *debet*. » — *Ibid.*, § 3.

c) « Sanctum Viaticum infirmis *ne nimium differatur*;  
qui animarum curam gerunt, sedulo advigilent ut eo  
mi, plene sui compotes, reficiantur. » — *Cod.*, c. 865.

d) « Ad infirmos *publice* sacra communio deferatur,  
justa et rationabilis causa aliud suadeat. » — *Cod.*,  
847.

e) Quando *privatim* sacra communio infirmis minis-  
tur, « reverentiæ ac decentiæ tanto sacramento debitæ  
lo consulatur, servatis a Sede Apostolica præscriptis  
nis ». — *Cod.*, c. 849, § 2.

952. III. « **Excitentur fideles ut frequenter, etiam quotidie, pane Eucharistico reficiantur**, ad normas in decretis Apostolicæ Sedis traditas ; utque Missæ adstantes, non solum spirituali affectu, sed *sacramentali* etiam sanctissimæ Eucharistiæ perceptione, rite dispositi, communicent. » — *Cod., c. 863.* — *Cf. S. C. C. decret. de quotidiana ss. Eucharistiæ sumptione, 20 dec. 1905, art. 6.*

« Expedit ut, feria V majoris hebdomadæ, omnes clerici, etiam sacerdotes qui ea die a Sacro litando abstinent, sanctissimo Christi Corpore in Missa sollemni seu conventuali reficiantur. » — *Cod. can. 862.*

953. IV. « **De sufficienti puerorum dispositione ad primam communionem** iudicium esto *sacerdoti a confessionibus*, eorumque *parentibus*, aut iis qui loco parentum sunt » — *Cod., can. 854, § 4.* — *Cf. Catechism. Rom. ; — Ben. XIV const. Elsi minime ; — et S. C. de Sacramenti. decret. Quam singulari, 8 aug. 1910 (Acta, II, 577).*

a) « *Parocho* autem est officium *advigilandi*, etiam per examen, si opportunum prudenter iudicaverit, ne pueri ad sacram Synaxim accedant ante adeptum usum rationis, vel sine sufficienti dispositione ; itemque curand ut, usum rationis assecuti, et sufficienter dispositi, *quam primum* hoc divino cibo reficiantur. » — *Ibid., § 5.*

b) « *In periculo mortis*, ut sanctissima Eucharistia pueris ministrari possit ac debeat, *satis est* ut sciant Corpus Christi a communi cibo discernere illudque reverenter adorare. » — *Cod., c. 854, § 2.*

c) « *Extra mortis periculum*, plenior cognitio doctrinæ christianæ et *accuratior præparatio* merito exigitur ea scilicet qua ipsi fidei saltem mysteria necessaria necessitate medii ad salutem, pro suo captu percipiant, et devote, pro suæ ætatis modulo, ad sanctissimam Eucharistiam accedant. » — *Ibid., § 3.*

954. V. « **Nemo quem conscientia peccati mortaliter gravat**, quantumcumque etiam se contritum existimet sine præmissa *sacramentali confessione* ad sacram communionem accedat ;

Quod si urgeat *necessitas*, ac copia confessarii illi t, actum perfectæ contritionis prius eliciat. » — *Cod.*, 856.

955. VI. « **Arcendi sunt ab Eucharistia publice in-** ni, quales sunt excommunicati, interditi, manifesto- infames, nisi de eorum pœnitentia et emendatione *stet*, et publico scandalo prius *satisfecerint*.

*Occultos* vero peccatores, si *occulte petant*, et eos non endatos agnoverit, minister repellat; non autem si *lice* petant et sine scandalo ipsos præterire nequeat. » *Cod.*, c. 855.

« quilibet baptizatus qui jure non prohibetur, *mitti potest et debet* ad sacram communionem ». — *Cod.*, 853.

956. VII. « **Qui a media nocte jejunium naturale non** *vaverit*, nequit ad sanctissimam Eucharistiam admitti, *mortis* urgeat periculum, aut *necessitas* impediendi *verentiam* in sacramentum. » — *Cod.*, c. 858, § 1.

*Infirmi* tamen qui jam *a mense* decumbunt, sine certa ut cito convalescant, de prudenti confessarii consilio *ctissimam* Eucharistiam sumere possunt *semel aut bis* *hebdomada*, etsi aliquam medicinam vel aliquid per *lum potus* antea sumpserint. » — *Ibid.*, § 2.

957. VIII. In excommunicationem latæ sententiæ, *ialissimo modo* Sedi Apostolicæ reservatam, incur- et suspectus est de hæresi, « qui *species consecratas* *ecerit*, vel ad malum finem abduxerit aut retinuerit ». *stque* « ipso facto *infamis*; et clericus præterea est *onendus* ». — *Cod.*, c. 2320.

## I. DE CUSTODIA ET CULTU SANCTISSIMÆ EUCHARISTIÆ

958. I. **Custodiri debet** Sanctissima Eucharistia « in *esia cathedrali*, in ecclesia principe Abbatiae vel Præla- *e nullius*, Vicariatus et Præfecturæ apostolicæ, in qua *t ecclesia parœciali* vel *quasi-parœciali*, et in ecclesia *exa domui religiosorum exemptorum*, sive virorum

sive mulierum », dummodo adsit « qui ejus curam habeat et regulariter sacerdos semel saltem in hebdomada Missam in sacro loco celebret ». — *Cod.*, c. 1265, § 1.

959. II. « Custodiri potest :

a) » De licentia *Ordinarii loci* : in ecclesia collegiata et in oratorio principali, sive publico sive semi-publico tum *domus piæ* aut religiosæ, tum *collegii* ecclesiastici quod a clericis sæcularibus vel a religiosis regatur. » — *Ibid.*, n. 2.

b) « Ut in *aliis* ecclesiis seu oratoriis custodiri possit necessarium est *indultum Apostolicum*.

» *Loci Ordinarius* hanc licentiam concedere potest tantummodo ecclesiæ aut oratorio publico ex justa causa per modum actus. » — *Ibid.*, § 2.

c) Nemini autem licet, « sanctissimam Eucharistiam *apud se* retinere aut secum in itinere deferre ». — *Cod. can.* 1265, § 3.

d) Ecclesiæ in quibus sanctissima Eucharistia asservatur, præsertim parociales, « quotidie *per aliquot saltem horas* fidelibus pateant ». — *Cod.*, c. 1266.

e) « Revocato quolibet contrario privilegio, in ipsa religiosa vel pia domo sanctissima Eucharistia custodi nequit nisi, vel in *ecclesia*, vel in *principali oratorio*; non *apud moniales* intra chorum vel septa monasterii. » — *Cod.*, c. 1267.

Sensus hujus canonis hic est : « Si religiosa vel pia domus adnexa habeat *publicam ecclesiam*, eaque utatur ad ordinaria et quotidiana pietatis exercitia explenda, SS. Sacramentum in ea tantum asserviri potest ; secus in *oratorio principali* ejusdem religiosæ vel piæ domus (sine præjudicio juris ecclesiæ si quod habet) ; in eoque tantum nisi in eodem materiali ædificio sint distinctæ ac separatæ familiæ ita ut *formaliter* sint distinctæ religiosæ vel piæ domus ». — *Comm. Pontif.*, 2-3 jun. 1918 (*Acta*, X, 347).

960. III. Non nisi in uno tantum ejusdem ecclesiæ altari Sanctissima Eucharistia « continuo seu habitualiter » custodiri potest. — *Cod.*, c. 1268, § 1.

a) « Custodiatur in præcellentissimo ac nobilissimo ecclesiæ loco, ac proinde regulariter in *altari majore*, nisi ad venerationem et cultum tanti sacramenti commodius et decentius videatur, servato præscripto legum liturgicarum quod ad ultimos dies hebdomadæ majoris attinet. »  
*Ibid.*, § 2.

b) « Sed, in ecclesiis *cathedralibus, collegiatis* aut *conventualibus*, in quibus ad altare majus chorales functiones resolvendæ sunt, ne ecclesiasticis officiis impedimentum feratur, opportunum est ut sanctissima Eucharistia regulariter non custodiatur in altari majore, sed *in alio templo seu altari*. » — *Ibid.*, § 3.

c) « Curent ecclesiarum rectores ut altare in quo sanctissimum Sacramentum asservatur sit *præ omnibus aliis ornatum*, ita ut suo ipso apparatu magis moveat ad deum pietatem ac devotionem. » — *Ibid.*, § 4.

961. IV. « Sanctissima Eucharistia servari debet in *tabernaculo inamovibili, in media parte altaris posito*. »  
*Cod.*, c. 1269, § 1.

a) « Tabernaculum sit affabre exstructum, undequate solide clausum, decenter ornatum ad normam legum liturgicarum, ab omni alia re *vacuum*, ac tam sedulo custodiatur ut periculum cujusvis sacrilegæ profanationis vitetur. » — *Ibid.*, § 2.

b) « Gravi aliqua suadente causa, ab Ordinario loci approbata, non est vetitum sanctissimam Eucharistiam in tabernaculo turno tempore *extra altare*, super corporali tamen, in tabernaculo tutiore et decenti, asservari, servato præscripto *art. 1271* de requisita lampade. — *Ibid.*, § 3.

c) « *Clavis tabernaculi*, in quo sanctissimum Sacramentum asservatur, diligentissime custodiri debet, one-que graviter conscientia sacerdotis qui ecclesiæ vel orationis curam habet. » — *Ibid.*, § 4.

962. V. In *pyxide, ex solida decentique materia*, que munda et suo operculo bene clausa, cooperta albo serico, et, quantum res feret, ornato », conserventur

*particulæ consecratæ* « eo numero qui infirmorum aliorumque fidelium communioni satis esse possit ». — *Cod., can. 1270.*

Hostiæ consecratæ, sive propter fidelium communionem, sive propter expositionem sanctissimi Sacramenti « et *recentes* sint et *frequenter renoveantur*, veteribus rite consumptis, ita ut nullum sit periculum corruptionis, sedulo servatis instructionibus quas Ordinarius loci hanc de re dederit ». — *Cod., c. 1272.*

963. VI. **Una saltem lampas diu noctuque continenter luceat** coram tabernaculo in quo sanctissimum Sacramentum asservatur, « nutrienda *oleo olivarum* vel *cera apum* ;

» Ubi vero oleum olivarum haberi nequeat, Ordinarium prudentiæ permittitur ut *aliis oleis* commutetur, quantum fieri potest, *vegetalibus*. » — *Cod., c. 1271.*

*Luce electrica* uti non licet ad cultum, ideoque nec una cum candelis ex cera super altare positis, sed tantum ad depellendas tenebras, ecclesiasque illuminandas, cauto tamen ne modus speciem præ se ferat theatrali. — *S. C. Rit., 4 jun. 1895 ; 6 mai. 1902 ; et 22 nov. 1907. — Cf. S. C. R., 24 jun. 1914 (Acta, VI, 352)*

964. VII. **Expositio Sanctissimi Sacramenti :**

a) *Privata*, seu cum pixide, fieri potest « ex qualibet justa causa, sine Ordinarii licentia », in ecclesiis aut oratoriis quibus datum est asservare sanctissimam Eucharistiam.

b) Expositio vero *publica*, seu cum ostensorio, « die festo Corporis Christi, et intra octavam, fieri potest in omnibus ecclesiis, inter Missarum sollemnia, et ad Vesperas ; aliis vero temporibus, non nisi ex *justa* et *gravi causa*, præsertim *publica*, et de Ordinarii loci *licentia* licet ecclesia ad religionem exemptam pertineat ». — *Cod., c. 1274, § 1.*

c) « Minister *expositionis* et *repositionis* sanctissimi Sacramenti est sacerdos vel diaconus ;

» Minister vero *benedictionis Eucharisticæ* est solu

os ; nec eam impertire diaconus potest nisi in casu  
ad normam can. 845, § 2, Viaticum ad infirmum  
rit. » — *Ibid.*, § 2. — *Cf. n. 943.*

### 55. VIII. Supplicatio Quadraginta Horarum :

« In omnibus ecclesiis parœcialibus, aliisque in  
sanctissimum Sacramentum habitualiter asserva-  
tutis de consensu Ordinarii loci diebus, majore qua  
potest sollemnitate *quotannis* habeatur ;

» Et sicubi, ob pecularia rerum adjuncta, nequeat  
sacramenti incommode et cum reverentia tanto sacramento  
fieri, curet loci Ordinarius ut saltem *per aliquot  
dies horas*, statis diebus, sanctissimum Sacramen-  
tum sollemniori ritu exponatur. » — *Cod.*, c. 1275.

56. IX. Qui in religiosam fidelium institutionem  
admittunt « nihil omittant ut *pietatem* erga sanctissimam  
Christianam *in eorum animis excitent*, eosque præsertim  
admittuntur ut, non modo diebus dominicis et festis de præ-  
sertim etiam diebus ferialibus intra hebdomadam, fre-  
quenter, quantum fieri potest, Missæ sacrificio assistant  
et sanctissimum Sacramentum visitent ». — *Cod.*, c. 1273.

## ARTICULUS IV

### DE SACRAMENTO PŒNITENTIÆ

De sacramento pœnitentiæ, per judicalem absolutionem a *legitimo  
auctoritate* impertitam, *fideli rite disposito* remittuntur peccata  
quæ per baptismum commissa. » — *Cod.*, c. 870.

### § I. DE MINISTRO SACRAMENTI PŒNITENTIÆ

57. I. Jurisdictionis potestas in pœnitentem, sive  
directa, sive delegata, requiritur in ministro sacerdote,  
potestatem *Ordinis*, ad *validam* peccatorum abso-  
lutionem. — *Cod.*, c. 871 et 872. — *Cf. n. 308.*

« Sacerdos qui *sine necessaria jurisdictione* sacra-  
mentales confessiones audire præsumpserit, est ipso facto  
excommunicatus *a divinis* ;

b) » Qui vero a *peccatis reservatis* absolvere, i facto suspensus est ab audiendis confessionibus. » — *Can. 2366.*

968. II. **Ordinaria jurisdictione** ad confessiones recipiendas : pro *universa Ecclesia*, « præter Romanum Pontificem, potiuntur S. R. E. Cardinales ; pro *suo territorio*, Ordinarius loci et parochus, alique qui parochi sunt ». — *Cod., c. 873.*

a) Hac eadem jurisdictione gaudent etiam « *canonici pœnitentiarii* ecclesiæ quoque collegiatæ, ad normam *can. 401, § 1 (cf. n. 818)*, et *Superiores religiosi* exempti pro suis subditis, ad normam constitutionum ». — *Ibid.*

b) Hæc jurisdictio *cessat* « amissione officii ; et, per sententiam condemnatoriam vel declaratoriam, excommunicatione, suspensione ab officio, interdicto ». — *Ibid., § 3.*

c) Qui *ordinariam* habent absolvendi potestatem « possunt subditos absolvere *ubique terrarum* ». — *Can. 881, § 2.*

d) Omnes utriusque cleri sacerdotes, ad audiendas confessiones approbati in aliquo loco, sive ordinaria delegata jurisdictione instructi, « possunt etiam *vagantibus peregrinos* ex alia diœcesi vel parœcia ad sese accedere itemque catholicos cujusque *ritus orientalis*, valide licite absolvere ». — *Ibid., § 1.*

### 969. III. **Jurisdictionem delegatam :**

a) « Ad recipiendas confessiones quorumlibet *sæcularium* sive *religiosorum*, confert sacerdotibus, sæcularibus tum religiosis, etiam exemptis, *Ordinarius loci* in quo confessiones excipiuntur ;

» Sacerdotes autem *religiosi* eadem ne utantur *licentia* saltem præsumpta sui Superioris ». — *Can. 874, § 1.*

« Locorum Ordinarii jurisdictionem ad audiendas confessiones habitualiter ne concedant religiosis qui a *proprio Superiore*



*antantur*; iis vero qui a proprio Superiore præsentantur, sine causa eam ne denegent, firmo tamen præscripto can. 877 » de iure examine. — *Ibid.*, § 2. — *Cf. n. 970.*

b) In religione *clericali exempta*, ad recipiendas confessiones professorum, novitiorum, aliorumve in religiosa domo diu noctuque degentium, « jurisdictionem delegatam obtinet quoque *proprie eorundem Superior*, ad normam constitutionum; cui fas est eam concedere etiam sacerdos e clero sæculari aut alius religionis ». — *Cod.*, 875, § 1.

c) In religione *laicali exempta*, « Superior proponit necessarium, qui tamen jurisdictionem obtinere debet ab Ordinario loci in quo religiosa domus reperitur ». — *Cod.*, 875, § 2.

d) Jurisdictio delegata, aut licentia audiendarum confessionum « concedi potest certis quibusdam *circumstantiis* finibus ». — *Cod.*, c. 878, § 1.

Caveant tamen locorum Ordinarii, ac religiosi Superiores, ne jurisdictionem aut licentiam *sine rationabili causa* nimis coarctent. » — *Ibid.*, § 2.

e) Ad confessiones *valide* audiendas « opus est jurisdictione scripto vel verbis *expresse* concessa ». — *Cod.*, 879, § 1.

Pro concessione jurisdictionis *nihil* exigi potest. » — *Ibid.*, § 2.

f) Parochi, Vicarii parochorum, aliive *ad universitatem* delegati, non possunt, absque speciali facultate mandato Ordinarii loci, sacerdotibus sive sæcularibus confessiones recipere, nec iisdem jam approbatis jurisdictionem concedere ultra fines loci vel personarum intra quos ad hoc ius a can. 878, § 1 fuerit circumscripta. — *Commiss. f.*, 16 oct. 1919, ad 3 (*Acta*, XI, 477).

g) De jurisdictione delegata ad recipiendas confessiones religiosarum mulierum, *cf. n. 1324, sq.*  
de sacerdotibus *maritimum iter* arripientibus, *cf.*, *de Capellanis navium*, n. 1195.

970. IV. **Nonnisi** « iis qui idonei per examen repuerint » jurisdictionem aut licentiam audiendarum confessionum ne concedant locorum Ordinarii aut Superiori religiosi, « nisi agatur de sacerdote cujus theologicam doctrinam aliunde compertam habeant ». — *Can. 877, § 1.*

« Si, post concessam jurisdictionem aut licentiam prudenter dubitent num probatus a se antea sacerdos pergat adhuc idoneus esse, eum ad novam doctrinæ periculum adigant, etsi agatur de paroco aut canonico pœnitentiario. » — *Ibid., § 2.*

971. V. **Cessat jurisdictio delegata** : tum *trans tempore* ad quod forte concessa sit, tum *revocata* expresse facta et confessario intimata.

Sed, resoluta jure delegantis, non cessat, nisi aliquid adjectis clausulis appareat. — *Cf. n. 330, sq.*

a) Loci Ordinarius vel Superior religiosus « jurisdictionem vel licentiam ad audiendas confessiones *revocent* aut *suspendant* nisi gravem ob causam ». — *Cod., c. 880, § 1.*

b) « At, *graves ob causas*, Ordinarius potest et paroco aut pœnitentiario confessarii munus interdici salvo recursu *in devoluto* ad Sedem Apostolicam. — *Ibid., § 2.*

c) « Non tamen licet Episcopo, inconsulta Sede Apostolica, si de domo formata agatur, *omnibus* alicuius religiosæ domus confessariis una simul jurisdictionem adimere. » — *Ibid., § 3.*

972. VI. **In periculo mortis** « omnes sacerdotes, licet non ad confessiones non approbati, valide et licite absolvent quoslibet pœnitentes a *quibusvis peccatis* aut *censuris* quantumvis reservatis et notoriis, etiamsi præsens sacerdos approbatus, salvo præscripto *can. 884, 2252*. — *Cod., c. 882. — Cf. n. 976 et 261.*

*Milites* quicumque in statu bellicæ convocationis, seu, ut *mobilisationis* constituti, ipso facto *æquiparari possunt* iis qui

in periculo mortis, ita ut a quovis obvio sacerdote possint  
 — *S. Pœnit.*, 18 mart. 1912, *juxta regulas a probatis aucto-*  
*raditas.*

73. VII. « **Gravi justitiæ obligatione** » tenentur  
 hi, aliique quibus cura animarum *vi muneris* est  
 data, « audiendi, sive *per se*, sive *per alium*, con-  
 fines fidelium sibi commissorum, quoties ii audiri  
*liberè* petant ». — *Cod.*, c. 892, § 1.

*Urgente necessitate*, omnes confessarii obligatione  
 tenentur *ex caritate* fidelium confessiones audiendi ; et,  
 in *periculo*, omnes sacerdotes. » — *Ibid.*, § 2.

74. VIII. **In audiendis confessionibus :**

1) « Meminerit sacerdos se *judicis* pariter et *medici*  
 officium sustinere, ac divinæ *justitiæ* simul et *miseri-*  
*cordiæ* ministrum a Deo constitutum esse ut honori  
 Dei et animarum saluti consulat ». — *Cod.*, c. 888, § 1.

2) « Caveat omnino ne *complicis nomen* inquiret, ne  
 in *rebus* aut *inutilibus quæstionibus*, maxime circa sex-  
 Decalogi præceptum, quemquam detineat, et præ-  
 cipue ne juniores de iis quæ ignorant imprudenter inter-  
 roget. » — *Ibid.*, § 2.

3) « Pro qualitate et numero peccatorum, et condi-  
 tionibus pœnitentis, salutares et *convenientes satisfactiones*  
 confessarius injungat ; quas pœnitens volenti animo exci-  
 tatque ipse per se debet implere. » — *Cod.*, c. 887.

4) « Si confessarius dubitare nequeat de pœnitentis  
 conditionibus et hic absolutionem petat, absolutio *nec*  
*diffusa nec differenda* est. » — *Cod.*, c. 886.

5) « Etsi *preces*, ab Ecclesia formulæ absolutoriæ  
 præscriptæ, ad ipsam absolutionem obtinendam non sint  
 necessariae, nihilominus, nisi justa de causa, ne omittan-  
 tur. » — *Cod.*, c. 885.

75. IX. « **Sacramentale sigillum inviolabile est ;**  
 confessarius caveat diligenter confessarius ne *verbo* aut *signo*,  
 alio quovis modo et quavis de causa, prodatur aliqua-  
 modo peccatorem. » — *Cod.*, c. 889, § 1.



onem, excepto casu quo moribundus recuset alii  
 teri. » — *Cod., c. 2367, § 1.*

b) « Eandem excommunicationem non effugit absol-  
 vel fingens absolvere complicem qui peccatum qui-  
 complicitatis, a quo nondum est absolutus, *non*  
*tetur*, sed ideo ita se gerit quia ad id a complice  
 essario, sive directe sive indirecte, inductus est. » —  
 , § 2.

c) Dicitur « *complicem in peccato turpi* » ; quo nomine  
 t omne peccatum contra castitatem *externum, grave,*  
*mutuo consensu utrinque manifestato* commissum.

bio enim ab Episcopo Aurelianensi proposito : « An prohibitio  
 vendi complicem in materia turpi restringi debeat ad tactus,  
 ero comprehendat *omnia peccata* gravia contra castitatem  
 ius commissa, etiam illa quæ in meris adspectibus consiste-  
 ? » S. C. S. Officii, *die 28 maii 1873*, respondit : « compre-  
 i, nedum tactus, verum omnia peccata gravia et exterius com-  
 a contra castitatem, etiam illa quæ consistunt in meris *collo-*  
*et adspectibus qui complicitatem* important ».

d) Excusat, in articulo mortis, *gravis exoritura infa-*  
*et scandalum* ; ideoque nonnulli arbitrantur non  
 e contra legem sacerdotem qui, *etiam extra mortis*  
*culum*, complicem absolveret, si in aliquo casu ejus-  
 i ratio *evidentissime* habeatur. — *Pennachi, Com-*  
*f., tom. 1, pag. 332* ; — *Bucceroni, Comment., n. 37.*

m, licet constitutio Bened. XIV *unicum casum* excipiant ex-  
 e necessitatis in mortis articulo, ex quorumdam tamen sen-  
 a absolvi posset mulier complex si *alium* non habeat *sacerdo-*  
 neque, ob loci circumstantias, ut in locis missionum, spes  
 it quod eum sit unquam habitura. — *Cf. Bucceroni, Comment.*  
*nstit. Apostolicæ Sedis, n. 67.*

977. XI. **Sollicitationis crimen illud est** quo confes-  
 « aliquem pœnitentem, quæcumque persona illa sit,  
 n actu sacramentalis confessionis, vel ante, vel imme-  
 e post confessionem, vel occasione aut prætextu con-  
 onis, vel etiam, extra occasionem confessionis, in  
 essionali sive in alio loco ad confessiones audiendas

destinato aut electo, cum simulatione audiendi ibidem confessionem, ad inhonesta et turpia sollicitare vel provocare, sive verbis, sive signis, sive nutibus, sive tactu, sive per scripturam aut tunc aut post legendam, tentaverint aut cum eis illicitos et inhonestos sermones vel tractatus temerario ausu habuerint ». — *Ben. XIV constit. Sacramentum Pœnitentiæ, § 1. — Cf. Greg. XV const., 30 a. 1622.*

978. XII. « Debet pœnitens sacerdotem, reum sollicitationis in confessione, intra mensem denuntiare loci Ordinario, vel Sacræ Congregationi S. Officii »

» Et *confessarius debet*, graviter onerata ejus conscientia, de hoc onere pœnitentem monere. » — *Cod., c. 9*

Attamen *excusatur* a denuntiando, si quis ex denuntiatione timeat, probabiliter et prudenter, *grave periculum* propriæ fidei, vitæ, bonorum, etc., quia præcepta *humana* non obligant cum *gravissimo nocumento*, et quia jus naturale præcavendi hæc damna prævult juri positivo Ecclesiæ, quæ non solet obligare cum *tanto incommodo* ad suarum legum observantiam.

Item excusantur *consanguinei* personæ denuntiandæ, quia damnum illius censetur *damnum proprium*, et juri naturali repugnat seipsum prodere et infamare. — *Ita communiter.*

a) Fidelis qui *scienter omiserit* eum, a quo sollicitatus fuerit, intra mensem denuntiare, « incurrit in *excommunicationem* latæ sententiæ, nemini reservatam, non absolvendus nisi postquam obligationi satisfecerit, aut satisfacturum serio promiserit ». — *Cod., c. 2368, § 1.*

b) Si quis, per seipsum vel per alios, confessarium de sollicitationis crimine apud Superiores *falso denuntiaverit*, « ipso facto incurrit in *excommunicationem* specialiter modo Sedi Apostolicæ reservatam, a qua nequit ullo modo absolvi nisi falsam denuntiationem formaliter *retractaverit*, et damna, si qua inde secuta sint, pro virili *reparaverit*, imposita insuper gravi ac diuturna pœnitentia ». — *Cod., c. 2363. — Cf. n. 981, b.*

c) « Denuntiationis *onus est personale*, et ab ipsa persona sollicitata adimplendum.

Verum, si gravissimis difficultatibus *impediatur* quominus perficere ipsa possit, tunc, vel per se, vel per epistolam, vel per personam sibi bene visam, suum adeat *Ordinarium*, vel *Sanc-  
dem* per S. Pœnitentiariam vel etiam Supremam Inquisitionem expositis omnibus circumstantiis, et deinde *se gerat juxta  
tionem* quam erit acceptura.

Si vero *necessitas urgeat*, se gerat juxta consilia et monita *confessarii*.

Ast, si, nullo impedimento detenta, denuntiationem *omnino* in hoc casu aliisque supra memoratis, laudandus est con-  
sus qui operam suam pœnitenti non denegaverit, et vel *Ordi-  
na*, vel S. Sedem, *pro opportunis providentiis* consuluerit, sso tamen pœnitentis nomine. » — *Instructio Sancti Officii*, 1867, n. 7.

« Denuntiationes *anonymæ* contra sollicitantes ad turpia vim habent. Denuntiationes enim fieri debent *in judicio*, coram Episcopo ejusve delegato, cum interventu ecclesiastici qui Notarii partes teneat, et cum juramento.

Item, prohibetur ne, in recipiendis denuntiationibus, præter Notarium et Notarium, virum utrumque ecclesiasticum, speciali et exarata Episcopi deputatione munitum, *testes intersint*.

Item, conveniendum quoque ne ex denuntiantibus quæratum utrum nec sollicitationi *consenserint*; et convenientissimum foret ut de hodi consensu, quantumvis sponte manifestato, *nihil notetur* aliis. » — *Instr. cit.*, n. 6.

Non infrequens occurrit casus ut confessarius, aliusve ecclesiasticus, ab Episcopis deputetur ad denuntiationes recipiendas, in sollicitationis crimen spectante, *absque interventu Notarii*... in hunc fere modum haud difficulter denuntiandi munus detur. » — *Ibid.*, n. 8.

« Si in denuntiationibus, quod non raro contingit, *aliæ indi-  
personæ* forte pariter sollicitatæ, vel quæ de hoc crimine omnium ferré aliqua ratione possint, hæ quoque omnes et secreti-  
diciaria forma *examinandæ* sunt; et, primo per generalia, per gradus, quoad ita res ferat, ad particularia deveniendo, quæ-  
rari debent utrum et quomodo revera fuerint ipsæ sollicitatæ, et quæ  
personas fuisse sollicitatas viderint vel audierint. » — *Cit.* 20 feb. 1867, n. 9.

« Cum res quæ ad S. Cong. S. Officii deferri solent graves et tur-  
bulentæ et in iis versentur quæ nullo modo debeant, nec in  
scandalo possint ab aliis resciri, opus est ut earum delationes

*summa prudentia* summaque cautione fiant, ne in manus incipitorum hominum, ad ea omnia semper perpetranda paratae quæ vel in detrimentum animarum vel in religionis sacrorum Administrorum obtreccationem verti possint.

» Quam ob rem Beatissimi Patris ea voluntas est ut quotquot in orbe catholico Archiepiscopi et Episcopi, suo quisque jussu Apostolicæ Sedis præcipiant, gravi pœna transgressores constituta, ut nullam prorsus denuntiationem ad præfatum Sacrum Tribunal per *cursorem publicum* (vulgo *per posta*) ipse clerus moveat aut fideles mitti permittat, sed suo quisque Ordinario sigillùm clausum, tradendum curet.

» Episcopi vero, cum litteras acceperint quæ ex exteriori denuntiatione appareant eidem sacro Tribunali destinatae, eas *non tactas* includant involucro (italice *busta*), inscriptasque mittant Carolo a Secretis Status Sanctitatis Suæ, qui, nulla interposita mora, similiter integras, Sancto Officio transmittendas curabit.  
*Ex Secret. Status, 1 dec. 1918.*

979. XIII. « **Accepta denuntiatione**, non illico proceditur, sed a Superiore ecclesiastico inquiri sedulo oportet, utrum persona denuntians sit fide digna.

a) » Sollicitationis crimèn, ut plurimum, secreto perpetratum, hinc, privilegium est ut, in causis quæ contra hoc crimen instantur, ad plenam probationem faciendam attestations etiam *laicales* admittantur. At, in memoratis SS. Pontificum constitutionibus, præscribitur ne cum testibus singularibus procedatur præsumptiones, indicia et alia adminicula concurrant.

» Pondus igitur cujusque denuntiationis, qualitates et circumstantiæ, serio accurateque perpendæ sunt; et, antequam contra denuntiatum procedatur, perspectum exploratumque judici esse debet quod mulieres vel viri denuntiantes sint boni nominis, ne accusandum, vel inimicitia, vel alio humano affectu adducantur.  
— *S. Offic., Instr. 20 feb. 1867, n. 10.*

b) Jam vero, « cum non semper, nec ab omnibus, vel a plerisque post longum tempus, cum nempe testimoniorum receptio contra delictum et quandoque impossibilis est », *diligentias circa denuntiationem ejusque denuntiantes* peragi perpexerit, S. C. S. Officii, hinc, Instructionem pro Ordinariis norma edendam mandavit.

« Ordinarius igitur toties quoties aliquam de infando sollicitationis crimine denuntiationem acceperit, illico ad diligenter persequendam procedet.

» Ad quem finem, vel *per se*, vel per sacerdotem a se sp



...m, advocabit (separatim scilicet, et qua decet circumspectos testes, quantum fieri poterit ex cœtu ecclesiastico, utcumque omni exceptione majores, qui bene noverint tum denuntiatum omnes et singulos denuntiantes, eosque, sub sanctitate iuramenti de veritate dicenda, et de secreto S. Officii servando, iterum interrogabit, testimonium scripto referens, juxta insertam formulam; utriusque vero testimonii atque una simul verba denuntiationis authenticum exemplum directe tutaque manu Cong. S. Officii quamprimum transmittet....

...d si inveniri nequeant duo tantum testes qui noverint una denuntiatum et omnes et singulos denuntiantes, plures adhibent. Tot nempe hoc in casu testes, ut supra, vocandi erunt et interrogabuntur ut duplex quoad denuntiatum et unumquemque eorum habeatur testimonium. » — Sequitur interrogationis formulam. — *Instr. S. Off.*, 6 aug. 1897.

**10. XIV. Inquisitione peracta contra sollicitantes,** Episcopus, donec *secunda* vel *tertia* denuntiatio accesserit, supersedere iudicio quo reus pœnis plectatur.

...arii enim ad normam Supremæ Inquisitionis agere possunt, et consuetudo est ut, post unam alteramve denuntiationem, iterum quod denuntiatum observetur, ita videlicet super delato suspectus habeatur, ut, quum primum per novas denuntiationes explorata erit, in iudicium vocandus sit. Ut plurimum a *tertia denuntiatione* procedi solet. — *S. Offic. Instr.* 1867, n. 11.

« Si locorum Ordinarii, in conficiendis processibus, postquam iam confecto processu, in proferenda *sententia* sollicitantes ad turpia in confessione gravioribus obstantur difficultatibus, rem, transmissis actis, deferre debent ad hanc supremam *Congregationem*, quæ *peculiaribus instructionibus*, singulis casibus accommodatas, ut supra, tradet, ac definitivam sententiam, si expediens visum proferet. » — *Instr. S. Offic.*, 20 feb. 1867, n. 6.

*Secretum* omnino servandum est in his causis, sive iuris auctoritate, sive jure proprio Episcoporum mandatis; et, postquam fuerint definitæ, perpetuo omnino premantur. — *Instr. cit.*, n. 14.

...omnes *Curie administrari*, et quicumque alii ad has pertrac-

tandas vel patroni ad defendendas causas assumuntur, *iusjurandum* de secreto servando debent emittere ;

Et ipsi Episcopi alique locorum Ordinarii ad secretum servandum obstringuntur. — *Ibid.*

c) Qui sollicitationis crimen, de quo supra, committit « *suspendatur* a celebratione Missæ et ab audiendo sacramentalibus confessionibus, vel etiam, pro degravitate, *inhabilis* ad ipsas excipiendas declaratur *privetur* omnibus beneficiis, dignitatibus, voce activa passiva, et inhabilis ad ea omnia declaretur, et in casibus gravioribus *degradationi* quoque subiciatur ». — *Can. 2368, § 1.*

## § II. DE RESERVATIONE PECCATORUM

981. I. **Parochi et aliorum confessoriorum iurisdic-  
tio coarctari potest**, a Romano Pontifice et ab Episcopo per aliquorum casuum *reservationem*.

a) Qui enim *ordinario jure* possunt audiendi confessiones potestatem concedere, aut ferre censuras, « postquam quoque, excepto Vicario Generali sine mandato speciali nonnullos casus *ad suum avocare iudicium*, inferiorum absolvendi potestatem limitantes ». — *Cod., c. 893, § 1.*

b) « Inter Superiores *religionis clericalis* existit unus Superior generalis, et in *monasteriis sui juris* Abbatum cum proprio cujusque Consilio, peccata, ut supra, sub reservatione reservare possunt, firmo præscripto can. 518, 519 potestate quibusdam confessoribus religiosorum confessiones absolvendi a peccatis et censuris in religione reservatis ». — *Cod., c. 896. — Cf. n. 1321, sq.*

982. II. « **Unicum peccatum ratione sui reservatum Sanctæ Sedi** est falsa delatio qua sacerdos *innocentius* accusatur de crimine sollicitationis apud iudices seculari-  
siasticos. » — *Cod., c. 894.*

Huic falsæ denuntiationi adnexa est *ipso jure* excommunicatio, *speciali modo* Sedi Apostolicæ reservata. — *Can. 2363. — Cf. n. 978, b.*

983. III. **Locorum Ordinarii peccata ne reservent nisi vera reservationis necessitas aut utilitas comprobata fuerit**, re in Synodo diœcesana discussa, vel, a Synodum, auditis Capitulo cathedrali et aliquot excellentioribus ac probatoribus suæ diœcesis animarum doctoribus ». — *Cod.*, c. 895.

a) Casus reservandi « sint pauci omnino, tres scilicet ad summum, quatuor, ex gravioribus tantum et atrocibus criminibus externis specificè determinatis ; Ipsa vero reservatio ne ultra in vigore maneat quam esse sit ad publicum aliquod inolitum vitium extirpandum et collapsam forte christianam disciplinam aurandam. » — *Cod.*, c. 897.

b) « Prorsus ab iis peccatis sibi reservandis omnes lineant quæ jam sint *Sedi Apostolicæ* etiam ratione juræ reservata, et regulariter ab iis quoque quibus *ura*, etsi nemini reservata, a jure imposita sit. » — *Cod.*, c. 898.

c) Statutis semel reservationibus quas vere necessarias aut utiles judicaverint, « curent locorum Ordinarii ut *subditorum notitiam*, quo meliore eis videatur modo, eam deducantur ». — *Cod.*, c. 899.

984. IV. **Facultatem a reservatis absolvendi** « cuivis assim non impertiant ». — *Cod.*, c. 899, § 1.

a) At hujusmodi absolvendi facultas « ipso jure canonico *pœnitentiario*, et habitualiter impertiatur in *Vicariis foraneis*, addita, præsertim in locis diœcesis a sede episcopali remotioribus, facultate *subdelegandi* toties quoties confessarios sui districtus, si et modo, pro urgentiore aliquo determinato casu, ad eos impertiant ». — *Ibid.*, § 2.

b) « Ipso jure, a casibus quos quoquo modo sibi Ordinarii reservaverint, absolvere possunt : tum *parochi*, et qui parochorum nomine in jure censentur, toto tempore ad *præceptum paschale* adimplendum utili ; tum

singuli *missionarii*, quo tempore missiones ad populum haberi contingat. » — *Ibid.*, § 3.

985. V. « **Quævis reservatio omni vi caret :**

» 1<sup>o</sup> Cum confessionem peragunt, sive *ægroti* qui discedere non valent, sive *sponsi* matrimonii ineundi causa

» 2<sup>o</sup> Quoties, vel legitimus Superior petitam pro aliquo determinato casu absolvendi facultatem *denegaverit*, vel prudenti confessarii iudicio, absolvendi facultas a legitimo Superiore *peti nequeat* sine gravi pœnitentis incommodo aut sine periculo violationis sigilli sacramentalis

» 3<sup>o</sup> Extra *territorium* reservantis, etiamsi dumtaxat absolutionem obtinendam pœnitens ex eo discesserit. » *Cod.*, c. 900. — *Cf. S. Offic. Instruct.*, 13 jul. 1915 (A VIII, 313).

§ III. DE SUBJECTO SACRAMENTI PŒNITENTIÆ

986. I. « **Omnis utriusque sexus fidelis, postquam annos discretionis, idest ad usum rationis, pervenerit, tenetur omnia peccata sua saltem semel in anno fideliter confiteri.** » — *Cod.*, c. 906.

a) « Cuiuslibet fidei integrum est confessario legitime approbato, etiam alius ritus, *cui maluerit*, peccata confiteri. » — *Cod.*, c. 905.

b) « Præcepto confitendi peccata non satisfacit confessionem facit *sacrilegam*, vel voluntarie nullam. » — *Cod.*, c. 907.

987. II. **Materia sacramenti Pœnitentiæ :**

a) *Sufficiens*, sed *non necessaria*, sunt « peccata post baptismum commissa, sive mortalia directe potestatis clavium jam remissa, sive venialia ». — *Cod.*, c. 901.

b) Qui vero post baptismum *mortalia* perpetraverit, quæ nondum per claves Ecclesiæ directe remissa sunt, « debet omnia quorum, post diligentem sui conscientiam habeat, confiteri, et *circumstantias* in confessione explicare quæ *speciem peccati* mutant ». — *Canon.* 901.

Qui aliter confiteri non possunt, non prohibentur, si sint, per *interpretem* confiteri, præcavendo abusus et scandala », firmo præscripto de obligatione servandi sacramentale sigillum. — *Cod.*, c. 903. — *Cf.* n. 975, b.

988. III. **Sacramentalis confessionis proprius locus** « ecclesia, vel oratorium publicum aut semi-publicum ». — *Cod.*, c. 908.

Confessiones autem *virorum* « etiam in ædibus privatis recipere licet ». — *Cod.*, c. 910, § 2.

a) *Feminarum* confessiones « extra sedem confessionem ne audiantur, nisi ex causa infirmitatis aliave veræ necessitatis, et adhibitis cautelis quas Ordinarius loci oportunas judicaverit ». — *Cod.*, c. 910, § 1.

b) *Sedes confessionalis* ad audiendas *mulierum* confessiones « semper collocetur in loco patenti et conspicuo, generatim, in ecclesia vel oratorio publico aut semi-publico mulieribus destinato ». — *Cod.*, c. 909, § 1.

Sedes confessionalis « *crate fixa*, ac tenuiter perforata, inter poenitentem et confessarium sit instructa ». — *Cod.*, § 2.

## ARTICULUS V

### DE EXTREMA UNCTIONE

989. I. **Hoc sacramentum valide administrat « omnis solus sacerdos »**. — *Cod.*, c. 938, § 1.

Quamvis hoc sacramentum per se non sit de *necessitate mediæ* ad salutem, nemini tamen licet illud negligere ; cum omni studio et diligentia *curandum* ut infirmi, dum sine periculo compotes sunt, illud recipiant. » — *Cod.*, c. 944.

990. II. **Hujus sacramenti minister ordinarius**, jure speciali privilegio, est « parochus loci in quo degit infirmus ». — *Cod.*, c. 938, § 2. — *Cf.* n. 889, sq.

a) « In casu autem *necessitatis*, vel de licentia saltem *concessa* nonabiliter *præsumpta* ejusdem parochi vel Ordinarii

loci, alius quilibet sacerdos hoc sacramentum ministrare potest. » — *Ibid.*

b) Minister ordinarius « *ex justitia* tenetur hoc sacramentum, per se ipse vel per alium, administrare ; et, in casu necessitatis, *ex caritate* quilibet sacerdos ». — *Cod. can. 939.*

991. III. Iis tantum fidelibus **Extrema unctio præberi potest** « qui, post usum rationis, ob infirmitatem vel senium, in periculo mortis versentur ». — *Cod., can. 940, § 1.*

a) In eadem infirmitate « hoc sacramentum iterari non potest nisi infirmus, post susceptam unctionem convalescerit, et in aliud vitæ discrimen inciderit ». — *Ibid., § 2.*

b) « Quando *dubitatur* num infirmus usum rationis attigerit, num in periculo mortis re ipsa versetur, vel num mortuus sit, hoc sacramentum ministretur *sub conditione*. » — *Cod., c. 941.*

992. IV. « **Hoc sacramentum non est conferendum illis qui impoenitentes** in manifesto peccato mortali *contumaciter* perseverant ;

a) » Quod si hoc *dubium* fuerit, conferatur sub conditione. » — *Cod., c. 942.*

b) « Infirmis autem qui, cum suæ mentis compotes essent, illud saltem *implicite* petierunt aut *verisimiliter* petiissent, etiamsi deinde sensus vel usum rationis amiserint, nihilominus absolute præbeatur. » — *Cod., c. 943.*

993. V. **Extremæ unctionis sacramentum conferri debet** « per *sacras unctiones*, adhibito oleo olivarum ritu benedicto, et per verba in ritualibus libris ab Ecclesiâ probatis præscripta ». — *Cod., c. 937.*

a) Oleum olivarum, in sacramento Extremæ unctionis adhibendum, « debet esse ad hoc *benedictum* ab Episcopo, vel a presbytero qui facultatem illud benedicendi a Sede Apostolica obtinuerit ». — *Cod., c. 945.*

oleum infirmorum « parochus loco nitido et decenter  
 ato, in vase argenteo vel stanneo, *diligenter custodiat*,  
 domi retineat nisi ad normam can. 735 ». — *Cod., can.*  
*S. — Cf. n. 913, b.*

b) *Uctiones* « *verbis, ordine et modo* in libris rituali-  
 præscripto, accurate peragantur ;

In casu autem *necessitatis*, sufficit *unica unctio* in uno  
 su, seu rectius in fronte, cum præscripta forma bre-  
 viori, salva obligatione singulas unctiones supplendi,  
 sante periculo. » — *Cod., c. 947, § 1.*

Forma brevior hæc est : « *Per istam sanctam unctio-  
 nem indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti. Amen* ». —  
*S. C. S. Offic., 25 apr. 1906.*

c) « *Unctio renum* semper omittatur ; et unctio  
*renum* ex qualibet rationabili causa omitti potest. » —  
*l., c. 947, § 2 et 3.*

d) « Extra casum gravis necessitatis, unctiones ipsa  
 ministri manu, nulloque adhibito instrumento, fiant. » —  
*l., § 4.*

## ARTICULUS VI

### DE MATRIMONIO

: de natura et effectibus matrimonii ; — de inquisitione matri-  
 monii celebrationi præmittenda ; — de impedimentis in genere ;  
 de impedimentis pro liceitate — aut pro validitate matri-  
 monii ; — de consensu matrimoniali ; — de forma celebrationis  
 matrimonii ; — de matrimonio conscientiae ; — de tempore et  
 loco celebrationis matrimonii ; — de separatione conjugum ; —  
 de matrimonii convalidatione.

#### § I. DE NATURA ET EFFECTIBUS MATRIMONII

994. I. **Ad sacramenti dignitatem** Christus Dominus  
 tit ipsum *contractum* matrimoniale inter baptizatos.  
*Cod., c. 1012, § 1.*

quare « inter baptizatos nequit matrimonialis contrac-  
 validus consistere quin sit *eo ipso* sacramentum ». —  
*l., § 2.*

Parochus igitur « ne omittat populum *prudenter erudire* de matrimonii sacramento ejusque impedimentis — *Cod., c. 1018.*

a) « Matrimonium *baptizatorum* validum dicitur *ratum* si nondum consummatione completum est ; *ratum et consummatum*, si inter conjuges locum habuerit conjugalis actus, ad quem natura sua ordinatur contractus matrimonialis et quò conjuges fiunt una caro. » — *Cod. can. 1015, § 1.*

« Celebrato matrimonio, si conjuges simul cohabitaverint, *presumitur* consummatio, donec contrarium probetur. » — *Ibid., § 1.*

b) « Matrimonium invalidum dicitur *putativum* si bona fide ab una saltem parte celebratum fuerit, donec utraque pars de ejusdem nullitate certa evadat. » — *Ibid., § 4.*

« Matrimonium gaudet favore juris ; quare *in dubio* standum pro valore matrimonii, donec contrarium probetur. » — *Cod. can. 1014.*

c) « Matrimonium inter *non baptizatos*, valide celebratum, dicitur *legitimum*. » — *Cod., c. 1015, § 3.*

995. II. « **Matrimonii finis primarius** est procreatio atque educatio prolis ; *secundarius*, mutuum adiutorium et remedium concupiscentiæ. » — *Cod., c. 1013, § 1.* — *Id.*

a) « Utrique conjugi, ab ipso matrimonii initio æquum *jus* et *officium* est quod attinet ad actus proprios conjugalis vitæ. » — *Cod., c. 1111.*

b) Parentes « gravissima obligatione tenentur *pro educationem*, tum religiosam et moralem, tum physicam et civilem, pro viribus curandi, et etiam temporali eorum bono providendi ». — *Cod., c. 1113.* — *Cf. n. 1126.*

c) Ne omittat igitur parochus, secundum diversam personarum conditionem, « sponso docere *sanctitatem* sacramenti matrimonii, mutuas *conjugum* obligationes et obligationes *parentum* erga prolem ;

» Eisdemque vehementer adhortetur ut, *ante* ma-



ii celebrationem, sua peccata diligenter confiteantur, sanctissimam Eucharistiam pie recipiant ». — *Cod.*, 1033. — *Cf. can. 1018.*

996. **III. Baptizatorum matrimonium regitur** « jure, solum divino, sed etiam canonico, salva competentivilis potestatis circa mere *civiles* ejusdem matrimonii tus ». — *Cod.*, c. 1016.

a) Ex valido matrimonio « enascitur inter conjuges *ulm* natura sua *perpetuum* et *exclusivum* ;

Matrimonium præterea christianum conjugibus non tantibus obicem *gratiam* confert ». — *Cod.*, c. 1110. *essentiales* enim matrimonii proprietates « sunt *unitas* *indissolubilitas*, quæ, in matrimonio christiano, *pecum* obtinent firmitatem ratione sacramenti ». — *Cod.*, c. 1013, § 2.

b) « Nisi jure speciali aliud cautum sit, *uxor*, circa *matrimonios* effectus, *particeps* efficitur status mariti. » — *Cod.*, c. 1112.

997. **IV. Secundæ et ulteriores nuptiæ** « validæ et *legales* sunt », licet « *casta viduitas* honorabilior sit ». — *Cod.*, c. 1142.

*mulier* cui semel *benedictio sollemnis* data sit « nequit *subsequentibus* nuptiis eam *iterum* accipere ». — *Cod.*, c. 1143.

998. **V. Matrimonii promissio**, sive unilateralis, sive *mutualis*, seu *sponsalitia*, irrita est pro utroque foro nisi fuerit per *scripturam* subsignatam « a partibus et, *parrocho* aut loci Ordinario, vel a duobus saltem *testibus* ». — *Cod.*, 1017, § 1.

a) Si utraque vel alterutra pars scribere nesciat vel *non potest*, « ad validitatem id in ipsa scriptura adnotetur, *testis* addatur qui, cum parrocho aut loci Ordinario, vel duobus testibus de quibus in § 1, scripturam *signet* ». — *Ibid.*, § 2.

b) At, ex matrimonii promissione, licet valida sit nec *obstante* causa ab eadem implenda excuset, « non datur

actio ad petendam *matrimonii celebrationem*; datum tamen ad *reparationem damnorum*, si qua debeatur ». — *Ibid.*, § 3.

Ideo non amplius admittitur actio de justa causa dissolutioni sponsalium; actio vero reparationis damnorum *non suspendit* matrimonii celebrationem. — *Commiss. Pontif.*, 2-3 jun. 1911 (*Acta*, X, 345).

Actio reparationis damnorum de quo in can. 1017, § 3, est mixti fori. — *Ibid.*

## § II. DE INQUISITIONE MATRIMONII CELEBRATIONI PRÆMITTENDA

Antequam matrimonium celebretur, « constare debet nihil ejus *validæ ac licitæ* celebrationi obsistere ». — *Cod.*, c. 1019, § 1.

Hinc præmitti debent: *parochi investigatio et publicationes*.

999. I. **Parochi investigatio opportuno antea tempore facienda est**; et « Ordinarii loci est speciales normas pro hujusmodi parochi investigatione dare ». — *Cod. can.* 1020, § 1 et 3. — Porro:

a) « Nisi baptismus collatus fuerit in ipso suo territorio, parochus exigit *baptismi testimonium* ab utraque parte, vel a parte tantum catholica si agatur de matrimonio contrahendo cum dispensatione ab impedimento disparitatis cultus. » — *Cod.*, c. 1021, § 1.

b) Catholici qui *sacramentum confirmationis* nondum receperunt, « illud, antequam ad matrimonium admittantur, recipiant, si id possint sine gravi incommodo ». — *Ibid.*, § 2.

c) Parochus « tum *sponsum* tum *sponsam* etiam seorsum et caute *interroget* num aliquo detineantur impedimento, an consensum libere, præsertim mulier, præstent et an in doctrina christiana sufficienter instructi sint nisi, ob personarum qualitatem, hæc ultima interrogatio inutilis appareat ». — *Cod.*, c. 1020, § 2.

Si sponsus vel sponsa inveniantur *ignari* doctrinæ christianæ, locus sponso ignorantes sedulo edoceat prima saltem doctrinæ christianæ elementa : quod si renuant, non est locus eos respuendi matrimonio, ad normam canonis 1066. » (cf. n. 1020). — *Commiss. Pontif.*, 2-3 jun. 1918 (*Acta*, X, 345).

d) In *periculo mortis*, si « aliæ probationes haberi queant, sufficit, nisi contraria adsint indicia, affirmatio data contrahentium se baptizatos fuisse et nullo detineri impedimento ». — *Cod.*, c. 1019, § 2.

1000. II. « **Publice a parochio denuntietur inter quosdam matrimonium sit contrahendum.** » — *Cod.*, c. 1022. Matrimoniorum publicationes « fieri debent a *parochio proprio* ». — *Cod.*, c. 1023, § 1.

a) Si pars alio in loco per *sex menses* commorata sit et adeptam pubertatem (cf. n. 888), « parochus remittat Ordinario, qui, pro sua prudentia, vel publicationes inibi faciendas exigat, vel alias probationes seu conjecturas super status libertate colligendas præscribat ». — *Cod.*, c. 1023, § 2.

Si pars, post adeptam pubertatem, plus quam per sex menses commorata fuerit in *longissimis et dissitis oris*, a quibus, ut habeatur regularis attestatio libertatis status, longius tempus requiritur, tamen *urgeat* matrimonii celebratio, « res prudenti iudicariarii remittitur, qui alias probationes, non excluso juramento territorii, præscribere potest, ad normam can. 1023, § 2 ». — *Commiss. Pontif.*, 2-3 jun. 1918 (*Acta*, X, 345).

b) Si aliqua sit *suspicio* de contracto impedimento, parochus etiam pro breviori commoratione consulat Ordinarium, qui matrimonium ne permittat nisi prius iudicio, ad normam § 2, removeatur ». — *Ibid.*, § 3. Publicationes fiant « *tribus* continuis diebus dominicis que festis de præcepto, in ecclesia, inter Missarum solemnias, aut inter alia divina officia ad quæ *populus* accessit ». — *Cod.*, c. 1024.

1001. III. Publicationibus substituere potest loci Ordinarius, pro suo territorio, « *publicam*, ad valvas eccle-

siæ parœcialis aliusve ecclesiæ, *affixionem* nominum contrahentium per spatium saltem *octo dierum*, ita tamen ut hoc spatio, duo dies festi de præcepto comprehendantur » — *Cod., c. 1025.*

Publicationes, vel affixio ad valvas ecclesiæ, « ne fiant pro matrimoniis quæ contrahuntur cum dispensatione ab impedimento *disparitatis cultus* aut *mixtæ religionis*, nisi loci Ordinarius, pro sua prudentia, remoto scandalo, eas permittere opportunum duxerit dummodo apostolica dispensatio præcesserit, et mentio omittatur *religionis partis non catholicæ* ». — *Cod., c. 1026.*

1002. IV. A publicationibus, etiam in aliena diœcesi faciendis, dispensare potest loci Ordinarius proprius « pro suo prudenti iudicio, ex legitima causa ». — *Cod. can. 1028, § 1.*

Si *plures* sint *Ordinarii proprii*, « ille jus habet dispensandi in cuius diœcesi matrimonium celebratur ;

» Quod si matrimonium extra proprias ineatur diœceses, quilibet Ordinarius proprius dispensare potest ». — *Cod., c. 1028, § 2.*

1003. V. Omnes fideles tenentur impedimenta, si qua norint, revelare « parochi aut loci Ordinario, ante matrimonii celebrationem ». — *Cod., c. 1027.*

Si *alius parochus* investigationem aut publicationem peregerit, « de harum exitu statim, per authenticum documentum, *certiorem* reddat parochum qui matrimonium assistere debet ». — *Cod., c. 1029.*

1004. VI. Peractis investigationibus et publicationibus :

a) « Parochus matrimonio ne assistat antequam omnia documenta necessaria *receperit*, et, præterea nisi rationabilis causa aliud postulet, *tres dies* decurrerint ab ultima publicatione ». — *Cod., c. 1030, § 1.*

b) « Si *nullum* detectum fuerit impedimentum, nec dubium nec certum, parochus ad matrimonii celebrationem partes admittat. » — *Cod., c. 1031, § 3.*

c) Verumtamen, « si *intra sex menses* matrimonium contractum non fuerit, publicationes *repelantur*, nisi ad loci Ordinariū videatur ». — *Cod., c. 1030, § 2.*

1005. VII. **Detecto impedimento certo :**

a) « Si impedimentum sit *occultum*, parochus publicationes peragat vel absolvat, et rem deferat, reticens nonna, ad loci Ordinariū vel ad Sacram Pœnitentiariam;

b) » Si sit *publicum*, et detegatur *ante inceptas publicationes*, parochus ulterius ne procedat donec impedimentum removeatur, etsi dispensationem pro foro conscientie ratum obtentam norit ;

c) Si detegatur *post* primam aut secundam publicationem, parochus publicationes perficiat, et rem ad Ordinariū deferat. » — *Cod., c. 1031, § 2.*

1006. VIII. **Exorto dubio de existentia alicujus impedimenti :**

a) « Parochus rem *accuratius investiget*, interrogando per juramento duos saltem testes fide dignos, dummodo agatur de impedimento ex cujus notitia infamia partis oriatur, et, si necesse fuerit, ipsas quoque partes ;

b) » Publicationes peragat vel perficiat, si dubium sit ante inceptas vel expletas publicationes ;

c) » Matrimonio ne assistat, inconsulto Ordinario, si *dubium adhuc superesse* prudenter judicaverit. » — *Cod., c. 1031, § 1.*

d) Et *matrimonio* vagorum parochus, « excepto casu necessitatis, nunquam assistat nisi, re ad loci Ordinariū ad sacerdotem ab eo delegatum delata, licentiam assistendi obtinuerit ». — *Cod., c. 1032.*

§ III. DE IMPEDIMENTIS IN GENERE

1007. I. **Impedimenta duplicis generis sunt**, prout tuuntur per legem *mere prohibentem*, aut cum clausula *am irritante*.

a) « Impedimentum *impediens* continet gravem prohibitionem contrahendi matrimonium; quod tamen irritum non redditur si, non obstante impedimento, contrahatur »

» Impedimentum *dirimens*, et graviter prohibet matrimonium contrahendum, et impedit quominus valide contrahatur. » — *Cod.*, c. 1036, § 1 et 2.

b) « Quanquam impedimentum *ex una tantum parte* se habet, matrimonium tamen reddit aut illicitum aut invalidum. » — *Ibid.*, § 3.

c) « *Publicum* censetur impedimentum quod probatur in foro externo potest; secus est *occultum*. » — *Canon.* 1037.

d) « Impedimenta alia sunt *gradus minoris*, alia *majoris*.

» Impedimenta *gradus minoris* sunt : 1° Consanguinitas in tertio gradu lineæ collateralis; 2° Affinitas secundo gradu lineæ collateralis; 3° Publica honestas in secundo gradu; 4° Cognatio spiritualis; 5° Crimen ex adulterio cum promissione vel attentatione matrimonii etiam per civilem tantum actum.

» Impedimenta *majoris gradus* alia sunt omnia. » — *Cod.*, can. 1042.

1008. II. « **Supremæ tantum auctoritatis ecclesiasticæ** est authentice declarare quandonam *ius divinum* matrimonium impediat vel dirimat. » — *Canon.* 1038, § 1.

« Eidem supremæ auctoritati privative jus est ab *impedimenta* matrimonium impediuntia, vel dirimentia, pro baptizatis constituendi, per modum legis si universalis sive particularis. » — *Ibid.*, § 2.

a) Ideo, « præter Romanum Pontificem, nemini potest impedimenta juris ecclesiastici, sive impediuntia sive dirimentia, *abrogare*, aut illis *derogare*; item nemini in eisdem *dispensare*, nisi jure communi vel specialiter indulto a Sede Apostolica hæc potestas concessa fuerit ». — *Cod.*, c. 1040.

b) Et « *consuetudo novum impedimentum inducens timentis existentibus contraria, reprobatur* ». *Cod., c. 1041.*

c) Ad normam can. 10 (*cf. n. 68, b, 2º*), vis novi Codicis non est *proactiva* in his quæ modificantur circa impedimenta tam mere impeditiva quam dirimentia matrimonium; ideoque, si quæ matrimonia nulla fuerint ex capite impedimentorum a novo Codice abrogatum, non fiunt matrimonia illa valida ipsa promulgatione novi Codicis, sed, etiam post dictam promulgationem, indigent dispensatione, sanatione, etc. — *Commiss. Pontif., 2-3 jun. 1918 (Acta, x, 6).*

Ob eandem rationem, *cognatio spiritualis* ante diem Pentecostes anni 1918 contracta ultra terminos a novo Codice definitos in can. 768, a præfata die non cessat quoad omnes effectus, sed tantum desinit esse *impedimentum* ad matrimonium. — *Ibid.*

1009. III. « **Ordinarii locorum** omnibus in suo territorio actu commorantibus, et suis subditis etiam extraneis sui territorii, *vetare* possunt matrimonia *in casu peculiari*, sed ad tempus tantum, justa de causa, eaque durante. » — *Cod., c. 1039, § 1.*

« Vetito clausulam *irritantem* una Sedes Apostolica concedere potest. » — *Ibid., § 2.*

#### 1010. IV. Dispensationes conceduntur :

a) Pro *foro externo*, tam pauperibus quam divitibus, Sacra Congregatione de disciplina sacramentorum, auctore iure Cong. S. Officii quoad impedimenta dispen- ditatis cultus et mixtæ religionis.

b) Pro *foro interno*, dispensationes elargitur Sacra Penitentiaria. — *Cf. n. 544.*

Porro, si oratores *duplici impedimento* detineantur ne matrimonium contrahant, altero *publico, occulto* altero quod absque periculo infamiae non possit manifestari, praxis inducta est ut prius postulent dispensationem *in publico* impedimento a competenti Congregatione, nihil dicentes in instantia de occulto impedimento; deinde, pro *occulto* recurrant ad *S. Penitentiariam*, reticentis nominis, notantes in instantia et aliud impedimentum publicum esse a quo dispensatio obtenta fuit. — *Gasparri, De matrimonio, n. 327.*

1011. V. Si quis a sancta Sede speciales dispensandi facultates obtinuerit :

a) « In matrimoniis, sive contractis sive contrahendis, qui gaudet *indulto generali* dispensandi super *certo* quodam impedimento, potest, nisi in ipso *indulto* aliud expresse præscribatur, super eo dispensare etiam *idem* impedimentum *multiplex* sit. » — *Cod., c. 1049, § 1.*

b) « Qui habet *indultum generale* dispensandi super pluribus *diversæ speciei* impedimentis, sive dirimentibus sive impedientibus, potest dispensare super *iisdem* impedimentis, etiam publicis, in *uno eodemque casu* concurrentibus. » — *Ibid., § 2.*

c) « Si quando cum impedimento seu impedimentis publicis, super quibus ex *indulto* dispensare quis potest *concurrat* aliud impedimentum super quo dispensare *non* queat, pro omnibus Sedes Apostolica adiri debet ;

» Si tamen impedimentum seu impedimenta, super quibus dispensare potest, comperiantur post impetratam Sancta Sede dispensationem, suis facultatibus uti poterit. » — *Cod., c. 1050.*

d) « Si petitio dispensationis *ad Sanctam Sedem* missa sit, Ordinarii locorum suis facultatibus, si quibus habeant, ne utantur nisi ad normam can 204, § 2 nempe nisi ex gravi urgentique causa, et hoc in casu *stim* Apostolicam Sedem de re moneant. — *Cod., c. 1049.*

e) Qui ex potestate a Sede Apostolica *delegata* dispensationem concedunt « in eadem expressam pontificii *indulti mentionem* faciant ». — *Cod., c. 1057. — Cf. n. 33.*

f) Dispensationes a quibusvis impedimentis matrimonium sive dirimentibus sive impedientibus, quæ *regibus ac regiæ stirpis principibus* erunt concedendæ, Sedi Apostolico speciali modo *reservata* sunt, « ita ut ab hujus potestatis usu excludantur Ordinarii omnes et alii quilibet in quavis dignitate constituti » ; eademque potestatis « in facultatibus cuilibet et quavis forma concessis », nullatenus est comprehensa. — *S. C. de sacram., 7 mart. 1910 (Acta, II, 147).*

1012. VI. Dispensationes super impedimentis concessæ, sequentes effectus secumferunt :



a) « Per dispensationem super impedimento dirimente concessam, sive ex potestate ordinaria, sive ex potestate delegata per *indultum generale*, non vero per scriptum in casibus particularibus, conceditur quoque pro *legitimatio prolis*, si qua ex iis cum quibus dispensatur jam *nata* vel *concepta* fuerit, excepta tamen adulterina et sacrilega. » — *Cod., c. 1051. Cf. n. 385, a.*

b) « Dispensatio ab impedimento *consanguinitatis affinitatis*, concessa in aliquo impedimenti gradu, licet in petitione vel in concessione *error circa dum* irreperit, dummodo gradus revera existens inferior, aut licet *reticatum* fuerit aliud impedimentum eisdem speciei in æquali vel inferiore gradu. » — *Cod., c. 1052.*

c) « Data a Sancta Sede dispensatio super *matrimonio rato et non consummato*, vel facta permissio transitus *alias nuptias* ob præsumptam conjugis mortem, confert semper dispensationem ab impedimento profluente ex adulterio cum promissione vel attentatione matrimonii, si qua opus sit, minime vero dispensationem ab impedimento de quo in can. 1075, nn. 2, 3 », ubi de homicidio. — *Cod., c. 1053. — Cf. n. 1029.*

d) Dispensatio a *minore impedimento* concessa, nulla sive *obreptionis* sive *subreptionis* vitio irritatur, si unica causa finalis in precibus exposita falsa fuerit ». — *Cod., can. 1054.*

1013. VII. « **Dispensationes super publicis impedimentis, Ordinario oratorum commissas, exsequatur Ordinarius** qui litteras testimoniales dedit vel *preces transit* ad Sedem Apostolicam, etiamsi sponsi, quo tempore executioni danda est dispensatio, relicto illius domicilio aut quasi-domicilio, in *aliam diocesam* discesserint non amplius reversuri, *monito* tamen Ordinario loci in quo matrimonium contrahere cupiunt. » — *Cod., c. 1055.*

Excepta modica aliqua præstatione ex titulo *expensarum canonicarum* in dispensationibus pro non pauperibus, locorum Ordinarii

eorumve officiales, reprobata quavis contraria consuetudine, queunt, occasione concessæ dispensationis, *emolumentum ulli* exigere, nisi hæc facultas a Sancta Sede expresse eis data fuerit, et, si exegerint, tenentur ad restitutionem. — *Cod., c. 1056.*

1014. VIII. « **Urgente mortis periculo :**

a) » Locorum Ordinarii, ad consulendum *conscientiam* et, si casus ferat, *legitimationi prolis*, possunt, tum *supra formam* in matrimonii celebratione servanda, tum *supra omnibus et singulis impedimentis juris ecclesiastici*, si publicis sive occultis, etiam multiplicibus, *exceptis* impedimentis provenientes ex sacro presbyteratus ordine et ex affinitate in linea recta, consummato matrimonio *dispensare* proprios subditos ubique commorantes, omnes in proprio territorio actu degentes, remoto scandalo, et, si dispensatio concedatur super cultu disparitate aut mixta religione, præstitis consuetis cautionibus — *Cod., c. 1043.*

b) « In eisdem rerum adjunctis, et solum pro casibus in quibus ne loci quidem Ordinarius adiri possit, eadem dispensandi facultate pollet tum *parochus*, tum *sacerdos* qui matrimonio ad normam can. 1098, n. 2 (*cf. n. 1044*), assistit, tum *confessarius*, sed hic pro foro interno in actu sacramentalis confessionis tantum. » — *Cod., c. 1043.*

1015. IX. **Quoties impedimentum detegatur cum jam omnia sunt parata ad nuptias**, nec matrimonium si probabili *gravis mali periculo* differri possit usque dum Sancta Sede dispensatio obtineatur :

a) Possunt Ordinarii locorum dispensationem concedere super omnibus impedimentis de quibus in can. 1043, sub clausulis ibidem statutis. — *Cod., c. 1043, § 1.*

Hæc facultas « valeat quoque pro *convalidatione* matrimonii jam contracti, si idem periculum sit in mora, ne tempus suppetat recurrenti ad Sanctam Sedem ». — *Ibid., § 2.*

b) « In iisdem rerum adjunctis, eadem facultate gau-

ant omnes de quibus in can. 1044 (scilicet, parochus, confessor et sacerdos qui matrimonio assistit cum parochus sine gravi incommodo haberi nequeat), sed solum in casibus *occultis* in quibus ne loci quidem *Ordinarius* iri possit, vel non nisi cum *periculo violationis secreti*. »

*Ibid.*, § 3.

c) Parochus, aut sacerdos de quo supra, « de concessa dispensatione pro *foro externo* *Ordinarius* loci statim *cer-*  
*rem* faciat ; eaque adnotetur in libro matrimoniorum ». »

*l.*, c. 1046.

1016. X. In libro, diligenter asservando in secreto *Ordinarii* *archivo*, adnotetur « dispensatio in *foro interno* *sacramentali* concessa super impedimento *oculto* », si aliud ferat S. Pœnitentiæ rescriptum. — *Cod.*, c. 1047. — *Cf. n.* 848.

Nec alia dispensatio pro foro externo est necessaria si postea occultum impedimentum *publicum* evaserit ;

Sed est necessaria si dispensatio concessa fuerat tantum in foro interno *sacramentali*. » — *Ibid.*

1016 bis. XI. *Speciales facultates, pro tempore*, totius *Ordinarii* *catholici* *Sedes* *Apostolica* concesserat, *Ordinarii* *nonnullæ* perseverare non debebant nisi ad sex menses post signatam inter nationes, quæ bello contentent, pacem.

a) Quamvis enim « vi canonum 1043-1045 (*cf. n.* 1014, sq.) *Ordinarii* opportunas dispensationes largiri queant « *urgente mortis periculo* » et « *quoties impedimentum detegatur cum jam omnia sint parata ad nuptias, nec matrimonium sine probabili gravis mali periculo differri possit* », nihilominus Ssmus Dominus, attentis *locorum* et *locorum* adjunctis, hæc *ulterius indulgenda* *derogavit* :

« Ut *locorum* *Ordinarii* in America, in Insulis Philippinis, in Indiis Orientalibus, in Africa extra Mediterranei maris oras, in Russia, per *quinquennium* a die 18 maii hujus anni, *dispensationes* valeant ab impedimentis *minoris gradus* quæ recensentur in can. 1042 (*cf. n.* 1007, d), servatis regulis in eo Codicis capitulis *utis* :

Itemque ut matrimonia *nulliter* contracta, ob aliquod ejus-

dem. minoris gradus impedimentum, *in radice* sanare queant juxta regulas Codicis de convalidatione matrimonii (*cf. n. 1060*) monita parte impedimenti conscia de sanationis effectu ;

2° » Ut iidem locorum Ordinarii dispensare pariter per *quennium* valeant ab impedimentis *majoris gradus*, sive publicis sive occultis, etiam multiplicibus, juris tamen ecclesiastici (exceptis impedimentis provenientius ex sacro presbyteratus ordine et ex affinitate in linea recta consummato matrimonio), non ab impedimento impediens *mixtæ religionis*, si petitio dispensationis ad S. Sedem *missa* sit, et *urgens necessitas* dispensandi supervenerit, pendente recursu.

» Concedendo tamen hisce in casibus dispensationes, Ordinarius *præ oculis* semper habeat regulas statutas in Codice, lib. II tit. VII, cap. 2, 3 et 4, circa impedimenta in genere et in specie (*cf. n. 1007, sq.*), itemque clausulas apponi solitas in matrimoniis cum hebræis et mahumetanis ; nec dispensationem concedat nisi caverit de plena earum omnium observantia juxta sacrarum canonum præscriptiones, et juribus S. Congregationis de disciplina Sacramentorum circa *tazarum* solutionem consulat ;

3° » Ut Ordinarii *Galliæ*, trium regnorum Magnæ Britannicæ, Germanicæ, Austriacæ et Polonicæ, *durante bello*, quoties aditus ad S. Sedem difficilis aut impossibilis saltem per mensem præcedatur, *iisdem facultatibus* uti possint quæ sup a sub num. 1° et 2° recensentur. » — *S. C. Consist., 25 apr. 1918 (Acta, X, 190)*.

b) Ex decreto ejusdem S. Congregationis, 2 aug. 1918, Ordinarii locorum remotiorum de quibus supra (*sub num. 1°*) privilegio indulto ac Ordinarii Europæ muniti erant, ita ut possent, per tempore belli, dispensare ab impedimentis majoribus et ab impedimento impediens *mixtæ religionis*, et sanare in radice matrimonia nulliter contracta ob dirimens impedimentum, quin obligati essent conditionem illam et restrictionem (*supra sub n° 2* appositam) servare, hoc est « *si petitio dispensationis ad S. Sedem missa sit, et urgens necessitas dispensandi supervenerit, pendente recursu* » — *Acta, X, 363*.

c) Tandem, quamvis Dei miserentis gratia, conflictatio sublata, pax proxima videretur, quum tamen « *causæ ob quæ indulta de dispensandis impedimentis et sanandis matrimoniis Ordinariis locorum concessa, adhuc saltem ex parte perseverarent* » SSmus. D. N. Benedictus PP. XV, ad præcavenda dubia et tollendas in re tanti momenti anxietates, statuendum et declarandum jussit : facultates Ordinariis concessas decretis ejusdem S. Congr.

onis, die 25 aprilis et 2 augusti 1918, adhuc *in suo robore* perse-  
re, eisque Ordinarios uti posse usque ad *sex menses* integros  
signatam inter nationes, quæ bello contenderunt, pacem ». *S. C. Consist., 4 mart. 1919 (Acta, XI, 120)*.

#### § IV. DE IMPEDIMENTIS MERE PROHIBENTIBUS

1017. I. « **Votum simplex** virginitatis, castitatis per-  
æ, non nubendi, suscipiendi ordines sacros, et amplec-  
di statum religiosum », matrimonium impedit. — *Cod.,*  
*1058, § 1.*

a) « Nullum votum simplex *irritat* matrimonium,  
irritatio speciali Sedis Apostolicæ præscripto pro-  
hibitis statutum fuerit. » — *Ibid., § 2.*

b) Sed, si professi votorum simplicium *perpetuorum*,  
in *Ordinibus* quam in *Congregationibus* religiosis,  
matrimonium, etiam *civiliter* tantum, contrahere præ-  
sumpserint, ipsos et personas cum ipsis contrahere præ-  
sentes « *excommunicatio* tenet latæ sententiæ, Ordini  
reservata ». — *Cod., c. 2388, § 2.*

1018. II. **Impedimentum mixtæ religionis** habetur  
inter duas personas *baptizatas* quarum altera sit *catholica*,  
altera vero sectæ *hæreticæ* seu *schismaticæ* adscripta.  
Severissime *Ecclesia* ubique prohibet » ne matrimo-  
nium inter dictas personas ineatur.

Quod si adsit perversionis periculum conjugis catho-  
lici et prolis, conjugium ipsa etiam *lege divina* vetatur. »  
*Cod., c. 1060.*

a) « *Ecclesia* super impedimento mixtæ religionis  
*dispensat* nisi : 1° urgeant *justæ* ac *graves* causæ ;  
*cautionem* præstiterit conjux acatholicus de amovendo  
conjugem catholico perversionis periculo, et uterque  
de universa prole catholice tantum baptizanda et  
educanda ; 3° *moralis* habeatur *certitudo* de cautionum  
implemento. » — *Cod., c. 1061, § 1.*

Cautiones regulariter *in scriptis* exigantur. » —  
*Ibid., § 2.*

b) Qui autem matrimonio uniuntur cum *pa* explicito vel implicito, ut omnis vel aliqua proles e<sup>o</sup> cetur extra catholicam ecclesiam, « subsunt *excommunicationi* latae sententiae, Ordinario reservatae », et su<sup>o</sup> praeterea suspecti de haeresi. — *Cod., can. 2319, § 1, n. et § 2.*

c) « Conjux catholicus obligatione tenetur *conversionem* conjugis acatholici prudenter curandi. » — *Cod. can. 1062.*

d) Etsi ab Ecclesia obtenta sit dispensatio sup<sup>er</sup> impedimento mixtae religionis, « conjuges nequeunt, ante vel post matrimonium coram Ecclesia initum, ad quoque, sive per se sive per procuratorem, *ministrum acatholicum* uti *sacris* addictum, ad matrimonial<sup>em</sup> consensum praestandum vel renovandum ». — *Cod. can. 1063, § 1.*

Secus *excommunicationi* latae sententiae subsunt, Ordinario reservatae. — *Cod., c. 2319, § 1, n. 1.*

1° « Si parochus certe noverit sponso<sup>s</sup> hanc legem *violatos esse*, vel *jam violasse*, eorum matrimonio ne assistat nisi ex gravissimis causis, remoto scandalo, et consensu prius Ordinario. » — *Cod., c. 1063, § 2.*

2° « Non improbatur tamen quod, lege civili jubente conjuges se sistant etiam coram ministro acatholico, *officialis civilis* tantum munere fungente, idque ad actum civilem dumtaxat explendum, *effectuum civilium* gratia. — *Ibid., § 3.*

e) « Ordinarii alique animarum pastores :

» 1° Fideles a mixtis nuptiis, quantum possunt, *abstineant* ;

» 2° Si eas impedire non valeant, omni studio curent contra *Dei* et *Ecclesiae* leges contrahantur ;

» 3° Mixtis nuptiis celebratis, sive in proprio sive alieno territorio, sedulo invigilent ut conjuges *promissas factas* fideliter impleant ;

» 4° Assistentes matrimonio servent praescriptum *can. 1102* » (*cf. n. 1047*). — *Cod., c. 1064.*

f) « Catholicici qui matrimonium mixtum, etsi vali-  
*sine Ecclesiæ dispensatione* inire ausi fuerint, ipso  
 ab actibus legitimis ecclesiasticis et Sacramentalibus  
 usi manent, donec ab Ordinario dispensationem  
 uerint. » — *Cod., c. 2375.*

1019. III. « **Absterreantur quoque fideles a matri-  
 o contrahendo cum iis qui notorie catholicam fidem  
 erunt, etsi ad sectam acatholicam non transierint,  
 societatibus ab Ecclesia damnatis adscripti sunt.** »  
*Cod., c. 1065, § 1.*

Parochus prædictis nuptiis ne assistat nisi *consulto  
 nario*, qui, inspectis omnibus rei adjunctis, ei permit-  
 poterit ut matrimonio intersit, dummodo urgeat  
 is causa, et, pro suo prudenti arbitrio, Ordinarius  
 et *satis cautum esse* catholicæ educationi universæ  
 s et remotiōni periculi perversionis alterius conjugis. »  
*ibid., § 2.*

1020. IV. **Publicus peccator, aut censura notorie  
 datus**, si prius ad sacramentalem confessionem acce-  
 aut cum Ecclesia reconciliari recusaverit, « parochus  
 matrimonio ne assistat nisi *gravis urgeat causa*, de  
 si fieri possit, consulat Ordinarium ». — *Cod., c. 1066.*

1021. V. **Legalis cognatio ex adoptione orta** in iis  
 um regiōnibus matrimonium jure quoque canonico  
 t illicitum ubi *lege civili* nuptiæ ob prædictam adop-  
 m illicitæ sunt. — *Cod., c. 1059.*

1022. VI. **Ex decreto potestatis civilis in Gallia :**

out ministre d'un culte qui procédera aux cérémonies reli-  
 s d'un mariage, sans qu'il lui ait été justifié d'un acte de  
 gé préalablement reçu par les officiers de l'état civil, sera,  
 a première fois, puni d'une amende de 16 fr. » — *Code pénal,*  
 99.

n cas de nouvelles contraventions...., le ministre du culte qui  
 ra commises sera puni, savoir : pour la première récidive,  
 emprisonnement de deux à cinq ans ; et, pour la seconde, de  
 ention. » — *Ibid., art. 200.*

e statuta non sunt quidem expresse abrogata per legem diei

9 dec. 1905. Sed controvertitur utrum, *facta Separatione*, possit applicari, deficientibus subditis. — Cf. *Revue d'organisation et de défense religieuse*, tom. 1, pag. 129.

### § V. DE IMPEDIMENTIS DIRIMENTIBUS .

1023. I. « **Vir ante decimum sextum ætatis annum completum, mulier ante decimum quartum item completum, matrimonium *validum* inire non possunt.** »  
*Cod.*, c. 1067, § 1.

« Licet matrimonium post prædictam ætatem contractum validum sit, curent tamen animarum pastores ab avertere juvenes ante ætatem qua, secundum regionem *receptos mores*, matrimonium iniri solet. » — *Ibid.*, § 1.

In *Gallia* : « L'homme avant dix-huit ans révolus, la femme avant quinze ans révolus, ne peuvent contracter mariage. »  
*Code civil*, art. 144.

1024. II. « **Impotentia antecedens et perpetua, si ex parte viri sive ex parte mulieris, sive alteri cognita sit non, sive absoluta sive relativa, matrimonium *ipso jure* naturæ jure dirimit.** » — *Cod.*, c. 1068, § 1.

a) « Si impedimentum impotentiae *dubium* sit, si dubio juris sive dubio facti, matrimonium non est impediri-  
diendum. » — *Ibid.*, § 2.

b) « *Sterilitas* matrimonium nec dirimit nec impedit. »  
*Ibid.*, § 3.

1025. III. « **Qui vinculo tenetur prioris matrimonii, quanquam *non consummati*** », invalide matrimonium attentat, « salvo privilegio fidei ». — *Cod.*, c. 1069, § 1.  
Cf. n. 1054.

a) « Quamvis prius matrimonium sit irritum, et absolutum qualibet ex causa, non ideo licet *aliud* contrahere antequam de prioris nullitate aut solutione *legitime* certo constiterit. » — *Ibid.*, § 2.

b) « *Bigami*, idest qui, obstante conjugali vinculo, aliud matrimonium, etsi tantum civile, ut aiunt, attentaverint, sunt *ipso facto* infames ;



» Et si, sprete Ordinarii monitione, in illicito contumernio *persistant*, pro diversa reatus gravitate excommunicentur, vel personali interdicto plectantur. » — *Cod.*, n. 2356.

1026. IV. **Ob impedimentum disparitatis cultus** « nullum est matrimonium contractum a persona *non baptizata* cum persona *baptizata* in Ecclesia catholica, vel ad eandem ex hæresi aut schismate conversa ». — *Cod.*, n. 1070, § 1.

a) « Si pars tempore contracti matrimonii tanquam baptizata communiter habebatur, aut ejus baptismus *dubius*, standum est, ad normam can. 1014, pro tempore matrimonii, donec certo probetur alteram partem baptizatam esse, alteram vero non baptizatam. » — *id.*, § 2.

b) « Quæ de *mixtis nuptiis* in canonibus 1060-1064 præscripta sunt, applicari quoque debent matrimoniis quibus obstat impedimentum disparitatis cultus. » — *id.*, c. 1071. — *Cf.* n. 1018.

1027. V. **Clerici in sacris ordinibus constituti, item religiosi qui vota sollemnia professi sint**, aut vota *simplicia* quibus ex speciali Sedis Apostolicæ præscripto visum sit nuptias irritandi, « *invalide* matrimonium tentant ». — *Cod.*, c. 1072 et 1073.

a) « Clerici in sacris constituti, vel regulares aut moniales post votum sollemne castitatis, itemque omnes in aliqua ex prædictis personis matrimonium etiam *simpliciter* tantum contrahere præsumentes, incurrunt in *communicationem* latæ sententiæ, *Sedi Apostolicæ* simpliciter reservatam ;

b) » Clerici præterea, si moniti, tempore ab Ordinario suo adjunctorum diversitate præfinito, non resipuerint, *excommunicantur*, firmo præscripto can. 188, n. 5 », ad cujus normam quodlibet officium ipso facto vacat quod ipsi tinerent. — *Cod.*, c. 2388, § 1.

1028. VI. « **Inter virum raptorem et mulierem, intuitu matrimonii raptam**, quoad ipsa *in potestate raptoris* manserit, nullum potest consistere matrimonium. — *Cod., c. 1074, § 1.*

a) « Quod si raptam, a raptore *separata* et in loco tuto ac libero constituta, illum in virum habere consenserit, impedimentum cessat. » — *Ibid., 2.*

b) Quod ad matrimonii nullitatem attinet, « raptam par habetur *violenta retentio mulieris*, cum nempe vir mulierem in loco ubi ea commoratur vel ad quem liber accessit, violenter intuitu matrimonii detinet ». — *Ibid., § 3.*

c) « Qui, intuitu matrimonii, vel explendæ libidinis causa, rapuerit mulierem nolentem vi aut dolo, vel mulierem minoris ætatis consentientem quidem, sed insciis vel contradicentibus parentibus aut tutoribus *ipso jure* exclusus habeatur ab actibus legitimis ecclesiasticis, et insuper *aliis pœnis* pro gravitate culpe plectatur. » — *Cod., c. 2353.*

1029. VII. **Ob crimen patratum**, valide matrimonium contrahere nequeunt :

a) « Qui, perdurante eodem legitimo matrimonio *adulterium* inter se consummarunt et *fidem* sibi mutuam dederunt de matrimonio ineundo, vel ipsum matrimonium, etiam per civilem tantum actum, attentarunt.

b) » Qui, perdurante pariter eodem legitimo matrimonio, *adulterium* inter se consummarunt, eorumque alter *conjugicidium* patravit ;

c) » Qui *mutua opera*, physica vel morali, etiam sine adulterio, *mortem conjugii* intulerunt ». — *Cod., c. 1075.*

1030. VIII. **Consanguinitas :**

a) Computatur per lineas et gradus.

In *linea recta* « tot sunt gradus quot generationes, seu quot personæ, stipite dempto ». — *Cod., c. 96, § 2.*

In *linea obliqua*, « si tractus uterque sit *æqualis*, to

nt gradus quot generationes in uno tractu lineæ : si duo actus sint *inæquales*, tot gradus quot generationes in actu longiore ». — *Cod.*, c. 96. — Porro :

b) In linea *recta* consanguinitatis « matrimonium irritum est inter omnes ascendentes et descendentes, tum legitimos tum naturales ». — *Cod.*, c. 1076, § 1.

c) In linea *collaterali*, « irritum est usque ad tertium gradum inclusive, ita tamen ut matrimonii impedimentum *toties* tantum multiplicetur quoties communis stipes multiplicatur ». — *Ibid.*, § 2.

d) « Nunquam matrimonium permittatur si quod obsit *dubium* num partes sint consanguineæ in aliquo gradu lineæ *rectæ*, aut in primo gradu lineæ *collateralis*. » — *Ibid.*, § 3.

1031. IX. **Affinitas** « oritur ex *matrimonio valido*, sive rato tantum, sive rato et consummato ».

a) Viget « inter virum dumtaxat et *consanguineos mulieris*, itemque mulierem inter et *viri consanguineos* ». — *Cod.*, can. 97, § 1 et 2.

Ita computatur « ut qui sunt *consanguinei* viri, iidem eadem linea et gradu sint *affines* mulieris, et vice versa ». — *Ibid.*, § 3.

b) Affinitas in linea *recta* « dirimit matrimonium in quolibet gradu ; in linea *collaterali*, usque ad secundum gradum inclusive ». — *Cod.*, c. 1077, § 1.

c) « Affinitas impedimentum *multiplicatur* : 1° quoties multiplicatur impedimentum *consanguinitatis* a quo procedit ; 2° *iterato* successive matrimonio cum consanguineo conjugis defuncti. » — *Ibid.*, 2.

d) Ex dictis patet affinitatem ad irritandum matrimonium jure novo ex *copula illicita* non oriri.

1032. X. **Impedimentum publicæ honestatis** « oritur ex matrimonio *invalido*, sive consummato sive non, et ex publico vel notorio *concubinato* ;

» Et nuptias dirimit in primo et secundo gradu *lineæ*

*rectæ* inter virum et consanguineas mulieris, ac vice versa ». — *Cod.*, c. 1078.

1033. **XI. Ea tantum spiritualis cognatio** matrimonium irritat quam ex *baptismo* contrahunt « cum baptizato baptizans et patrinus ». — *Cod.*, c. 1079 et 768.

1034. **XII. Ob cognationem legalem ex adoptione ortam**, nequeunt, vi juris canonici, matrimonium inter se valide contrahere qui « *lege civili* inhabiles ad nuptias inter se ineundas habentur ». — *Cod.*, c. 1080.

### § VI. DE CONSENSU MATRIMONIALI

1035. **I. « Matrimonium facit partium consensus** inter personas jure habiles *legitime manifestatus*; qui nulla humana potestate suppleri valet. » — *Cod.*, c. 1081, § 1.

a) Consensus matrimonialis est « actus voluntatis quo utraque pars *tradit* et *acceptat* jus in corpus, perpetuum et exclusivum, in ordine ad actus per se aptos ad prolis generationem ». — *Ibid.*, § 2.

b) Ut matrimonialis consensus haberi possit, « necesse est ut contrahentes saltem non ignorent matrimonium esse societatem *permanentem* inter virum et mulierem *ad filios procreandos* ». — *Cod.*, c. 1082, § 1.

« Hæc ignorantia post pubertatem non præsumitur. » — *Ibid.*, § 2.

c) *Internus* animi consensus « semper *præsumitur* conformis verbis vel signis in celebrando matrimonio adhibitis ». — *Cod.*, c. 1086, § 1.

« At, si alterutra vel utraque pars positivo voluntatis actu *excludat* matrimonium ipsum, aut omne jus ad conjugalem actum, vel essentialem aliquam matrimonii proprietatem, *invalide* contrahit. » — *Ibid.*, § 2.

d) « Etsi matrimonium invalide ratione impedimenti initum fuerit, consensus præstitus *præsumitur perseverare*, donec de ejus revocatione constiterit. » — *Cod.*, can. 1093.

« Scientia aut opinio *nullitatis* matrimonii, consensum matrimonialem necessario non excludit. » — *Cod., c. 1085.*

1036. II. **Ad matrimonium valide contrahendum** « **ne-  
cesse est ut contrahentes sint præsentis**, sive per se ipsi,  
sive per procuratorem ». — *Cod., c. 1088, § 1.*

a) « Sponsi matrimonialem consensum exprimant *verbis*; nec æquipollentia signa adhibere ipsis licet, si loqui possint. » — *Ibid., § 2.*

b) Firmis diœcesanis statutis desuper additis, ut matrimonium per *procuratorem* valide ineatur :

1° « Requiritur mandatum speciale ad contrahendum cum *certa persona*, subscriptum a *mandante* et, vel a *parochio* aut Ordinario loci in quo mandatum fit, vel a sacerdote ab alterutro delegato, vel a duobus saltem testibus.

2° » Si mandans *scribere nesciat*, id in ipso mandato adnotetur, et *alius testis* addatur qui scripturam ipse quoque subsignet; secus mandatum irritum est.

3° » Si, antequam procurator nomine mandantis contraxerit, hic mandatum *revocaverit*, aut in amentiam inciderit, *invalidum* est matrimonium, licet sive procurator sive alia pars contrahens hæc ignoraverint.

4° » Ut matrimonium validum sit, procurator debet munere suo *per se* ipse fungi. » — *Cod., c. 1089.*

c) « Matrimonium per *interpretem* quoque contrahi potest. » — *Cod., c. 1090.*

Sed « matrimonio per procuratorem vel per interpretem contrahendo *parochus* ne assistat nisi adsit justa causa, et de authenticitate mandati vel de interpretis fide dubitari nullo modo liceat, habita, si tempus suppetat, *Ordinarii* licentia ». — *Cod., c. 1091.*

1037. III. « **Error circa personam invalidum reddit matrimonium.** » — *Cod., can. 1083, § 1.*

a) Error circa *qualitatem* personæ, etsi det causam contractui, « matrimonium irritat tantum : 1° si error qualitatis *redundet* in errorem personæ; 2° si persona libera matrimonium contrahat cum persona quam liberam putat, cum contra sit *serva*, servitute proprie dicta ». — *Ibid., § 2.*

b) « Simplex error circa matrimonii *unitatem* vel

*indissolubilitatem aut sacramentalem dignitatem, etsi de causam contractui, non vitiat consensum matrimonialem.* » — *Cod., c. 1084.*

1038. IV. « **Invalidum quoque est matrimonium initum ob vim vel metum gravem ab extrinseco et injuste incussum, a quo, ut quis se liberet, eligere cogatur matrimonium.** » — *Cod., c. 1087, § 1.*

« Nullus alius metus, etiamsi det causam contractui matrimonii nullitatem secumfert. » — *Ibid., § 2.*

1039. V. « **Conditio semel apposita et non revocata** » 1<sup>o</sup> Si sit de futuro *necessaria, vel impossibilis, vel turpis*, sed non contra matrimonii substantiam, pro non adjecta habeatur ;

» 2<sup>o</sup> Si de futuro *contra matrimonii substantiam*, illud reddit invalidum ;

» 3<sup>o</sup> Si de futuro *licita*, valorem matrimonii suspendit

» 4<sup>o</sup> Si de *præterito* vel de *præsenti*, matrimonium erit validum vel non, prout id quod conditioni subest, existit vel non. » — *Cod., c. 1092.*

## § VII. DE FORMA CELEBRATIONIS MATRIMONII

1040. I. **Ea tantum matrimonia valida sunt** « quae contrahuntur coram paroco, vel loci Ordinario, vel sacerdote ab alterutro delegato et duobus saltem testibus », secundum tamen sequentes regulas, et salvo exceptionibus quæ infra ponuntur. — *Cod., c. 1094.*

Idque provide cautum est « ne temere inirentur clandestina conjugia, quæ Dei Ecclesia, justissimis de causis semper detestata est atque prohibuit ». — *S. C. C. decreta Ne temere, 2 aug. 1907. — Cf. Trid., xxiv, cap. 1, c. 1. ref. matrim.*

1041. II. **Parochus et loci Ordinarius « valide matrimonio assistunt :**

a) » A die tantummodo adeptæ *canonicæ possessionis* beneficii, vel initi officii, nisi per sententiam fuerint

*communicati, vel interdicti, vel suspensi ab officio, aut res declarati* ;

b) » Intra fines dumtaxat *sui territorii* ; in quod matrimonii, nedum suorum subditorum, sed etiam *non subditorum* valide assistunt ;

c) » Dummodo, neque *vi* neque *metu gravi* constricti, requirant excipiantque contrahentium consensum ». — *Ibid.*, c. 1095, § 1.

1042. III. « Possunt quoque alii sacerdoti licentiam habere ut, intra fines sui territorii, matrimonio *valide* assistant. » — *Cod.*, c. 1095, § 2.

a) Licentia assistendi matrimonio « dari expresse potest *sacerdoti determinato*, ad matrimonium *determinatum*, exclusis quibuslibet delegationibus *generalibus*, nisi agatur de vicariis cooperatoribus pro parocchia cui addicti sunt ; secus irrita est ». — *Cod.*, c. 1096, § 1.

b) Parochus vel loci Ordinarius licentiam ne concedat nisi *expletis omnibus* quæ jus constituit pro libertate matrimonii suscipiendus comprobanda ». — *Ibid.*, § 2.

1043. IV. Parochus autem vel loci Ordinarius « matrimonio licite assistunt :

1° Constito sibi legitime de *libero statu* contrahentium normam juris ;

2° Constito insuper de *domicilio* vel *quasi-domicilio* alterutrius contrahentis in loco matrimonii ;

3° Habita, si prædictæ conditiones deficiant, *licentia* alterutrius contrahentis vel Ordinarii domicilii vel quasi-domicilii aut *instructæ commorationis* alterutrius contrahentis, nisi, de *vagis* actu itinerantibus res sit qui nullibi commorari non possunt, nisi *sedem* habent, vel *gravis necessitas* intercedat quæ absentiam petenda excuset ». — *Cod.*, c. 1097, § 1.

a) « In quolibet casu, pro regula habeatur ut matrimonium coram *sponsæ* parochi celebretur, nisi iusta causa excuset ;

» Matrimonia autem catholicorum *mixti ritus*, nisi aliud particulari jure cautum sit, in ritu viri, et coram ejusdem paroco, sunt celebranda. » — *Ibid.*, § 2.

b) Parochus qui sine licentia jure requisita matrimonio assistit, « *emolumenta stolæ non facit sua, eaque proprio contrahentium paroco remittat* ». — *Ibid.*, § 3.

c) Equidem, etiam *invitis parentibus*, matrimonium *valide* celebratur (*cf. Trid., XXIV, 1, de ref. matr.*). Sed « parochus graviter filiosfamilias *minores* hortetur ne nuptias ineant, insciis aut rationabiliter *invitis parentibus*; quod si abnuerint, eorum matrimonio ne assistant nisi consulto prius loci Ordinario ». — *Cod., c. 1034*.

In *Gallia*: « Le fils et la fille qui n'ont pas atteint l'âge de 21 ans accomplis ne peuvent contracter mariage sans le consentement de leurs père et mère; en cas de dissentiment, le consentement du père suffit ». — *Code civil, art. 148, modifié par la loi du 21 juin 1907*.

1044. V. « **Si haberi vel adiri nequeat sine gravi incommodo parochus, vel Ordinarius, vel sacerdos delegatus qui matrimonio assistant :**

a) » In *mortis periculo*, validum et licitum est matrimonium contractum coram solis testibus; et etiam *extra mortis periculum*, dummodo prudenter prævideatur earum rerum conditionem esse per mensem duraturam;

b) » In utroque casu, si præsto sit *alius sacerdos* qui adesse possit, vocari et, una cum testibus, matrimonio assistere debet, salva conjugii validitate coram solis testibus. » — *Cod., c. 1098*.

1045. VI. « **Ad statutam superius formam servanda tenentur :**

a) » Omnes in catholica Ecclesia *baptizati*, et ad eam ex hæresi aut schismate *conversi*, licet sive hi sive illi ad eandem postea defecerint, quoties inter se matrimonium ineunt;

b) » *Iidem*, de quibus supra, si cum *acatholicis*, si baptizatis sive non baptizatis, etiam post obtentam di-



sensationem ab impedimento mixtæ religionis vel dispartitis cultus, matrimonium contrahant ;

c) » *Orientalis*, si cum latinis contrahant hac forma strictis. » — *Cod.*, c. 1099, §.1.

« *Aatholicis*, sive baptizati sive non baptizati, si inter se contrahant, nullibi tenentur ad catholicam matrimonii formam servantur ;

» Item ab acatholicis nati, *etsi in Ecclesia catholica baptizati*, si ab infantili ætate in hæresi, vel schismate, aut infidelitate, vel ab ulla religione adoleverunt, quoties cum parte *acatholica* contraherint. » — *Cod.*, c. 1099, § 2.

1046. VII. In matrimonii celebratione serventur, præter casum necessitatis, « ritus in libris ritualibus ab ecclesia probatis præscripti, aut laudabilibus consuetudinibus recepti ». — *Cod.*, c. 1100.

a) « Parochus curet ut sponsi *benedictionem sollemnem* accipiant, quæ dari eis potest etiam postquam *diu fuerint* in matrimonio, sed solum in Missa, servata speciali rubrica, et excepto tempore feriato. » — *Cod.*, c. 1101, § 1. — *Cf. num. 1051.*

b) Sollemnem benedictionem « *ille tantum sacerdos*, qui se ipse vel per alium, dare potest, qui valide et licite in matrimonio potest assistere ». — *Ibid.*, § 2.

1047. VIII. In matrimoniis inter partem catholicam et partem acatholicam :

a) Interrogationes *de consensu* fieri debent secundum formam præscriptam (*cf. n. 1041, c.*) — *Cod.*, c. 1102, § 1.

b) « Sed omnes *sacri ritus* prohibentur ; quod si ex necessitate prohibitionem *graviora mala* prævideantur, Ordinarius potest aliquam ex consuetis ecclesiasticis cæremoniis, prætermissa semper Missæ celebratione, permittere. » — *Cod.*, c. 1102, § 2.

1048. IX. Celebrato matrimonio :

a) « Parochus, vel qui ejus vices gerit, quamprimum describat in *libro matrimoniorum* nomina conjugum et testium, locum et diem celebrati matrimonii, atque

alia secundum modum in libris ritualibus et a proprio Ordinario præscriptum ; idque, licet alius sacerdos, vel a se vel ab Ordinario delegatus, matrimonio adstiterit. » — *Cod.*, c. 1103, § 1.

b) Præterea, ad normam can. 470, § 2, « parochus in libro quoque *baptizatorum* adnotet conjugem tali die in sua parœcia matrimonium contraxisse.

» Quod si conjux *alibi* baptizatus fuerit, matrimonii parochus notitiam initi contractus ad parochum baptismi, sive per se sive per Curiam episcopalem, transmittat, ut matrimonium in *baptizatorum* librum referatur. » — *Ibid.*, § 2.

c) « Quoties matrimonium ad normam can. 1098 (*cf. num. 1044*) contrahitur, sacerdos, si eidem adstiterit, secus testes, tenentur, in solidum cum contrahentibus, curare ut initum conjugium in *præscriptis libris* quamprimum adnotetur. » — *Ibid.*, § 3.

### § VIII. DE MATRIMONIO CONSCIENTIÆ

1049. I. « **Nonnisi ex gravissima et urgentissima causa**, et ab ipso loci Ordinario, excluso Vicario Generali sine speciali mandato, permitti potest ut *matrimonium conscientiae* ineatur, idest matrimonium celebretur omissis denuntiationibus et *secreto*, ad normam canonum qui sequuntur. » — *Cod.*, c. 1104.

« Matrimonium conscientiae non est adnotandum in consueto matrimoniorum ac baptizatorum libro, sed in *peculiari libro* servandum in secreto Curiae archivo. » — *Cod.*, c. 1107. — *Cf. n. 848.*

1050. II. **Permissio celebrationis matrimonii conscientiae** « **secumfert promissionem et gravem obligationem secreti servandi** ex parte sacerdotis assistentis testium, Ordinarii ejusque successorum, et etiam alterius conjugis, altero non consentiente divulgationi ». — *Cod. can. 1105.*

« Hujus promissionis obligatio, ex parte Ordinarii, non extenditur ad casum quo, vel aliquod *scandalum* aut gravis erga matrimo-

sanctitatem *injuria* ex secreti observantia immineat, vel parentes curent filios ex tali matrimonio susceptos *baptizari*, aut eos baptizandos curent falsis expressis nominibus, quin interim Ordinario intra triginta dies *notitiam* prolis susceptæ et baptizatæ cum cætera indicatione parentum præbeant, vel *christianam* filiorum educationem negligant. » — *Cod., c. 1106.*

## IX. DE TEMPORE ET LOCO CELEBRATIONIS MATRIMONII

1051. I. « **Matrimonium quolibet anni tempore contrahi potest.** » — *Cod., c. 1108, § 1.*

a) *Sollemnis* tantum nuptiarum benedictio « *vetatur* : prima dominica Adventus usque ad diem Nativitatis Domini inclusive, et a feria IV Cinerum usque ad dominicam Paschatis inclusive ». — *Ibid., § 2.*

b) « Ordinarii tamen locorum possunt, salvis legibus iuragicis, etiam prædictis temporibus eam *permittere* ex ista causa, monitis sponsis ut a *nimia pompa* abstinent. » — *Ibid., § 3.*

1052. II. **Matrimonium inter catholicos « celebretur ecclesia parœciali ;** in alia autem ecclesia, vel oratorio vel publico sive semi-publico, non nisi de *licentia* Ordinarii loci vel parochi celebrari poterit ». — *Cod., can. 1109, § 1.*

a) Matrimonium in *ædibus privatis* celebrari « Ordinarii locorum in extraordinario tantum aliquo casu, et cedente semper justa ac rationabili causa, *permittere* possunt ;

» Sed in ecclesiis vel oratoriis sive *Seminariis* sive *reliquiarum*, Ordinarii id ne permittant nisi urgente necessitate, ac opportunis adhibitis cautelis ». — *Ibid., § 2.*

b) Matrimonia vero inter partem catholicam et partem acatholicam « *extra ecclesiam* celebrentur ;

» Quod si Ordinarius prudenter judicet id servari non posse quin graviora orientur mala, prudenti ejus arbitrio committitur hac super re *dispensare*, firmo tamen præscripto can. 1102, § 2 » de prohibitis sacris ritibus. — *Ibid., § 3. — Cf. n. 1047, b.*

## § X. DE SEPARATIONE CONJUGUM

## 1053. I. Inter baptizatos :

a) « *Matrimonium validum ratum et consummatum* nulla humana potestate nullaque causa, præterquam morte, dissolvi potest. » — *Cod., c. 1118.*

b) « *Matrimonium non consummatum* inter baptizatos, vel inter partem baptizatam et partem non baptizatam, dissolvitur tum *ipso jure* per sollemnem professionem religiosam, tum per *dispensationem* a Sede Apostolica ex juxta causa concessam, utraque parte rogante vel alterutra, etsi altera sit invita. » — *Cod., c. 1119.*

1054. II. Legitimum matrimonium inter non baptizatos, licet *consummatum*, « solvitur in favorem fidei ex *privilegio Paulino* », nempe si, uno ad fidem converso alter nolit cohabitare pacifice, vel non cohabitaret sine contumelia Creatoris aut periculo perversionis in parte fidei. — *Cod., c. 1120, § 1. — Cf. I Cor., VII, 12-15.*

a) « Hoc privilegium non obtinet in matrimonio inter partem baptizatam et partem non baptizatam inito cum dispensatione ab impedimento disparitatis cultus. » — *Cod., c. 1120, § 2.*

b) « Antequam conjux conversus et baptizatus novum matrimonium valide contrahat, debet partem non baptizatam *interpellare* 1° an velit et ipsa *converti* ac baptismum suscipere ; 2° an saltem velit secum cohabitare *pacifice* sine *contumelia Creatoris*.

» Hæ interpellationes fieri semper debent, nisi Sedes Apostolica aliud declaraverit. » — *Cod., c. 1121.*

c) « Interpellationes fiant regulariter, forma saltem *summaria* et extrajudiciali, *de auctoritate Ordinarii conjugis conversi*, a quo Ordinario concedendæ sunt quoque conjugi infideli, si quidem ea petierit, induciæ ad deliberandum, eo tamen monito fore ut, induciis inutiliter præterlapsis, responsio præsumatur negativa. » — *Cod., c. 1122, § 1.*

d) « Interpellationes etiam privatim factæ *ab ipsa parte conversa* valent, imo sunt etiam *licitæ* si forma superius præscripta servari nequeat ; hoc tamen in casu, de ipsis, pro *foro externo* constare debet duobus saltem testibus, vel alio legitimo probationi modo. » — *Ibid., § 2.*

e) « Si interpellationes ex declaratione Sedis Apostolicæ omissæ erint, aut si infidelis eisdem *negative* responderit expresse vel tacite, pars baptizata jus habet *novas nuptias* cum persona catholica contrahendi, nisi ipsa post baptismum dederit parti non baptizatæ istam discedendi causam. » — *Cod., c. 1123.*

f) « Conjux fidelis, licet post susceptum baptismum denuo *matrimonialiter* cum parte infideli vixerit, jus tamen novas celebrandi nuptias cum persona catholica *non amittit*, ideoque potest de jure uti si conjux infidelis, mutata voluntate, postea discedat sine justa causa, vel jam non cohabitet pacifice sine contumelia creatoris. » — *Cod., c. 1124.*

g) « Ea quæ matrimonium respiciunt in constitutionibus Pauli III *Altitudo*, 1 jun. 1537 ; S. Pii V *Romani Pontificis*, 2 aug. 1567 ; Gregorii XIII *Populis*, 25 jan. 1585, quæque pro peculiaribus locis scripta sunt, ad alias quoque regiones in eisdem adjunctis extenduntur. » — *Cod., c. 1125.*

Prædictæ constitutiones eos respiciunt qui plures uxores in infidelitate habuerunt. — *Cf. Cod., Docum. VI, VII, VIII.*

h) « Vinculum prioris conjugii, in infidelitate contracti, tunc tantum *solvitur* cum pars fidelis reapse novas nuptias valide inveniatur. » — *Cod., c. 1126.*

i) « In re *dubia*, privilegium fidei gaudet favore juris. » — *Cod., c. 1127.*

1055. III. **Vitæ conjugalis communionem** conjuges servare debent « nisi justa causa eos excuset ». — *Cod., c. 1128.*

Verumtamen, *manente vinculo conjugali*, separatio conjugum fieri potest quoad *thorum, mensam et habitacionem*. — Nempe :

a) « Propter conjugis *adulterium*, alter conjux, manente vinculo, jus habet solvendi, etiam in perpetuum, tacite communionem, nisi in crimen consenserit, aut eidem causam dederit, vel illud expresse aut tacite condonaverit, vel ipse quoque idem crimen commiserit. » — *Cod., c. 1129, § 1.*

1º « *Tacita condonatio* habetur, si conjux innocens, postquam de crimine adulterii certior factus est, cum altero conjugate *sponte* maritali affectu conversatus fuerit ;

» *Præsumitur* vero, nisi sex intra menses conjugem adulterum expulerit vel dereliquerit, aut legitimam accusationem fecerit. » — *Ibid.*, § 2.

2<sup>o</sup> « Conjux innocens, sive judicis sententia sive propria auctoritate legitime discesserit, nulla unquam obligatione *tenetur* conjugem adulterum *rursus admittendi* ad vitæ consortium ;

» *Potest* autem eundem admittere aut revocare, nisi ex ipsius consensu ille statum matrimonio contrarium susceperit. » — *Cod.*, *can. 1130.*

b) « Si alter conjux *sectæ acatholicæ* nomen dederit ; si prolem *acatholice* educaverit ; si vitam *criminosam* et ignominiosam ducat ; si grave seu animæ seu corporis *periculum* alteri facessat ; si *sævitiis* vitam communem nimis difficilem reddat : hæc aliaque id genus, sunt pro altero conjuge totidem legitimæ causæ discedendi, auctoritate Ordinarii loci, et etiam propria auctoritate si de eis certo constet et periculum sit in mora. » — *Cod.*, *c. 1131*, § 1.

« In omnibus his casibus, causa separationis *cessante*, vitæ consuetudo restauranda est ;

» Sed, si separatio ab Ordinario pronuntiata fuerit ad certum incertumve *tempus*, conjux innocens ad id non obligatur nisi ex decreto Ordinarii vel exacto tempore. » — *Ibid.*, § 2.

1056. IV. **Instituta separatione**, « filii educandi sunt penes conjugem innocentem ; et, si alter conjugum sit *acatholicus*, penes conjugem *catholicum*, nisi in utroque casu Ordinarius, pro ipsorum filiorum bono, salva semper eorundem catholica educatione, aliud decreverit ». — *Cod.*, *c. 1132.*

## § XI. DE MATRIMONII CONVALIDATIONE

1057. I. **Ad convalidandum matrimonium irritum ob impedimentum dirimens**, « requiritur ut *cesset* vel *dispensetur* impedimentum, et *consensum* renovet saltem pars impedimenti conscia ». — *Cod.*, *c. 1133*, § 1.

a) Hæc renovatio « *jure ecclesiastico* requiritur ac validitatem, etiamsi initio utraque pars consensum præstiterit nec postea revocaverit ». — *Ibid.*, § 2.

b) Renovatio consensus debet esse « *novus voluntatis* in matrimonium quod constet ab initio nullum esse ». — *Cod.*, c. 1134.

c) « Si impedimentum sit *publicum*, consensus ab utraque parte renovandus est forma jure præscripta. Si sit *occultum* et *utrique parti* notum, satis est ut consensus ab utraque parte renovetur privatim et secreto. Si sit *occultum* et *uni parti* ignotum, satis est ut sola *impedimenti conscia* consensum privatim et secreto renovet, dummodo altera in consensu præstito perse-

c. » — *Cod.*, c. 1135.

1058. II. **Matrimonium irritum ob defectum consensus** convalidatur si pars, quæ non consenserat, jam *con-*  
*sentiat*, dummodo consensus ab altera parte præstitus  
perveret ». — *Cod.*, c. 1136, § 1.

a) Si defectus consensus fuerit mere internus, « satis est ut pars, quæ non consenserat, interius consentiat ». —  
§ 2.

b) Si fuerit etiam *externus*, « necesse est consensum  
non exteriorius manifestare, vel forma jure præscripta, si  
defectus fuerit publicus, vel alio modo privato et secreto,  
defectus occultus ». — *Ibid.*, § 3.

1059. III. **Matrimonium nullum ob defectum formæ**,  
validum fiat, contrahi denuo debet *legitima* forma ». —  
*Cod.*, c. 1137.

1060. IV. **Sanatio matrimonii in radice** est « ejusdem  
sanatio, secumferens, præter dispensationem vel  
dispensationem *impedimenti*, dispensationem a lege de  
renovando consensu, et *retrotractionem*, per fictionem juris,  
effectus canonicos, ad præteritum ». — *Cod.*, c. 1138,

a) « *Convalidatio* fit a momento concessionis gratiæ ;  
*retrotractio* vero intelligitur facta ad matrimonii initium,  
aliud expresse caveatur. » — *Ibid.*, § 2.

Dispensatio a lege de renovando consensu « concedi

etiam potest, vel una tantum, vel utraque parte *insci-*  
 — *Ibid.*, § 3.

b) Potest in radice sanari, dummodo consensus p  
 severet, « quodlibet matrimonium initum cum utrius  
 partis *consensu* naturaliter sufficiente, sed juridice *ine-*  
*caci* ob dirimens impedimentum *juris ecclesiastici*, vel  
 defectum legitimæ formæ ». — *Cod.*, c. 1139, § 1.

Matrimonium vero contractum cum impedimento *ju-*  
*naturalis* vel *divini*, etiamsi postea impedimentum ces  
 verit, « Ecclesia non sanat *in radice*, ne a mome  
 quidem cessationis impedimenti ». — *Ibid.*, § 2.

c) Si in utraque, vel alterutra parte, *deficiat cons-*  
*sus*, « matrimonium nequit sanari in radice, sive cons  
 sus ab initio defuerit, sive, ab initio præstitus, pos  
 fuerit revocatus ». — *Cod.*, c. 1140, § 1.

« Quod si consensus ab initio quidem defuerit,  
*postea præstitus fuerit*, sanatio concedi potest a mome  
 præstiti consensus. » — *Ibid.*, § 2.

d) Sanatio in radice concedi « unice potest ab *Apo-*  
*lica Sede* ». — *Cod.*, c. 1141.



## CAPUT V

## DE JURE PAROCHI QUOAD FUNERALIA

Iusta funebria persolvere est functio parochi reservata. — *Cod., c. 462, n. 5.*

Idem omni ex parte convenit fideles ab eo tumulari et ultimum vale recipere qui eos, dum vivebant, ceu *pater* in Christo genuit et aluit, et ceu *pastor* divinis imbuit celestique pabulo fecit. — *Cf. cap. Ex parte, 5, De sepulturis; et cap. Is qui, 3, eod. tit., in 6°.*

Pro sepultura ecclesiastica consistit « in cadaveris translatione ad ecclesiam, exsequiis super illud in eadem celebratis, illius expositione in loco legitime deputato fidelibus defunctis condendis ». — *Cod., c. 1264.*

## ARTICULUS I

## DE FUNERIS ECCLESIA

Nisi gravis causa obstet, cadavera fidelium, antequam tumulentur, transferenda sunt e loco in quo reperiuntur, ad ecclesiam, ubi funus, idest totus ordo exsequiarum quæ auctoritate liturgicis libris describuntur, persolvatur. » — *Cod., c. 1215.* — Et contraria consuetudo reprobanda. — *Commiss. Pontif., 16 oct. 1919 (Acta, XI, 479).*

**1061. I. Ecclesia in quam cadaver pro funere transferri debet,** « ex jure ordinario, est ecclesia propriæ parochiæ, nisi defunctus aliam funeris ecclesiam legitime elegerit ». — *Cod., c. 1216, § 1.*

Si defunctus plures habuerit parochias proprias, « ecclesia funeris est ecclesia parochiæ in cujus territorio decedens ». — *Ibid., § 2.*

In dubio de jure alius ecclesiæ, « jus propriæ ecclesiæ specialis semper prævalere debet ». — *Cod., c. 1217.*

a) « Licet mors acciderit extra propriam parochiam, cadaver tamen in ecclesiam parochiæ propriæ quæ vicinior est, ob funus transferendum est, si ad eam commode

*pedestri itinere* asportari possit ; secus, in ecclesiam parciæ in qua mors accidit. » — *Cod.*, c. 1218, § 1.

b) « Ordinarii est pro suo territorio, inspectis peculiaribus circumstantiis, distantiam aliaque adjuncta *designare* quæ translationem cadaveris ad ecclesiam fune aut locum sepulturæ *incommodam* reddant ; et, si parciæ ad diversas diœceses pertineant, designatio attendi Ordinarii diœcesis in qua defunctus supremum di obiit. » — *Ibid.*, § 2.

c) « Licet translatio ad ecclesiam funeris aut locum sepulturæ *incommoda* sit, semper tamen *integræ est* familiæ, heredibus, aliisque quorum interest, cada illuc deferre, susceptis translationis expensis. » — *Ibid.*,

d) « Quod attinet ad defunctos qui in domo eti *regulari* vel *collegio* degebant ratione hospitii, educationis vel infirmitatis, et ad defunctos in hospitali, statum est præfatis canonibus, nisi constet de jure partuari aut privilegio. » — *Cod.*, c. 1222.

e) Hæc regula generalis de jure parochiali in quibusdam tamen fallit. — Nam :

1062. II. **Professi religiosi ac novitii**, defuncti c sint, « transferendi sunt, funeris causa, ad ecclesiam oratorium suæ *domus*, vel saltem suæ *religionis*, nisi vitii aliam ecclesiam ad suum funus elegerint ;

» Jus autem levandi cadaver, et illud deducendi ecclesiam funerantem, pertinet semper ad *Superior religiosum* ». — *Cod.*, c. 1221, § 1.

a) « Si *longe* moriantur a domo, ita ut in ecclesi suæ domus vel saltem suæ religionis nequeant comm asportari, funerandi sunt in ecclesia *parœciæ* ubi de dunt, nisi novitius aliam ecclesiam ad funus elegerit, salvo Superioribus jure de quo in can. 1218, § 3 », id nisi ii quorum interest velint translationis impen suscipere. — *Ibid.*, § 2.

b) Quæ de novitiis dicta sunt, « valent quoque

*alis actu servientibus et intra domus septa stabiliter morantibus* », nisi extra religiosam domum decesse-  
— *Ibid.*, § 3.

1063. III. « **Omnibus licet, nisi expresse jure prohibetur, eligere ecclesiam sui funeris aut cœmeterium** » — *Cod.*, c. 1223, § 1.

Uxor et filii puberes, in hac electione, prorsus immunt a maritali vel patria potestate. » — *Ibid.*, § 2.

a) Ecclesiam funeris, aut cœmeterium sepulturæ, eligere potest « *per se* vel *per alium* cui legitimum datum dederit ; factamque electionem, aut mandati sessionem, quolibet legitimo modo probare licet ». — *Cod.*, c. 1226, § 1.

electio fiat *per alium*, « hic suum mandatum explere potest etiam post mortem mandantis ». — *Ibid.*, § 2.

b) Ecclesiam funeris, aut sepulturæ cœmeterium, eligere prohibentur :

1<sup>o</sup> *Impuberēs* ; verum, pro filio aut filia impubere, in post eorum mortem, hanc electionem facere possunt parentes vel tutor ;

2<sup>o</sup> *Religiosi professi* cujuslibet gradus aut dignitatis, tamen si sint Episcopi ». — *Cod.*, c. 1224.

c) Ut electio ecclesiæ funeris valeat, « cadat necesse vel in ecclesiam *parœciale*, vel in ecclesiam *regulari*, non tamen monialium (nisi agatur de mulieribus famulatus, educationis, infirmitatis aut hospitii causa intra clausuram ejusdem monasterii non precario morabantur), vel in ecclesiam *juris patronatus*, si agatur de patrono, vel in aliam ecclesiam funerandi jure deditam ». — *Cod.*, c. 1225.

d) Religiosi et clerici sæculares « **districte vetantur** quos ad votendum, jurandum, vel fide interposita aliter promittendum *inducant* ut apud ipsorum ecclesiam funeris, aut apud ipsorum cœmeterium sepulturam eligere, vel factam electionem non immutent ; quod si contra factum fuerit, electio sit nulla ». — *Cod.*, c. 1227.

1064. IV. **Sunt qui, ratione dignitatis, in determinata ecclesia funus habere debent.**

a) Si S. R. E. Cardinalis *in Urbe* decesserit, « contransferendum est, funeris causa, in ecclesiam quam manus Pontifex designaverit ; si *extra Urbem*, in ecclesiam insigniorem civitatis seu loci ubi mors accidit, Cardinalis aliam elegerit ». — *Cod.*, c. 1219, § 1.

b) Defuncto Episcopo residentiali, etiam cardinalis dignitate aucto, aut Abbate vel Prælato *nullius*, « contransferendum est, funeris causa, transferri debet in ecclesiam *cathedrali* *abbatiale* vel *prælatitiam*, si id commode fieri possit ; si non secus, in ecclesiam insigniorem civitatis seu loci, nisi utroque casu defunctus aliam ecclesiam elegerit ». — *Ibid.*, § 2.

c) Beneficarii residentiales « ad ecclesiam *sui beneficii* transferendi sunt, nisi aliam sibi elegerint ecclesiam funeris ». — *Cod.*, c. 1220.

1065. V. **In Communitatibus exemptis a jure parochiali, Rector, pro concessis facultatibus, parochi munus obibit.** — *Cf. n. 890.*

## ARTICULUS II

### DE IPSO FUNERE SEU EXSEQUIIS

1066. I. **Proprius defuncti parochus :**

a) « Non solum *jus*, sed etiam *officium* habet, excepto gravi necessitatis casu, levandi, per se vel per alium, cadaver, illud comitandi ad suam ecclesiam parochialem, ibique exsequias persolvendi, firmo præscripto can. 12 § 2 » (*cf. n. 1061*). — *Cod.*, c. 1230, § 1.

b) « Quod si mors acciderit in loco *alienæ parochiæ*, et cadaver ad ecclesiam propriæ parochiæ *commode* asportari possit, parochi proprii est, præmonito parochi loco, illud levare, comitari ad suam ecclesiam, ibique exsequias peragere. » — *Ibid.*, § 2.

cadaver *absens* ob civile vetitum vel morbum contagiosum, non *insepultum*, sed et *humatum*, dummodo non ultra biduum bitu, cēseri potest ac si foret physice præsens, ita ut *Missa quivialis* in casu cantari licite valeat quoties præsente cadavere mittitur. — *Sac. Cong. Rit.*, 13 feb. 1892.

### 1067. II. Si ecclesia funeris fuerit electa,

a) Et sit ecclesia *regularis*, aliave *exempta* a jurisdictione parochi, « parochus, sub cruce ecclesiæ funeris, cadaver levat ac deducit ad ecclesiam ; sed exsequis rector ecclesiæ celebrat ». — *Cod.*, c. 1230, § 3.

b) Si vero ecclesia funeris *non sit exempta* a jurisdictione parochi, « celebratio exsequiarum, salvo peculiari privilegio, pertinet, non ad rectorem ecclesiæ funerantis, sed ad parochum in cujus territorio ecclesia sita est, dummodo defunctus parochi subjectus fuerit ». — *Ibid.*,

### 1068. III. Si cadaver mittatur ad locum ubi nec decessus propriam parœciam habebat, nec ecclesia fune- regitime fuerat electa :

a) « Jus levandi cadaver, peragendi exsequias, si agendæ sint, et cadaver ad sepulturam deducendi, pertinet ad ecclesiam *cathedralem* ejusdem loci ;

b) » Quæ si desit, ad ecclesiam parœciæ in qua *cœmeterium* situm est, nisi aliud ferant loci consuetudo aut *cesana* statuta ». — *Cod.*, c. 1230, § 7.

### 1069. IV. Religiosas et novitias, in religiosa domo defunctas, « ad *clausuræ limen* deferant aliæ religiosæ ; et si de religiosis agatur jurisdictioni parochi *non parochiis*, ad propriam religiosæ domus ecclesiam vel parochiam deducit et exsequias peragit *cappellanus* ; si de aliis *religiosis*, valet præscriptum § 1 (de jure parochi) ; Quod vero ad religiosas attinet *extra domum* defunctas, applicentur generalia canonum præscripta ». — *Cod.*, can. 1069, § 5.

### 1070. V. Ipsius parochi funera quandoque jure parti- cipari reservantur *Vicariis foraneis* ; sicut, vicissim,

exsequiæ Vicarii foranei committuntur Vicario generali Episcopi.

### ARTICULUS III

#### DE CADAVERIS TUMULATIONE SEU DEPOSITIONE

1071. I. **Expletis in ecclesia exsequiis, cadaver tumulandum est in cœmeterio ecclesiæ funeris, ad nuntiam librorum liturgicorum, et salvis præscriptis quæ sequuntur.** — *Cod., c. 1231, § 1.*

a) Qui exsequias in ecclesia peregit, « non solum *parochus* sed etiam *officium* habet, excepto gravi necessitatis causa *comitandi*, per se vel per alium sacerdotem, cadaver in locum sepulturæ ». — *Ibid., § 2.*

b) « Nequit parochus, sine justa et gravi causa Ordinario probata, *excludere* clericos sæculares, religiosos ac pia sodalitia quæ familia vel heredes advocare vel ad deducendum cadaver ad ecclesiam funeris et ad sepulturam, et assistendum funeri ;

» Clerici tamen *ipsi ecclesiæ addicti*, a familia vel heredes, præ aliis omnibus invitari debent. » — *Cod., c. 1231, § 1.*

c) « Nunquam admittantur societates vel insignia religioni catholicæ manifeste hostilia. » — *Ibid., § 2. Cf. n. 1420, d.*

d) Associantes cadaver « tenentur *morem gerere parochi* circa ductum funeris, salvis uniuscujusque præcedentis iuribus ». — *Ibid., § 3.*

e) « Laici cadaver, generis aut dignitatis cujusvis infuerit, *clerici* ne deferant. » — *Ibid., § 4. — Cf. Rit. Roman. De exsequiis, n. 16.*

1072. II. **Si electa fuerit sepultura in cœmeterio diverso a cœmeterio propriæ defuncti parocciæ,**

a) « Cadaver in illo sepeliatur, dummodo nihil observetur ex parte eorum a quibus cœmeterium pendet ». — *Cod. can. 1228, § 1.*

b) Electa sepultura in cœmeterio *religiosorum*, « ut aver inibi sepeliri queat, requiritur et sufficit consensu Superioris religiosi, ad normam constitutionum usque religionis ». — *Ibid.*, § 2.

1073. III. Si quis, sepulcrum majorum in aliquo cœmeterio possidens, non electa alibi sepultura, decedat, « in eodem sepeliendus est, si illuc *commode* asportari possit ». — *Cod.*, c. 1229, § 1.

t, licet incommoda sit translatio « *pedestri itinere* », per tamen integrum est iis quorum interest cadaver asportare, susceptis translationis impensis. — *Ibid.*

a) Pro uxore « attenditur sepulcrum viri, et, si plures fuerint, sepulcrum ultimi ». — *Ibid.*, § 2.

b) *Plura* si sint majorum aut viri sepulcra, « defuncti vel heredes locum sepulturæ deligant ». — *Ibid.*, § 3.

1074. IV. Per territorium alterius parœciæ vel diœcesis:

a) *Libere* transire poterit, cum stola quoque et cruce processura, et « sine parochi vel Ordinarii licentia », sacerdos cadaver comitetur ad ecclesiam funeris vel ad locum sepulturæ. — *Cod.*, c. 1232, § 1.

b) Sed, si cadaver tumulandum sit in cœmeterio ad locum *commode asportari nequeat*, « parochus vel rector parœciæ funeris nequit sibi vindicare jus illud comitandi cadaver a fines civitatis vel loci ». — *Ibid.*, § 2.

1075. V. **Expleta tumulatione**, « minister in *libro defunctorum* describat nomen et ætatem defuncti, nomen uxoris vel conjugis, tempus mortis, quis et quæ Sacramenta ministraverit, locum et tempus tumulationis ». — *Cod.*, c. 1238.

1076. VI. **Hodie, lege civili**, in multis nationibus, tumulationes in ecclesiis et in ipsa civitate prohibentur; suppressis cœmeteriis particularibus, erecta sunt publica seu *communia cœmeteria*, in quibus omnes ejusdem civitatis cives sepeliri debent, etiam si ad diversas parœcias pertineant. — *Cf. n. 1469, sq.*

a) Verum, per legem qua præcipitur ut, publicæ inluminitatis causa, cadavera fidelium ad *publica cœmete* deferantur, nihil sublatum est de jure quo ecclesiæ potitur, tum *funeris peragendi*, tum *percipiendi emolumentum*, locus enim sepulturæ *materialiter* tantum immutatur, cœmeteria *publica* locum tenent cœmeteriorum *parochialium*.

Quamobrem parochi possunt illuc deferre cadavera suorum parochianorum, ibique sui officii et jurisdictionis actus exercere, tanquam in loco propriæ jurisdictionis. *Quod pluries declaravit S. Cong. Concilii, ex. gr. 16 sept. 1871, 23 jan. 1886.* — Et Regulares eodem jure potiuntur. — *Cf. S. C. Ep. et Reg., 5 maii 1905.*

b) Itemque, si fideles *ecclesiam funerum elegerint* ad hujus ecclesiæ rectorem pertinet defunctum ad locum sepulturæ comitari, ad normam can. 1231, § 2, sua portione parœciali parochi debita. — *Cf. n. 1084.*

1077. VII. De cœmeteriis, et de *juribus Ecclesiarum* quoad sepulturas, *cf. n. 1454, sq.*

## ARTICULUS IV

DE IIS QUIBUS DENEGANDA EST SEPULTURA ECCLESIASTICA

« Omnes baptizati sepultura ecclesiastica donandi sunt, nisi eadem a jure expresse priventur. » — *Cod., c. 1239,* — Porro :

1078. I. **Qui sine baptismo decesserint** « ad sepulturam ecclesiasticam non sunt admittendi ». — *Ibid.,*

Si autem in defunctæ matris utero proles obierit, neque ab utero fuerit extracta, *cum matre*, cujus pars esse censetur, in loco suo sepelienda est.

« *Catechumeni*, qui nulla sua culpa sine baptismo mori-  
riantur, baptizatis accensendi sunt. » — *Ibid., § 2.*

1079. II. **Utpote indigni, ecclesiastica sepultura privantur**, nisi ante mortem dederint pœnitentiæ signum.

a) « Notorii *apostatæ* a christiana fide, aut sectæ ha-



vel *schismaticæ* aut sectæ *massonicæ* aliisve ejusdem  
is societatibus notorie addicti. » — *Cod.*, c. 1240,  
n. 1.

) « *Excommunicationi* vel *interdicti*, post senten-  
condemnatoriam vel declaratoriam. » — *Ibid.*, § 2.

feri sine gravi incommodo queat, cadaver excommunicati  
qui, contra canonum statuta, sepulturam in loco sacro  
fit, *exhumandum est*, et in loco profano reponendum. » —  
c. 1242. — *Cf.* n. 1462, b.

) « *Qui se ipsi occiderint* deliberato consilio. » — *Cod.*,  
1240, § 1, n. 3.

ni in seipsos manus intulerint, si quidem *mors secuta non*  
reantur ab actibus legitimis ecclesiasticis, et, si sint clerici,  
dantur ad tempus ab Ordinario definiendum, et a beneficiis  
ficiis curam animarum interni vel externi fori adnexam  
ibus removeantur. » — *Cod.*, c. 2350, § 2.

) « *Mortui in duello*, aut ex vulnere inde relato. » —  
c. 1240, § 1, n. 4.

duellum perpetrantes, aut simpliciter ad illud provocantes, vel  
acceptantes, vel quamlibet operam aut favorem præbentes,  
n de industria spectantes, illudque permittentes, vel quantum  
s est non prohibentes, cujuscunque dignitatis sint, subsunt  
cto *excommunicationi* Sedi Apostolicæ simpliciter reservatæ.  
si vero duellantibus, et qui eorum patrini vocantur, sunt præ-  
pso facto infames. » — *Cod.*, c. 2351. — *Cf.* *Trid.*, xxv, 19,  
; — *Ben. XIV const. Detestabilem*, 10 nov. 1752; — et *Leo*  
*III const. Pastoralis officii*, 22 sept. 1891.

te, excommunicationem incurrunt: tum *medicus* qui, rogatus  
duellantibus, duello adsistit cum intentione *citius finem pugnæ*  
*endi*, vel simpliciter *vulnera ligandi et curandi*: tum *medi-*  
*confessarius* qui, *ex conducto*, duello sunt præsentibus in domo  
vel in loco propinquo sistunt, parati ad præbendum suum  
erium duellantibus, si opus fuerit. — *S. Off.*, 28 maii 1884.

) « *Qui mandaverint suum corpus cremationi* tradi. »  
*d.*, *ibid.*, n. 5. — *S. Off.*, 15 dec. 1886.

oties autem agitur de iis quorum corpora, non propria ipso-  
ed *aliena voluntate* cremationi subjiciantur, *Ecclesiæ ritus*  
*agia* adhiberi possunt, tum domi, tum in ecclesia, non autem  
ad cremationis locum, *remoto scandalo*. Scandalum vero

removeri etiam poterit, si notum fiat cremationem non pro defuncti voluntate electam fuisse. » — *S. Off., ibid.* — *Cf. n. 1*

f) « *Alii peccatores publici et manifesti.* » — *Cod. cit., num. 6.*

Unde, arcendi sunt, non solum ii qui in *habitu* publice notis, sed et omnes qui in *notorio* ac *certo peccato mortali* ab *pœnitentia* decedunt, ut qui in actuali furto aut rapina, fornicatione, adulterio, occiduntur.

Item, illi quos palam et notorie constat omnem respuere religionis actum, ex impietate et contemptu, prout si palam et coram testibus *respuant sacramenta in ultimo morbo*, et in peccato irremediabili rati moriantur.

1080. III. **Occurrente prædictis in casibus alio dubio**, « consulatur, si tempus sinat, Ordinarius ;

» Permanente dubio, cadaver sepulturæ ecclesiæ tradatur, ita tamen ut removeatur scandalum ». — *Can. 1240, § 2.*

Etenim, cum in pœnis *mitior interpretatio* sit tenenda, in dictione *sive juris*, ubi de ipsa legis existentia et comprehensione quæritur *sive facti*, num scilicet in legis adjunctis factum prodierit, exigenda est pars quæ, salvis rectis de legis odiosæ interpretationis regulis, personis magis faveat.

1081. IV. **Excommunicationem latæ sententiæ** ne reservatam contrahunt « qui ausi fuerint *mandare* sepulture tradi ecclesiasticæ sepulturæ infideles, apostati, infideles, vel hæreticos, schismaticos, aliosve sive excommunicatos sive interdictos » de quibus supra. — *Cod., c. 2.*

« *Sponte* vero sepulturam eisdem donantes, interdicti ab ingressu ecclesiæ, Ordinario reservatum », contrahunt. — *Ibid.*

1082. V. « **Excluso ab ecclesiastica sepultura** « *ganda quoque sunt* tum quælibet Missa exsequialis, et anniversaria, tum alia publica officia funebria. » — *Can. 1241.*

## ARTICULUS V

## DE INDICE FUNERALIUM TAXARUM

Jus parochi ad hæc emolumenta duplex distinguitur : licet jus ad *certam aliquam oblationem* dum ipsius parochianus in parochia sepelitur, et jus ad *portionem parœclem* dum ejus parochianus alibi sepultura donatur.

1083. I. **Indicem funeralium taxarum** seu eleemosynarum, si non existat, *locorum Ordinarii*, « pro suo territorio, *de consilio* Capituli cathedralis, ac, si opportunum duxerint, vicariorum foraneorum diœcesis et parochiarum civitatis episcopalis, conficiant, attentis legitimis consuetudinibus particularibus et omnibus personarum et locorum circumstantiis ; in eoque, pro diversis casibus, *pro singulorum* moderate determinent, ita ut quælibet contentio et scandali removeatur occasio ». — *Ibid.*, c. 1234, § 1.

a) « Si in indice plures classes enumerentur, liberum est illis quorum interest classem eligere. » — *Ibid.*, § 2.

b) « Districte prohibetur ne quis, sepulturæ vel exsequiarum seu anniversarii mortuorum causa, quidquam exigat *ultra* id quod in diœcesano taxarum indice statuitur. » — *Cod.*, c. 1235, § 1.

c) « *Pauperes* gratis omnino ac decenter funerentur et sepeliantur, cum exsequiis, secundum liturgicas leges et consuetudines necesse statuta, præscriptis. » — *Ibid.*, § 2.

1084. II. **Quoties fidelis non funeratur in ecclesia parœciali propria**, proprio defuncti parochi, salvo jure particulari, « debetur *portio parœcialis*, excepto casu quod si defunctus in ecclesiam propriæ parœciæ commode asportari non potest ». — *Cod.*, c. 1236, § 1.

a) « Si quis habeat *plures parœcias* proprias ad quas defunctus commode deferri posset, et alibi funeretur, *portio parœcialis* dividenda est inter omnes parochos proprios. » — *Ibid.*, § 2.

b) « Detrahi debet portio parœcialis ex omnibus et solis emolumentis quæ statuta sunt *pro funere et tumulatione* in taxa diœcesana. » — *Cod., c. 1237, § 1.*

c) « Si quacunque de causa primum sollemne officium funebre, non statim, sed *intra mensem completum* a die tumulationis fiat, licet hoc die non defuerint minora publica officia, portio tamen parœcialis ex hujus etiam funeris emolumentis debetur. » — *Ibid., § 2.*

d) *Quantitas* portionis parœcialis « determinetur in taxa diœcesana ;

» Et, si ecclesia parœcialis et ecclesia funerans ad *diversas* diœceses pertineant, *quantitas* portionis parœcialis attenditur secundum taxam ecclesiæ funerantis ». — *Ibid., § 3.*

---

## CAPUT VI

## DE ALIIS JURIBUS ET OFFICIIS PAROCHORUM

de residentia ; — de obligatione quoad Missæ sacrificium ; — de sacra prædicatione ; — de catechetica institutione ; — de agnoscendis et tuendis ovibus ; — de cura et visitatione infirmorum. Obligationibus autem parochorum quas communes habent cum omnibus clericis, cf. n. 413, sq.

## ARTICULUS I

## DE RESIDENTIA PAROCHORUM

de obligatione residendi ; — et de modo procedendi contra clericos non residentes.

## § I. DE OBLIGATIONE RESIDENDI IN PAROECIA

1085. **I. Hanc supponit cura animarum actualis**, « cum cepto divino mandatum sit omnibus quibus *cura animarum commissa est* : oves suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, verbique divini prædicatione, sacramentorum administratione, ac honorum omnium operum exemplum pascere, pauperum aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerere, et in cetera munia pastoralia incumbere ; *quæ omnia nequaquam ab iis præstari compleri possunt qui gregi suo non invigilant neque student, sed mercenariorum more deserunt* ». — *Trid.*, 23, cap. 1, *De ref.*

a) Unde, postquam statuerit Episcopus obligari ad residentiam in sua diocesi residentiam, eadem omnino, de *illis inferioribus* et aliis quibuscumque qui beneficium quod ecclesiasticum *curam animarum habens* obtinent, sacrosancta synodus declaravit et decrevit. — *Ibid.*

b) Igitur, hac lege residentia, et quidem sub gravi, obligantur parochi qui beneficium parochiale obtinent

cum actualis curæ onere; nec non et *vicarii curati*, temporales quam perpetui.

c) « Parochus obligatione tenetur residendi in *don parœciali*, prope suam ecclesiam ;

» Loci tamen Ordinarius potest, justa de causa, *permittere* ut alibi commoretur, dummodo domus ab ecclesia parœciali non ita distet ut parœcialium perfunctio munera aliquid inde detrimenti capiat. » — *Cod.*, c. 465, § 1.

1086. II. **Parochi residentia, non tantummodo materialis, sed et formalis esse debet, seu laboriosa.**

a) « Ut quis enim residentię legem impleat, quod Tridentinum concilium ac SS. Pontifices tantopere commendant atque præcipiunt, ait *Benedictus XIV*, haudquaquam satis est si *corpore solum* intersit, in desidia tamen versetur, vel tantum *leviora munera* sibi decernat, reliqua vero ministris committat ; residentiam quippe, non cum inertia, sed *cum laboribus conjungendam* esse Tridentini synodus jubet ; atque certum est parochos lethali crimine obnoxios esse qui præsentia solum assident, nulla causa impediti, otio marcescunt. » — *Instit.* 17, n. 6.

b) Potest tamen parochus, pro meliori cura animarum atque officiorum parochialium executione, et aliquali serenitate, unum seu plures *cooperatores* habere, et his vicariis *relinquere munera magis ardua*, ut ire de nocte infirmos, peragere divina officia in ecclesiis filialibus distantibus, confessiones multas audire, et alia hujusmodi dummodo simul ipse, cessante justo impedimento, munus pastoralia, præsertim principaliora, *personaliter præstare non intermittat*, et, quando nominatim vocatur a parochiano, ad ipsos, præsertim infirmos, ire non recuset. — *communiter*, docetque hoc recepta *consuetudo*, « optimarum legum interpretes ». — *Ferraris, v. Parochus, art. 2, n. 1.*

1087. III. **Parocho permittitur abesse « per duos summum intra annum menses, sive continuos sive termis, nisi gravis causa, judicio ipsius Ordinarii,**

*urniorem* absentiam requirat, vel *breviorem* tantum mittat ». — *Cod., c. 465, § 2.*

a) « Dies quibus parochus *piis exercitiis* vacat ad norm can. 126 (*cf. n. 414, b*), non computantur, semel in o, in duobus vacationum mensibus. » — *Ibid., § 3.*

b) « Sive continuum sive intermissum sit vacationum pus, cum absentia ultra hebdomadam est duratura, paus, præter legitimam causam, habere debet Ordinarii *ptam licentiam*, et *vicarium substitutum* sui loco relinre, ab eodem Ordinario probandum ;

Quod si parochus sit *religiosus*, indiget præterea consu Superioris, et substitutus tum ab Ordinario tum a eriore probari debet. » — *Ibid., § 4.*

c) « Si parochus *repentina* et gravi de causa discedere ue ultra hebdomadam cogatur abesse, quamprimum litteras *Ordinarium commonefaciat*, ei indicans cau discessus et sacerdotem supplementem, ejusque stet adatis. » — *Ibid., § 5.*

d) « Etiam pro tempore brevioris absentiae parochus et *fidelium necessitatibus* providere, maxime si id uliaria rerum adjuncta postulent. » — *Ibid., § 6.*

e) « Vicarius substitutus *locum parochi tenet* in omni- quæ ad curam animarum spectant, nisi Ordinarius vel parochus aliquid exceperint. » — *Cod., c. 474.*

#### 1088. IV. Si parochus illegitime absit :

a) « Eo ipso privatur *omnibus fructibus sui officii* pro illegitimæ absentiae, eosque tradere debet Ordinario, ecclesiae vel alicui loco pio vel pauperibus distribuat ;

b) » *Officio privetur* ad normam sequentium cano- » — *Cod., c. 2381.*

### § II. DE MODO PROCEDENDI CONTRA CLERICOS NON RESIDENTES

1089. I. « **Ordinarius moneat** » eum qui residentiae le- qua tenetur negligat ; « et interim, si agatur de paro-

cho, ejusdem impensis provideat ne salus animarum detrimentum patiatur ». — *Cod.*, c. 2168, § 1.

« In monitione Ordinarius recolat *pœnas* quas incurrit clericus non residentes, et clerico *significet* ut intra congruum tempus, ab eodem Ordinario definiendum, residentiam instauret. » — *Ibid.*, § 2. — *Cf.* n. 317, b, n.

1090. II. Si clericus residentiam instauret, « Ordinarius non modo debet, si absentia illegitima fuerit, ei infligere privationem fructuum pro tempore absentiae (*cf.* 1088), sed potest etiam, si casus ferat, pro gravitate culpæ eum congrue punire ». — *Cod.*, c. 2170.

1091. III. Si intra præstitutum terminum clericus non residentiam instauret nec absentiae causas afferat, Ordinarius, postquam constiterit monitionem rite factam clerico innotuisse, et ipsum quominus responderet legitime impeditum non fuisse, « *declaret* parœciam aliud beneficium vacare ». — *Cod.*, c. 2169.

1092. IV. Si clericus residentiam non instauret, sicut absentiae causas afferat,

a) « Ordinarius, accitis duobus examinadoribus, institutis, si opus fuerit, opportunis investigationibus *videre debet* num causæ sint legitimæ ». — *Cod.*, c. 2171.

b) Si, auditis examinadoribus, Ordinarius censeat adductas causas *non esse legitimas*, « rursus clerico præfigat terminum intra quem redire debet, salva semper privatione fructuum pro tempore absentiae ». — *Cod.*, c. 2172.

1093. V. Si parochus amovibilis intra præscriptum tempus non redierit, « Ordinarius *statim* procedere potest ad parœciæ privationem ;

» Si *redierit*, Ordinarius det ei præceptum ne rursus discedat sine scripta sua licentia, sub pœna privationis parœciæ ipso facto incurrenda ». — *Cod.*, c. 2173.

1094. VI. Si clericus, qui beneficium inamovibile obtinet, residentiam non instauret, sed *novas* alleget dedu-



nes, « Ordinarius eas cum eisdem examinadoribus ad  
men. revocet, ad normam can. 2171 » (cf. n. 1092).

a) « Si nec ipsæ legitimæ habitæ fuerint, posthabitis  
busvis aliis deductionibus, Ordinarius clerico præci-  
t ut, intra tempus præscriptum, vel iterum præscri-  
dum, redeat, sub pœna privationis beneficii ipso facto  
urrenda.

b) » Si non redeat, Ordinarius eum beneficio privatum  
laret ; si redeat, Ordinarius idem det præceptum de quo  
can. 2173 » (cf. n. 1093). — Cod., c. 2174.

Neutro in casu, Ordinarius beneficium vacare declaret  
postquam, perpensis, una cum examinadoribus, dis-  
sus rationibus quas clericus forte allegaverit, ejusdem  
dinarii licentiam in scriptis ab eodem clerico *peti po-  
sse* constiterit. » — Cod., c. 2175.

## ARTICULUS II

### DE OBLIGATIONE PAROCHI QUOAD SACRUM MISSÆ SACRIFICIUM

ndum est de obligationibus parochorum ratione sui sacerdotii  
nique officii, nempe : de obligatione Missam celebrandi ; — de  
Missæ ritibus et cæremoniis ; — de obligatione Missam offerendi  
ro populo ; — et de Missarum eleemosynis.

#### § I. DE OBLIGATIONE MISSAM CELEBRANDI

1095. I. « Sacerdotes omnes obligatione tenentur  
rum litandi *pluries per annum* ;

Curet autem Episcopus, vel Superior religiosus, ut  
m, saltem *singulis diebus dominicis* aliisque diebus  
is de præcepto, divinis operentur. » — Cod., c. 805. —  
*Ben. XIV constit. Declarasti, 16 mart. 1746* ; — *Luc.,*  
*1, 19* ; *Heb., v, 1.*

Potestatem offerendi Missæ sacrificium habent *soli* sacerdotes. »  
Cod., c. 802.

leo, « ad ordinem sacerdotalem *non promotus* :

1° Si Missæ celebrationem simulaverit, aut sacramentalem con-  
onem exceperit, *excommunicationem* ipso facto contrahit, *spe-*

*ciali modo* Sedi Apostolicæ reservatam; et insuper: *laicus* quidem privetur pensione aut munere, si quod habeat in Ecclesia, aliisque pœnis pro gravitate culpæ puniatur; *clericus* vero depohatur;

» 2º Si alia munia sacerdotalia usurpaverit, ab Ordinario pro gravitate culpæ puniatur. » — *Cod.*, c. 2322.

1096. II. **Curam animarum habentes** « *tam frequenter ut suo muneri satisfaciant* » Missas celebrare debent. — *Trid.*, XXIII, 14, *de ref.*

Quod enim pristina consuetudine observabatur ut populus fidelis statutis diebus, adunaretur *cum Episcopo* in sacris celebrandis mysteriis, deinde, facta divisione parœciarum, inductum est ut observaretur in diebus festis *cum sacerdote proprio*, nempe *parochi*. — Scilicet inductum est ut, diebus festis, populus parochialem ecclesiam adiret, sacrificio per parochum celebrato adisteret, prædicationem verbi Dei audiret, cognosceret jejunia servanda, denuntiationes exciperet festorum, nec non Episcopi mandata. — *Santi, De parochiis, n. 14.*

1097. III. **Plures in die celebrare Missas**, « exceptis die *Navitatis Domini* et die *Commemorationis omnium fidelium defunctorum*, quibus facultas est ter offerre Eucharisticum sacrificium », sacerdoti non licet « nisi ex apostolico indulto aut potestate facta a loci Ordinario ». — *Cod.*, c. 806, § 1. — *Cf. Ben. XV const. Incruentum altaris, 10 aug. 1915.*

a) « Hanc tamen facultatem impertiri nequit Ordinarius, nisi cum, prudenti ipsius iudicio, *propter penuriam sacerdotum*, die festo de præcepto notabilis fidelium parochiæ Missæ adstare non possit. » — *Ibid.*, § 2. — Videlicet

1º Quando quis *duas parochias* obtinet, vel duos populos adeo sejunctos ut alter ipsorum parochi celebranti per dies festos adesse non possit, ob locorum distantiam

2º Vel quando una tantum sit ecclesia in qua Missa celebratur, et ad quam *insimul* universus populus convenire non potest. — *Cf. Bened. XIV constit. Declarasti Nobis, 16 mart. 1746; — et instr. S. C. de Propag., 24 maii 1877.*

Ideo non suffragatur simplex *utilitas*: ex. gr.; ut major facilitas detur fidelibus, sive sacro adistendi, sive sacram communionem majore cum devotione accipiendi (*S. C. C., in Nivern., 24 mart. 1888.*)

vel ut fideles possint Missam audire diebus festis olim de præto celebratis, nunc autem suppressis (*S. C. C.*, 19 jan. 1889); — ut parochus indulgeat votis alicujus magnatis qui habet orationem privatam, in quo cum sua familia consuevit sacrum audire; vel ut sodales alicujus piæ confraternitatis indulgentiam plenam lucrari valeant (*cf. resp. ejusdem Congr.*, 22 apr. 1882). — In his casibus *indultum a Sede Apostolica* obtinendum est. Episcopi autem cavere debent ab anxietate nimia in dijudicando, frustra concessa, aut pene in nullo casu ad actum reducenda, ultas prædicta videatur. — *Cf. cit. instr. S. C. de Prop.*, 24 maii 1880.

b) Iteratio Missæ quæ eodem die permittitur, intelligenda est de venia celebrandi *duas Missas tantum*, quam graves concurrant causæ quæ majorem numerum celebrare suadeant. — *Cod.*, c. 806, § 2.

c) Sacerdotes qui *præsumpserint* Missam eodem die celebrare absque debita licentia, vel eam celebrare non licet, « *suspendantur* a Missæ celebratione, ad tempus ab officio seculari secundum diversa rerum adjuncta præfiniendum ». — *Cod.*, c. 2321.

d) Tres Missæ, quo die agitur sollemnis Commemoratio omnium defunctorum, legi debent prout Benedictus XIV præscripsit pro regnis Hispaniæ et Lusitaniæ: prima quæ est in *Commemoratione omnium fidelium defunctorum*; altera quæ in *Anniversario defunctorum* cum sequentia et orationibus propriis; tertia quæ est in *Missis quotidianis*, item cum sequentia et orationibus propriis.

Qui unam tantummodo Missam celebrare velit, eam legat quæ Missali inscribitur legenda in *Commemoratione omnium defunctorum*. Eandem adhibeat qui Missam cum cantu celebraturus sit, si ei potestate anticipandæ alterius et tertiæ. » — *Ben. XV, constit. de Inventum altaris*.

1098. IV. De sacerdotibus peregrinis ad Missam celebrandam admittendis, *cf. n. 681*.

## § II. DE MISSÆ RITIBUS ET CÆREMONIIS

1099. I. « Sacrosanctum Missæ sacrificium offerri debet ex pane et vino, cui modicissima aqua miscenda ». — *Cod.*, c. 814.

a) « Panis debet esse mere *triticeus*, et *recenter* confectus ita ut nullum sit periculum corruptionis.

» Vinum debet esse *naturale*, de genimine vitis, et non corruptum. » — *Cod.*, c. 815.

b) In Missæ celebratione sacerdos, « secundum *proprium ritum*, debet panem azymum vel fermentatum adhibere ubicumque sacrum litet ». — *Cod.*, c. 816.

c) « Nefas est, urgente etiam extrema necessitate alteram materiam *sine altera*, aut etiam utramque *extrinsecus* Missæ celebrationem, consecrare. » — *Cod.*, c. 817.

1100. II. Sacerdos celebrans accurate ac devote servet rubricas suorum ritualium librorum, caveatque ne alias cæremonias aut preces proprio arbitrio adjungat, « reprobata quavis contraria consuetudine ». — *Cod.*, c. 818.

Missæ sacrificium celebrandum est « lingua liturgica suæ cujusque ritus ab Ecclesia probati ». — *Cod.*, c. 819.

1101. III. Missæ celebrandæ initium « ne fiat *ciliquum* quam una hora ante auroram, vel *serius* quam una hora post meridiem ». — *Cod.*, c. 821, § 1.

a) In nocte Nativitatis Domini « inchoari media nocte potest *sola Missa conventualis vel parœcialis*, non autem alia sine apostolico indulto ». — *Ibid.*, § 2.

b) « In omnibus tamen *religiosis seu piis domibus* oratorium habentibus cum facultate sanctissimam Eucharistiam habitualiter asservandi, nocte Nativitatis Domini unus sacerdos *tres rituales Missas*, vel, servatis servandis, unam tantum quæ adstantibus omnibus ad præcepti quæque satisfactionem valeat, celebrare potest, et sacramentum communionem petentibus ministrare. » — *Ibid.*, § 3.

1102. IV. « Missa celebranda est super altare consecratum, et in ecclesia vel oratorio consecrato aut benedicto ad normam juris, salvo præscripto can. 1196 » de oratoriis domesticis. — *Cod.*, c. 822, § 1. — *Cf. n. 141*.

a) Privilegium ubique celebrandi, honesto tamen et decenti loco et super petram sacram, id est privilegium

*aris portatilis*, « vel jure vel indulto Sedis tantum Apostolicæ conceditur ». — *Cod.*, c. 822, § 2.

Hoc privilegium non secumfert facultatem celebrandi mari. — *Ibid.*, § 3. — *Cf. n. 1196.*

b) « Loci Ordinarius aut, si agatur de domo religionis emptæ, Superior major, licentiam celebrandi *extra ecclesiam et oratorium*, super petram sacram et decenti loco, nunquam autem in cubiculo, concedere potest justa tantum ac rationabili de causa, in aliquo extraordinario suo et per modum actus. » — *Ibid.*, § 4.

c) « Deficiente altari proprii ritus, sacerdoti fas est in proprio celebrare in altari consecrato *alius ritus solliciti*, non autem super Græcorum *antimensiis*. » — *Ibid.*, c. 823, § 2.

« Non licet Missam celebrare in templo *hæreticorum* vel *ismaticorum*, etsi olim rite consecrato aut benedicto. » — *Ibid.*, § 1.

d) « In altaribus *papalibus* nemo celebret sine apostolico indulto. » — *Ibid.*, § 3.

### 1103. V. Sacerdos Missam celebraturus :

a) « Ne omittat ad Eucharistici Sacrificii oblationem *se piis precibus* disponere, eoque expleto, gratias Deo pro tanto beneficio agere ». — *Cod.*, c. 810.

b) « Deferat *vestem* convenientem quæ ad talos pergat, et *sacra ornamenta* a rubricis sui ritus præscripta. » — *Cod.*, c. 811, § 1.

« Abstineat autem a *pileolo* et *annulo*, nisi sit S. R. E. Cardinalis, Episcopus vel Abbas benedictus, aut nisi apostolicum indultum eorundem usum in Missa celebranda ei permittat. » — *Ibid.*, § 2.

c) « Nulli sacerdoti celebranti, præter Episcopos aliosque prælatos usu pontificalium fruentes, licet, *sola honoris sollemnitatis causa*, habere presbyterum assistentem. » — *Cod.*, c. 812.

d) « Sacerdos sibi conscius peccati mortalis, quan-

tumvis se contritum existimet, *sine præmissa sacramentali confessione* Missam celebrare ne audeat ;

» Quod si, deficiente copia confessarii et urgente necessitate, elicitò tamen perfectæ contritionis actu, celebraverit, *quamprimum* confiteatur. » — *Cod.*, c. 807.

e) « Sacerdoti celebrare ne liceat nisi *jejunio naturali* a media nocte servato. » — *Cod.*, c. 808.

1104. VI. « **Sacerdos Missam ne celebret sine ministro** qui eidem inserviat et respondeat.

» Minister Missæ inserviens ne sit *mulier* nisi deficienti viro, justa de causa, eaque lege ut mulier ex longinquo respondeat nec ullo pacto ad altare accedat. » — *Cod.*, c. 813.

### § III. DE OBLIGATIONE MISSAM OFFERENDI PRO POPULO

1105. I. « **Omnibus dominicis aliisque festis diebus de præcepto, etiam suppressis** », Missam pro populo sibi commisso applicare debent parochi, post captam possessionem, « omni exiguitate reddituum aut alia quavis exceptione remota ». — *Cod.*, c. 466, § 1, et 339, § 1. — *Cf. Ben. XIV constit. Cum semper, 14 aug. 1744. — Cf. n. 695*

a) Omnes enim quibus cura animarum commissa est *jure divino* tenentur pro ovibus suis sacrificium offerre. — *Trid.*, sess. 23, cap. 1, *De ref.* — *Cf. Ep. ad Hebr.*, v, 1

Attamen, « cum parochi auctoritate ecclesiastica instituti sine eorum officium ex *jure divino* quod *mediatum* et *hypotheticum* vocant, proficiscitur ». — *Leonis XIII constit. In suprema, 4 jun. 1882.*

b) Hæc obligatio omnes urget qui *actualem* curam animarum gerunt, ideoque *Vicarium* ad quem tota pertineat animarum cura in parœciis personæ morali unitis itemque *Vicarium administratorem* qui parœciam vacantem regat. — *Cf. n. 1179, sq.*

c) Non tenentur autem *Vicarii cooperatores* qui curam animarum subsidiariam tantum exercent, ne *Cappellani* Monialium, nosocomiorum, collegiorum, etc. quia hujusmodi communitates, etiamsi variis privilegiis

entur, sunt tamen pars parochiæ et participant fructus sancti sacrificii huic applicatos. — *S. C. Rit.*, 7 dec. 4; et *S. C. C.*, in *Dublinensi*, 2 jun. 1860.

d) Et parochus qui *plures* forte parœcias æque principaliter uniregat, aut, præter propriam parœciam, aliam vel alias in administrationem habeat, « *unam* tantum debet Missam pro populis sibi commissis diebus præscriptis applicare ». — *Cod.*, c. 466, § 2.

1106. II. Præceptum illud juris divini quibus dieurgeat, jure ecclesiastico olim ita determinatum erat illis omnibus dominicis et diebus festis quibus *parochiani* tenentur Missam *ex præcepto* audire, tenerentur et *doctores* animarum pro commisso sibi populo Missam applicare. — *Cf. Bened. XIV const. Cum semper*, 14 aug. 4.

a) Porro, licet jure particulari Concordatorum, aut e universalis quod a Pio X, const. « *Supremi disciplinæ* », 11 jul. 1911 et a novo Codice inductum est (n. 695), nonnulli dies de numero festivitatum prædicto obstrictarum expunctæ sint, remansit tamen in *his suppressis* prædicta obligatio parochorum, ita ut parochi, aliique omnes animarum curam actu gerentes, pro sanctum Missæ sacrificium pro populo sibi commisso *applicare* et *applicare* debeant : tum omnibus diebus dominicis, aliisque diebus qui ex præcepto adhuc servantur tum illis etiam qui, Apostolicæ Sedis indulgentia, dierum de præcepto festorum numero sublatis translatis sunt. — *Cf. Pii IX constit. Amantissimi Redemptoris*, 3 maii 1858 ; — *S. C. Conc.*, 8 aug. 1911, ad 1 *Acta*, III, 391) ; — *Cod.*, c. 339, § 1. — *Commiss. Pontif.*, 17 feb. 1918, ad 2 (*Acta*, X, 170).

b) Festa de præcepto, prout in Urbani VIII constitutione « *Universa per orbem* », id. sept. 1642, determinante, præter dominicos dies, erant :

Festa Natalis Domini, Circumcisionis, Epiphaniæ, Pentecostes cum duabus feriis sequentibus, Ascensionis, Pentecostes cum duabus pariter sequentibus feriis, Trinitatis, Corporis Domini, Inventionis Sanctæ Crucis,

Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, Nativitas Beatae Virginis, Dedicacionis Sancti Michaelis, Nativitas Sancti Joannis Baptistae, Sanctorum Petri et Pauli, Sancti Andreae, Sancti Jacobi, Sancti Joannis, Sancti Thomae, Sanctorum Philippi et Jacobi, Sancti Bartholomaei, Sancti Matthaei, Sanctorum Simonis et Judae, Sancti Mathiae, Sancti Stephani, Sanctorum Innocentii, Sancti Laurentii, Sancti Sylvestri, Sancti Joseph, Sanctae Annae, Omnium Sanctorum, et festum unius cuilibet praecipuis Patronis in quocumque regno sive provincia et alterius pariter principalioris in quacumque civitate oppido vel pago, ubi hos Patronos haberi et venerari contigerit.

His addita est a Clemente XI festivitas Conceptionis Beatae Mariae Virginis.

c) *Quasi-parochi* obligatione tenentur ad normam can. 306, ita ut « Missae sacrificium pro populis sibi commissis *applicare debeant* » saltem in sollemnitatibus Nativitatis Domini, Epiphaniae, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes, sanctissimi Corporis Christi, Immaculatae Conceptionis et Assumptionis Beatae Mariae Virginis, Sancti Joseph ejus sponsi, Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, et Omnium Sanctorum ». — *Cod., c. 466 et 306*

d) Nonnullis Episcopis indultum est ut cum omnibus suae diocesis parochis, super obligatione applicandi Missam pro populo diebus festis suppressis, *dispensatio valeant*, ad effectum (accedente eorundem parochorum consensu) deponendi et erogandi *in favorem alicujus operis*, ex. gr. institutionis clericorum in *Seminariis* eleemosynas ex enunciatis Missis obventuras.

In quibusdam Indultis cautum est ut, singulis praedictis diebus, *tres Missae*, cura ipsius Episcopi, pro *cuncto populo diocesis* applicentur.

Eleemosynae pro Missis oblatae, piis operibus *ex integro* applicandae sunt; ideoque parochi non possunt, missam stipendio a statutis diocesanis taxato, Missarum eleemosynae *excessum retinere*, « nisi morali certitudine constet



essum communis eleemosynæ oblatum fuisse intuitu personæ, vel ob majorem laborem aut incommodum ad eam aliunde parochus obligatus non sit ». — *S. C. Conc., Lugdunen., 31 jan. 1880*; — *in Paderbornen., 10 nov. 17, etc.*

1107. III. In ipsis festis diebus Missa pro populo celebranda est.

a) Sed « Ordinarius loci, justa de causa, permittere potest ut parochus Missam pro populo alia die applicet ea qua jure adstringitur ». — *Cod., c. 466, § 3.*

b) « Si festum ita transferatur ut in die ad quem non fiat officium cum Missa festi translati, sed serventur eoque obligationes audiendi Missam et abstinendi a sermone, Missa pro populo applicanda est in die ad quem ; si autem, in die a quo. » — *Cod., c. 339, § 3.*

c) Si quod festum de præcepto in diem dominicam transferatur, « satis est ut Missam unam pro populo applicet parochus, quia duplici præcepto satisfieri potest per unum actum, si illo unico actu totum ponatur quod per alias leges præscribitur. » — *Cod., c. 339, § 2.*

1108. IV. Per se ipse Missam pro populo applicare debet parochus.

« Si ab ejus celebratione legitime impediatur, stans diebus applicet per alium.

» Si neque id præstare possit, quamprimum, vel per se ipse, vel per alium applicet alia die. » — *Cod., c. 466, § 1; et c. 339, § 4.*

1109. V. In ecclesia parochiali Missam pro populo celebrat, « nisi rerum adjuncta Missam alibi celebrandam impediunt aut suadeant ». — *Cod., c. 466, § 4.*

a) Legitime absens parochus « potest Missam pro populo applicare, vel ipse per se in loco in quo degit, vel per sacerdotem qui ejus vires gerat in parœcia ». — *Ibid., § 5.*

b) Et satisfacere potest per Missam privatam. — eoque parochus, pro cantu Missarum quas applicare pro

populo ex officio tenetur, stipendium aliquod legitimum percipere valeret. — *S. C. C., in Ligonen., 26 jul. 189.*

1110. VI. **Præteritas omissiones « supplere debet parochus qui ex ignorantia, errore, negligentia, aliave id genus causa, omiserit applicare Missam pro populo ».**

Obligatio enim simul *personalis* est et *realis*, neque in diei affixa est ut, die transacta, cesset præceptum. — *Cf. S. Cong. Conc., 14 dec. 1872.*

Ideo « *quam citius* pro populo tot applicet Missas quod omisit ». — *Cod., c. 466, § 1; et 339, § 6.*

Nec potest, ad satisfaciendum huic oneri, Missam in subsequenti festo ex *binatione* celebrandam applicare. — *S. C. Conc., in Vivarien., 5 mart. 1887.*

#### § IV. DE MISSARUM ELEEMOSYNIS SEU STIPENDIIS

1111. I. « **Sacerdoti cuilibet Missam celebranti applicanti licet eleemosynam seu stipendium recipere secundum « receptum et probatum Ecclesiæ morem atque institutum ».** — *Cod., c. 824, § 1.*

a) Equidem stipendium non potest esse pretium temporale pro Missa, vel pro fructu medio sacrificii Eucharistici; id enim esset *simoniacum*, ipsoque jure divino prohibitum;

Verum, ex natura rei, vel jure ecclesiastico, nihil obstat quominus sacerdos *in propriam sustentationem* aliquam donationem accipiat cui, ad instar *modi*, appositum sit onus celebrandi et applicandi missam secundum intentionem et voluntatem donatoris. — *Cf. Wernz, Jus decret., tom. 3, num. 537; — et Pii VI constit. Auctore fidei, 28 aug. 1794, n. 54.*

b) Nunquam tamen licet :

« 1<sup>o</sup> Missam applicare ad intentionem illius qui applicationem, oblata eleemosyna, petiturus est sed *nondum petiit*, et eleemosynam postea datam retinere pro Missa antea applicata;

» 2<sup>o</sup> Eleemosynam recipere pro Missa quæ *alio titulo* daretur et applicatur;

3<sup>o</sup> *Duplicem eleemosynam pro ejusdem Missæ applicatione accipere* ;

4<sup>o</sup> *Alteram recipere eleemosynam pro sola celebratione, alteram pro applicatione ejusdem Missæ, nisi certo stet unam stipem oblatam esse pro celebratione sine applicatione*. — *Cod., c. 825.*

### 1112. II. Quoties autem pluries in die celebrat,

a) « Si unam Missam ex titulo *justitiæ* applicet, mercedos, præterquam in die Nativitatis Domini, pro alia eleemosynam recipere nequit, excepta aliqua retributione titulo extrinseco ». — *Cod., c. 824, § 2. — Cf. S. C. C., Treviren., 23 mart. 1861.*

Unde, nec licet oneribus *fundationum* cum istis Missis satisfacere. — *S. C. C., 7 sept. 1889.*

b) Sed aliis quam *justitiæ* obligationibus satisfacere sunt presbyteri per applicationem alterius Missæ. Ideo qui, ratione alicujus *piæ sodalitatis* cui adscripti sunt, obligantur pro requie cujuslibet defuncti sodalis unam sam celebrare, possunt in diebus dominicis et festivis, in quibus unam Missam pro populo ex officio applicant, aut, si non sint parochi, alteri obligationi satisfaciunt, secundam Missam pro sodali defuncto applicare. — *S. C. C., 10 aug. 1881, et 5 mart. 1887.*

c) Quo die agitur sollemnis *Commemoratio omnium fidelium defunctorum*, ter sacrum facere non licet nisi ea ratione ut sacerdotes, una e tribus Missis ad intentionis defunctis eleemosynam celebrata, teneantur alteram Missam pro suffragium omnium fidelium defunctorum, tertiam ad intentionem Summi Pontificis applicare, nulla stipe percepta. — *Ben. XV constit. Incruentum altaris, 10 aug. 1915.* Mens autem *S. Pontificis* est ut omissa, varias ob causas cum ingenti animarum detrimento, suffragia aliquo modo suppleantur. — *Constit. cit.*

### 1113. III. Quod de jure communi illicitum est, in aliquo licitum fieri potest.

a) Sedes Apostolica nonnunquam permisit ut, stante

justa et gravi causa, presbyteri pro secunda Missa in celebranda eleemosynam accipere possent.

Plerumque tamen indultum non conceditur ut stipendium *privatæ* ipsius sacerdotis utilitati cedat, sed ut favorem alicujus pii operis impendatur, ex. gr. ad subveniendum necessitatibus Seminarii diœcesani, aut sacerdotum pauperum. — *Cf., ex. gr., S. C. Conc. indultum, Bredanen., 7 aug. 1909 (Acta, I, 767).*

b) Ordinariis *Missionum* facultas tributa est indulgendi justa et gravi causa intercedente, sacerdotes sibi subditi etiam pro secunda Missa in eadem die celebranda, stipendium percipere valeant. — *S. Cong. de Prop. fide, 15 oct. 1863.*

1114. IV. « Tot celebrandæ et applicandæ sunt Missæ, quot stipendia etiam exigua data et accepta fuerint » — *Cod., c. 828.*

a) « Licet *sine culpa* illius qui onere celebrandi gravatur, Missarum eleemosynæ jam perceptæ *perierint*, obligatio non cessat. » — *Cod., c. 829.*

b) « Præsumitur oblatorem petiisse *solam Missæ applicationem*; si tamen oblator expresse aliquas circumstantias in Missæ celebratione servandas determinaverit, sacerdos, eleemosynam acceptans, ejus voluntati stare debet. » — *Cod., c. 833.*

1115. V. Stipendia pro Missarum celebratione alia sunt ex foundationibus, alia dicuntur manualia.

a) Stipendia Missarum *manualia* habenda sunt « quæ a fidelibus pro Missis offeruntur, sive ex propria devotione, veluti ad manum, sive ex obligatione etiam perpetua a testatore propriis heredibus facta ». — *Cod. can. 826, § 1.*

b) *Ad instar manualium* « vocantur stipendia Missarum fundatarum quæ applicari non possunt in proprio loco, aut ab iis qui eas applicare deberent secundum tabulas foundationis, et ideo, de jure aut Sanctæ Sedis indulto aliis sacerdotibus tradendæ sunt ut iisdem satisfiat ». — *Ibid., § 2.*

c) Alia stipendia quæ ex foundationum redditibus recipiuntur, « appellantur *fundata* seu *Missæ fundatæ* ». *Ibid.*, § 3.

1116. VI. « Ordinarii loci est manualem Missarum stipem in sua diœcesi definire per decretum, quantum fieri potest, in diœcesana Synodo latum; nec sacerdoti licet ea majorem exigere. » — *Cod.*, c. 831, § 1.

a) « Ubi desit Ordinarii decretum, servetur consuetudo diœcesis. » — *Ibid.*, § 2. — *Cf. Trid.*, sess. XXII, observ.; — et *Bened. XIV constil. Quod expensis*, aug. 1748.

b) « Etiam *religiosi*, licet exempti, circa stipem manualem stare debent decreto Ordinarii loci aut diœcesis consuetudini. » — *Ibid.*, § 3. — *Cf. S. C. C.*, 7 maii 1905.

c) « Sacerdoti fas est oblatam ultro *majorem stipem* pro Missæ applicatione accipere; et, nisi loci Ordinarius prohibuerit, etiam *minorem*. » — *Cod.*, c. 832.

d) « Si quis pecuniæ summam obtulerit pro Missarum applicatione, *non indicans earundem numerum*, hic suppletur secundum eleemosynam loci in quo oblator moratur, nisi aliam fuisse ejus intentionem legitime præsumi debeat. » — *Cod.*, c. 830.

1117. VII. **Tempus ad manualium Missarum obligationes implendas,**

a) Si ab oblatore *expresse* præscriptum est, Missæ « eo vicino tempore sunt celebrandæ ». — *Cod.*, c. 834, § 1.

b) Si oblator *nullum tempus* pro Missarum manuali celebratione *expresse* præscripserit :

1<sup>o</sup> Missæ pro *urgenti causa* oblatae, quamprimum tempore utili sunt celebrandæ;

2<sup>o</sup> In aliis casibus, Missæ sunt celebrandæ intra modicum tempus, pro *majore vel minore* Missarum numero ».

*Ibid.*, § 2.

c) « Quod si oblator *arbitrio sacerdotis* tempus celebrationis *expresse* reliquerit, sacerdos poterit, tempore sibi magis placuerit, eas celebrare. » — *Ibid.*, § 3.

Sed « nemini licet tot Missarum onera per se celebrandarum recipere quibus *intra annum* satisfacere nequeat — *Cod., c. 835.*

d) In ecclesiis in quibus, ob fidelium peculiarem devotionem, Missarum eleemosynæ *ita affluunt* ut omnium Missæ celebrari ibidem debito tempore nequeant, « *maneantur fideles*, per tabellam in loco patenti et obvio positam, Missas oblatas celebratum iri vel ibidem, cum commode poterit, vel alibi ». — *Cod., c. 836.*

1118. VIII. **Sub exitum cujuslibet anni**, « omnes singuli administratores causarum piarum, aut quoquo modo ad Missarum onera implenda obligati, sive ecclesiastici sive laici, Missarum onera *quibus nondum fuerit satisfactum* suis Ordinariis tradant, secundum modum a his definiendum ». — *Cod., c. 841, § 1.*

Hoc autem tempus ita est accipiendum ut, « in Missis *ad inter manualium*, obligatio eas deponendi decurrat sine illius anni intra quem onera impleri debuissent

» In *manualibus* vero, post annum a die suscepti oneris salva diversa offerentium voluntate ». — *Ibid., § 2.*

1119. IX. **Qui Missas per alios celebrandas habet** « eas *quamprimum* distribuat ; sed tempus legitimum preparationum celebratione incipit a die quo sacerdos celebraturus *easdem receperit*, nisi aliud constet ». — *Cod., c. 837.*

a) Qui habent Missarum numerum de quibus si liceat libere disponere, « possunt eas tribuere *sacerdotibus sibi acceptis*, dummodo probe sibi constet eos esse omnino exceptione majores, vel testimonio proprii Ordinarii commendatos ». — *Cod., c. 838.*

b) Sed « qui Missas a fidelibus receptas aut quoquo modo suæ fidei commissas, *aliis* celebrandas tradiderint *obligatione tenentur* usque dum acceptatæ ab eisdem obligationis et recepti stipendii testimonium obtinuerint ». — *Cod., c. 839.*

1120. X. **Qui Missarum stipes manuales ad alios transmittit** « debet acceptas integre transmittere, nisi, a

lator expresse *permittat* aliquid retinere, aut certo constet excessum supra taxam diœcesanam datum fuisse *uitu personæ* ». — *Cod.*, c. 840, § 1:

a) « In Missis *ad instar manualium*, nisi obstat mensuratoris, legitime retinetur excessus, et satis est remittere solam eleemosynam manualementem diœcesis in qua Missa celebratur, si pinguis eleemosyna locum *pro parte* teneat tunc beneficii aut causæ piæ. » — *Ibid.*, § 2.

b) Item Parochi, pro *Missis nuptialibus vel exsequiis*, si eas aliis celebrandas committant, ordinariam tantummodo eleemosynam tradere possunt, retento pinguiori stipendio quod pro iisdem Missis specialiter fixum est, modo *ratione officii parochialis*, et propter officia parochiali beneficio inhærentia, eleemosyna pinguior, ut *jus ius*, concedatur. — *S. C. C.*, in *Trevir.*, 11 mai 1888.

c) Sed, procul dubio, si, in Missis casualibus vel funtibus, aliquid precise tribuatur pro *extraordinario* labore *itineris* vel *cantus*, vel pro incommodo *horæ*, id *totum* sacerdoti tribuendum est qui illum laborem expensasve oneris sustinet.

1121. XI. **Jus et officium advigilandi ut onera Missarum adimpleantur**, « in ecclesiis *sæcularium* pertinet ad Episcopum Ordinarium ; in *religiosorum* ecclesiis, ad eorum Superiores ». — *Cod.*, c. 842.

a) Rectores ecclesiarum aliorumque piorum locorum, in quibus *sæcularium* sive *religiosorum*, in quibus eleemosynas recipi solent, « *peculiarem* habeant *librum* in quo accurate notent Missarum receptarum numerum, intentionem, eleemosynam, celebrationem ». — *Cod.*, c. 843,

Ordinarii tenentur obligatione singulis saltem annis huiusmodi libros, sive per se ipsi sive per alios, recensendi. » — *Ibid.*, § 2.

b) Ordinarii quoque locorum et Superiores religiosi qui prius subditis aliisve Missas celebrandas committunt, quas acceperint Missas cum suis eleemosynis cito in

*librum per ordinem referant, curentque pro viribus u quamprimum celebrentur* ». — *Cod., c. 844, § 1.*

c) « Imo, *omnes sacerdotes, sive sæculares sive religiosi, debent accurate adnotare quas quisque Missarum intentiones receperit, quibusve satisfecerit.* » — *Ibid., § 2.*

1122. XII. « **Quælibet etiam species negotiationis vel mercaturæ** » a stipe Missarum omnino arceatur. — *Cod., c. 827.*

a) Ideoque vetitum est « Missarum obligationes et ipsarum eleemosynas a fidelibus vel locis piis acceptas tradere *bibliopolis et mercatoribus, diariorum et ephemericis, administratoribus, etiamsi religiosi viri sint, nec non venditoribus sacrorum utensilium et indumentorum* quamvis pia et religiosa Instituta, et generatim quibuslibet, etiam ecclesiasticis viris, qui Missas requirant, non taxative ut eas celebrent sive per se sive per sacerdotes sibi subditos, sed ob alium quemlibet, quamvis optimum finem.

» Constitit enim id effici non posse nisi aliquod *commercii* genus cum eleemosynis Missarum agendo, aut eleemosynas ipsas *imminuendo* : quod utrumque omnino præcaveri debere S. Congregatio censuit. » — *S. C. Congregatio de disciplina sacrorum, decret. Ut debita, 11 maii 1904, art. 8.*

b) Qui contra hoc præscriptum *deliquerint*, « a Ordinario pro gravitate culpæ *puniantur*, non exclusa, si res ferat, suspensione aut beneficii vel officii ecclesiastici privatione, vel, si de laicis agatur, excommunicatione » — *Cod., c. 2324.*

1123. XIII. **Iisdem pœnis obnoxii sunt qui tot Missas non celebraverint quot stipendia accepta, vel acceptas eleemosynas ad alios *integre* non transmiserint ad nominatam** can. 840, § 1. — *Ibid.*



## ARTICULUS III

## DE CATECHETICA INSTITUTIONE

1124. I. « **Proprium ac gravissimum officium**, pasto-  
præsertim animarum, est catechetica[m] populi chris-  
institutionem curare. » — *Cod., c. 1329.* — Debet  
parochus :

a) « Statis temporibus, continenti per plures dies  
tutione, pueros ad sacramenta *pœnitentiæ* et *confir-*  
*onis* rite suscipienda singulis annis præparare ;

b) » Peculiari omnino studio, præsertim, si nihil obsit,  
dragesimæ tempore, pueros sic instituere ut sancte  
ta *primum* de altari libent. » — *Cod., c. 1330.*

c) Præter hanc puerorum institutionem « parochus  
omittat pueros, qui primam communionem recenter  
perint, *uberius ac perfectius* catechismo excolere ». —  
, *c. 1331.*

d) « Diebus dominicis allisque festis de præcepto, ea  
quæ suo iudicio magis apta sit ad populi frequen-  
, debet insuper parochus catechismum *fidelibus*  
*tis*, sermone ad eorum captum accommodato, expli-  
» — *Cod., c. 1332.*

enim, « hac præsertim tempestate, grandior ætas,  
secus ac puerilis, religiosa eget institutione ». —  
*X enc. Acerbo nimis, 15 apr. 1905.*

icimus equidem, aiebat Pius X, ejusmodi radendæ christianæ  
inæ munus haud paucis invidiosum esse, quod *minoris vulgo*  
*etur*, nec forte ad popularem laudem captandam aptum. Nos  
hoc esse iudicium eorum censemus qui levitate magis quam  
te ducuntur.

ratores profecto sacros, qui sincero divinæ gloriæ studio, vel  
candæ tuendæque fidei, vel Sanctorum laudationibus dent ope-  
*probandos* esse non recusamus ; verum illorum labor laborem  
*prævium desiderat*, scilicet catechistarum ; qui si deest,  
*menta desunt*, atque in vanum laborant qui ædificant do-  
» — *Encyc. Acerbo nimis.*

1125. II. **Aliorum opera parochus uti potest in religiosa puerorum institutione.**

a) « Imo, si legitime sit impeditus, debet operam accipere clericorum in parœciæ territorio degentium, etiam, si necesse sit, piorum laicorum, potissimum illorum qui in pium sodalitium *doctrinæ christianæ*, alius simile in parœcia erectum, adscripti sint. » — *Canon. 1333, § 1.*

b) « Presbyteri aliique clerici, nullo legitimo impedimento detenti, proprio parochus in hoc sanctissimo officio *adjutores* sunt, etiam sub pœnis ab Ordinario infligendis. » — *Ibid., § 2.*

c) Et « si, Ordinarii loci iudicio, *religiosorum* alium ad catechetica populi institutionem sit necessarium, Superiores religiosi, etiam exempti, ab eodem Ordinario requisiti, tenentur, per se vel per suos subditos religiosos, sine tamen regularis disciplinæ detrimento illam populo tradere, præsertim in propriis ecclesiis » — *Cod., c. 1334.*

1126. III. **Parentes, aliique qui parentum locum tenent, heri quoque ac patrini :**

a) « Obligatione adstringuntur *curandi* ut omnes subditi vel commendati catechetica institutione erudiantur ». — *Cod., c. 1335.*

b) Et « subsunt *excommunicationi latæ sententiæ* Ordinario reservatæ, parentes, vel parentum locum tenentes, qui liberos in *religione acatholica* educandos instituendos *scienter* tradunt. » — *Cod., c. 2319, § 1, n. 1.*

1127. IV. « **Non imparati catechesis præceptis habeant** » cœlestis doctrinæ præcones, sed « diligenti peritiam adhibita præparatione ». — *Pii X encyc. Acerbo ni. 15 apr. 1905.*

« Nec ex simplicitatis studio persuadeat quis sibi in hoc genere tractando nullo labore nullaque meditatione opus esse ; quin *maiores* plane quam quodvis genus aliud requirit. Facilius

reperire oratorem qui copiose dicat ac splendide, quam catechismi qui præceptionem habeat omni ex parte laudabilem....

Falluntur sane qui, plebis imperitia ac tarditate fisi, hac in re *diligentius* agere se posse autumant. E contrario, quo quis rures nactus sit auditores, eo majore studio ac diligentia utatur et, ut sublimissimas veritates, adeo a vulgari intelligentia remotas, ad obtusiorum imperitorum aciem accommodent, quibus æque sapientibus, ad æternam beatitudinem adipiscendam sunt necessæ. » — *Ibid.* — *Cf. conc. provinc. Turonen., an. 1849, decret. 14 ; Pii X enc. Pieni l'animo, 28 jul. 1906.*

## ARTICULUS IV

### DE SACRIS CONCIONIBUS

1128. **I. Omnes quibus cura animarum commissa est** tenentur, et quidem *jure divino*, « oves suas verbi divini predicatione pascere ». — *Trid., sess. 23, cap. 1, De ref.* — *sess. 24, cap. 4 et 7, De ref.* — Ideo :

a) « Diebus dominicis, ceterisque per annum festis decepto, proprium cujusque parochi officium est, *contra homilia*, præsertim intra Missam in qua major soleat esse populi frequentia, verbum Dei populo nuntiare. » — *l. c. 1344, § 1.* — *Cf. Pii X enc. Acerbo nimis.*

b) « Parochus huic obligationi nequit per alium *habilitate* satisfacere, nisi ob justam causam ab Ordinario approbatam. » — *Ibid., § 2.*

c) « Potest Ordinarius permittere ut, sollemnioribus quibusdam festis, aut etiam, ex justa causa, *aliquibus diebus dominicis*, concio omittatur. » — *Ibid., § 3.*

d) « Curent locorum Ordinarii ut tempore *Quadragesime*, itemque, si id expedire visum fuerit, tempore *Adventus*, in ecclesiis cathedralibus et parochialibus sacre predicationes *frequentius* ad fideles habeantur. » — *Cod., l. c. 1346, § 1.*

*Canonici*, alique de Capitulo, huic concioni, si in propria ecclesia continuo post chorum habeatur, interesse tenentur, nisi justo impedimento detineantur; et illos Ordinarius, pœnis quoque imminutis, ad id adigere potest. » — *Ibid., § 2.*

e) Ad idem officium refertur *obligatio denuntiandi* dies per hebdomadam sollemnes ; vigiliis ac jejunia, qua incidant ; stationes ac indulgentias quæ ecclesia loci pie adeuntibus, aliave exercitia ineunte hebdomada peragentibus, decretæ sunt ; novendiales vel triduales preces, aliave id genus obeunda ; matrimonia parochianis contrahenda ; ordinationes clericorum qui majores Ordines promovendi sunt ; Ordinarii mandata, etc. — *Trid., sess. 25, De delectu cib., etc.* — *Conc. Pii V, Cum primum, 1 apr. 1566* ; — *Sixti V, Providentia, 29 apr. 1589* ; — *Sac. Cong. Indulg. litt., 10 apr. 1907.* Cf. num. 621, sq.

1129. II. In omnibus ecclesiis vel oratoriis publicis in quibus Missæ, fidelibus adstantibus, celebrantur « *optandum* ut brevis Evangelii aut alicujus partis doctrinæ christianæ explanatio fiat ». — *Cod., c. 1345.*

« Quod si loci Ordinarius id *præceperit*, opportunis doctrinæ instructionibus, hac lege tenentur non solum sacerdotes clericali, sed etiam *religiosi*, exempti quoque, in suis ipsorum ecclesiis. » — *Ibid.*

Obligatio enim urget Episcopum edocendi plebem sibi commissa tam fidei rudimenta ; plebs autem si ad ecclesias Regularium exemptas *confluat*, cum nequeat Episcopus eam cogere ut ad ecclesiam parochialem accedat, superest ut ecclesia Regularium, etiam exempta, Episcopali statuto se accommodet. — Cf. *Bened. XIII, const. Etsi minime, 7 feb. 1742* ; et *S. C. C., 2 mart. 1861* ; 15. 1882.

1130. III. Sacerdotes extradiecesani, sive sæculares sive religiosi, « ad concionandum ne invitentur nisi prius *licentia* ab Ordinario loci, in quo concio habenda ; si obtenta fuerit ;

a) » Hic autem, nisi eorum idoneitatem aliunde comprobantem habeat, licentiam ne concedat nisi prius *bonum testimonium* super concionatoris doctrina, pietate, moribus, a proprio ejusdem Ordinario habuerit ; qui, gravi onerata conscientia, secundum veritatem respondere tenetur. » — *Cod., c. 1341, § 1.*

b) « Licentiam *tempestive* petere debet *parochus*, si petitur de parœciali ecclesia aliave eidem subjecta ; *moderator ecclesiæ*, si de ecclesia parochi auctoritati non noxia ; *prima Dignitas*, de Capituli consensu, si de ecclesia capitulari ; moderator seu *cappellanus confraternitatis*, si de ecclesia ejusdem confraternitatis propria. »  
*Ibid.*, § 2.

c) Si ecclesia parœcialis sit simul *capitularis* aut *confraternitatis* propria, « ille licentiam petat qui sacras functiones jure peragit ». — *Ibid.*, § 3. — *Cf. n. 621; et S. Cong. consist. decret., 28 jun. 1917, cap. 1.*

1131. IV. « **Monendi et exhortandi diligenter fideles ut ut sacris concionibus frequenter intersint.** » — *Cod.*, c. 1348.

a) Equidem Ordinarius non potest subditos *adigere* concionem audiendam in propria parœcia. Sublata enim obligatione Missam audiendi in propria parœcia, iterum sublata est obligatio auscultandi proprium parochum ad suum populum verba facientem. — *Cf. Ben. XIV, Syn., lib. 11, cap. 14.*

b) Verumtamen *monendi* sunt item fideles « ut frequenter, *ubi commode fieri possit*, ad suas parœciales ecclesias accedant, ibique divinis officiis intersint, et verbum Dei audiant ». — *Cod.*, c. 467.

1132. V. « **In sacris concionibus exponenda in primis sunt quæ fideles credere et facere ad salutem oportet.** » — *Cod.*, c. 1347, § 1.

a) Nam quæ sacræ prædicationis sint propria « Christus Dominus tunc aperuit cum ait : *Prædicate Evangelium.... docentes eos servare omnia quæcumque mandavi vobis.* Ad quæ verba apte S. Thomas : *Prædicatores debent prædicare in credendis, dirigere in operandis, vitanda manifestare, et, modo comminando, modo exhortando, variis modis prædicare....*

Ex quibus perspicuum fit : Symbolum Apostolorum, divinum Verbum, Sacramentum, Ecclesiæ præcepta, Sacramenta, virtutes ac vitia, sua

cujusque conditionis officia, novissima hominis, et cetera hujusmodi æterna vera, hæc esse propria argumenta de quibus oporteat concionari. » — *S. C. Ep. et Reg. Instr. de sacra prædic.*, 31 jul. 1894 a Pio X commendata, constitutione « *Sacrorum Antistitum* », 1 sept. 1910 (*Acta*, II, 672).

Non autem probandi sunt « ii prædicatores qui quædam christianæ doctrinæ capita, ne fastidio sint audientibus, *non audent* attingere. Num medicus quisquam inutilia remedia dabit ægrotanti quia is ab utilibus abhorreat? Ceterum inde probatur oratoris virtus et facultas si quæ ingrata sunt ea grata dicendo reddiderit. » — *Bened. XV enc. Humani generis*, 15 jun. 1917, § *Sed ut ad Paulum* — *Cf. S. Cong. Consist. decret.*, 28 jun. 1917, cap. 3.

b) « Divini verbi præcones abstineant *profanis* aut *abstrusis* argumentis communem audientium captum excedentibus; et evangelicum ministerium, *non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis*, non in profano inanis et ambitiosæ eloquentiæ apparatu et lenocinio sed in ostensione spiritus et virtutis exercent, non semetipsos, sed Christum crucifixum prædicantes. » — *Cod. can. 1347*, § 2. — *Cf. Bened. XV encyc. Humani generis* § *Quæ autem*; et *S. C. Consist. decret.*, 28 jun. 1917, n. 19, sq.

c) « Eloquentiæ sacræ *fons* facile princeps » est *Biblia*. « Quam obrem ii dicendi sunt præpostere improvideque facere qui ita conciones de religione habent et præcepta divina enuntiant nihil ut ferre afferant nisi humanæ scientiæ et prudentiæ verba, *suis* magis argumentis quam *divinis* innixi. Istorum scilicet orationem, quantumvis nitentem luminibus, languescere et frigere necesse est, utpote quæ igne careat sermone Dei, eandemque longe abesse ab illa qua divinus sermo pollet virtute. » — *Leonis XIII const. Sacr. Antistitum*

d) « Sermones autem, seu *conferentiæ* quæ propositam habent *religionis tuitionem* contra hostiles impugnationes, etsi quandoque necessarii, non omnium tamen humeris apti sunt, sed validioribus. Atque ipsis quidem oratoribus eximiis magna est adhibenda cautela, quod ejusmodi defensiones haberi non decet nisi ubi tempus aut locus aut audientium conditio eas *necessario* postulent, spesque adsit non fore fructu vacuas: cujus rei iudicium legitimum pene Ordinarios esse ambiget nemo. » — *Ibid.*

e) « Caveant catholici ne disputationes vel collationes, publice præsertim, *cum acatholicis* habeant, sine venia Sanctæ Sedis aut si casus urgeat, loci Ordinarii. » — *Cod.*, c. 1325, § 3.

1133. VI. **Negligente parochi**, « **provida pastoralis** **isceptorum sollicitudo non desit**, ne illud impleatur : *rvuli petierunt panem, et non erat qui frangeret eis* ». *Trid., sess. 5, cap. 2, De ref.*

Ideoque, si parochus puerorum populi que institutionem, ncionem diebus dominicis ceterisque festis *graviter ne-* *ixerit*, « ab Ordinario coerceatur ad normam can. 2182- *85* ». — *Cod., c. 2382. — Cf. n. 1146, sq.*

## ARTICULUS V

### DE AGNOSCENDIS ET TUENDIS OVIBUS

1134. I. « **Præcepto divino mandatum est omnibus** **bus animarum cura commissa est, oves suas agnos-** **e.** » — *Trid., sess. 23, cap. 1, De ref. — Cf. Cod., c. 467.*

a) « *Habeat parochus libros parœciales, idest librum* *baptizatorum, confirmatorum, matrimoniorum, defuncto-* *m ; etiam librum de statu animarum accurate conficere* *o viribus curet ;*

b) *Et omnes hos libros, secundum usum ab Ecclesia pro-* *tum vel a proprio Ordinario præscriptum, conscribat* *diligenter asservet.* » — *Cod., c. 470, § 1.*

b) « *In libro baptizatorum adnotetur quoque si bap-ti-* *us confirmationem receperit, matrimonium contraxerit,* *sacrum subdiaconatus ordinem susceperit, vel profes-* *nam sollemnem emiseric, æque adnotationes in docu-* *nta accepti baptismatis semper referantur.* » — *d., § 2. — Cf. n. 615, b ; et 1048, b.*

c) « *In fine cujuslibet anni, parochus authenticum* *mplar librorum parœcialium ad Curiam episcopalem* *msmittat, excepto libro de statu animarum.* » — *d., § 3.*

d) « *Parœciali utatur sigillo, habeatque tabularium,* *archivum, in quo memorati libri custodiantur una* *a Episcoporum epistolis, aliisque documentis, necessi-* *s vel utilitatis causa servandis ;*

*Quæ omnia, ab Ordinario vel ejus delegato, visita-*

tionis vel alio opportuno tempore inspicienda, religiose caveat ne ad extraneorum manus perveniant. » — *Ibid.*, § 4

e) « Parochus qui parœciales libros diligenter, ad normam juris, *non conscripserit aut servaverit*, a proprio Ordinario pro gravitate culpæ puniatur. » — *Cod. can.* 2383. — *Cf. n.* 847, e ; et n. 850.

1135. II. « **Parochus diligenter advigilet** ne quid contra fidem ac mores in sua parœcia, præsertim in scholis publicis et privatis, tradatur, et opera caritatis, fidei ac pietatis foveat aut instituat. » — *Cod.*, c. 469.

Ejus beneficia caritatis « multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, quam miserrima exspectat ; vel maxime exspectant densi adolescentium greges, fallaciis undique cincti corruptelis ». Igitur « sublevando, tutando, medendo, pacificando hoc demum velit ac propemodum sitiatur « lucrari vel obstringere animas Christo ». — *Pii X encyc. Hærent animo*, 4 aug. 1908.

a) « Ordinarii locorum, alique curam animarum habentes, opportune *moneant fideles* de periculo et damnalectionis librorum pravorum, præsertim prohibitorum. » — *Cod.*, c. 1405, § 2. — *Cf. n.* 629, sq.

b) Et debet parochus *inquisitiones* facere, ne plures eum lateant, aut non tempestive ad ejus notitiam perveniant, quæ per opportunas correctiones et *paternas* admonitiones e medio auferri possunt.

1136. III. **Quæcumque rei catholicæ provehendæ instituta sunt, vel instituentur**, ipse adjuvare aut amplificare non recuset.

a) « *Tout restaurer dans le Christ* a toujours été la devise de l'Église, et c'est particulièrement la Nôtre, dans les temps périlleux que Nous traversons : restaurer toutes choses, non d'une manière quelconque, mais dans le Christ ; *ce qui est sur la terre et ce qui est dans le ciel (Éphes., 1, 10)*, ajoute l'Apôtre : restaurer dans le Christ, non seulement ce qui incombe directement à l'Église par la vertu de sa divine mission qui est de conduire les âmes à Dieu, mais encore, comme Nous l'avons expliqué, ce qui découle spontanément de cette divine mission, la civilisation chrétienne dans l'ensemble de tous et de chacun des éléments qui la constituent.



b) » Et, pour Nous arrêter à cette seule dernière partie de lauration désirée, vous voyez bien, Vénérables Frères, quel appui portent à l'Église ces troupes choisies de catholiques qui se proposent précisément de réunir ensemble toutes leurs forces vives : combattre, par tous les moyens justes et légaux, la civilisation chrétienne ; réparer les désordres si graves qui en dérivent ; placer Jésus-Christ dans la famille, dans l'école, dans la société ; établir le principe de l'autorité humaine comme représentant de Dieu ; prendre souverainement à cœur les intérêts du peuple et particulièrement ceux de la classe ouvrière et agricole, non seulement en inculquant au cœur de tous le principe religieux, la source vraie de consolation dans les angoisses de la vie, mais en s'efforçant de sécher leurs larmes, d'adoucir leurs peines, d'améliorer leur condition économique par de sages mesures ; s'employer, conséquemment, à rendre les lois publiques conformes à la justice, à corriger ou supprimer celles qui ne le sont pas ; défendre enfin et soutenir avec un esprit vraiment catholique les droits de Dieu en toutes les choses et les droits non moins sacrés de l'Église.

c) » L'ensemble de toutes ces œuvres, dont les principaux soutiens et promoteurs sont des laïques catholiques, et dont la conception varie suivant les besoins propres de chaque nation et les circonstances particulières de chaque pays, constitue précisément ce que l'on a coutume de désigner par un terme spécial et assurément noble : *Action catholique* ou *Action des catholiques*. Elle est toujours venue en aide à l'Église, et l'Église l'a toujours accueillie favorablement et bénie, bien qu'elle se soit diversement exercée selon les époques. » — *Pii X enc. Il fermo proposito, 11 jun. 1905.*

1137. IV. « Il importe de bien définir les œuvres pour lesquelles les forces catholiques se doivent dépenser avec toute énergie et constance. Ces œuvres doivent être d'une importance si évidente, répondre de telle sorte aux besoins de la société actuelle, s'adapter à ses intérêts moraux et matériels, surtout ceux du peuple et des classes déshéritées, que, tout en excitant la meilleure activité des promoteurs de l'action catholique pour les résultats importants et certains qu'elles font espérer d'elles-mêmes, elles soient par tous facilement comprises et volontiers accueillies.

a) » Précisément, parce que les graves problèmes de la vie sociale d'aujourd'hui exigent une solution prompte et sûre, tout le monde a le plus vif intérêt à savoir et connaître les divers modes par lesquels ces solutions se présentent en pratique. Les discussions dans un sens ou dans l'autre se multiplient de plus en plus et

se répandent facilement au moyen de la presse. Il est donc souverainement nécessaire que l'action catholique saisisse le moment opportun, marche en avant avec courage, propose elle aussi sa solution et la fasse valoir par une propagande ferme, active, intelligente, disciplinée, capable de s'opposer directement à la propagande adverse.

b) » La bonté et la justice des principes chrétiens, la droiture morale que professent les catholiques, leur entier désintéressement pour ce qui leur est personnel, la franchise et la sincérité avec laquelle ils recherchent uniquement le vrai, le solide, le suprême bien d'autrui, enfin leur évidente aptitude à servir mieux encore que les autres les vrais intérêts économiques du peuple, tout cela ne peut manquer de *faire impression sur l'esprit et le cœur* de tous ceux qui les écoutent, d'en grossir les rangs de manière à faire d'eux un corps solide et compact, capable de résister vigoureusement à tout courant contraire et de tenir les adversaires en respect.

c) » Ce besoin suprême, Notre Prédécesseur Léon XIII, de saint mémoire, le perçut pleinement en indiquant, surtout dans la mémorable Encyclique *Rerum novarum* et dans d'autres documents postérieurs, l'objet autour duquel doit principalement se déployer l'action catholique, à savoir *la solution pratique de la question sociale selon les principes chrétiens*.

» Et Nous-même, suivant ces règles si sages, Nous avons, dans Notre *Motu proprio* du 18 décembre 1903, donné à l'action populaire chrétienne, qui comprend en elle tout le mouvement catholique social, une constitution fondamentale qui pût être comme la règle pratique du travail commun et le lien de la concorde et de la charité.

» Sur ce terrain donc, et dans ce but très saint et très nécessaire, doivent avant tout se grouper et s'affermir les œuvres catholiques variées et multiples de forme, mais toutes également destinées à promouvoir efficacement le même bien social. » — *Ibid.*

1138. V. « Pour que cette action sociale se maintienne et prospère avec la nécessaire cohésion des œuvres diverses qui la composent, il importe par-dessus tout que les catholiques observent entre eux une *concorde exemplaire* ; et, par ailleurs, on ne l'obtient jamais s'il n'y a en tous une unité de vues. Sur une telle nécessité il peut y avoir aucune sorte de doute, tant sont clairs et évidents les enseignements donnés par cette Chaire apostolique, tant est vive la lumière qu'ont répandue, sur ce sujet, par leurs écrits, les pasteurs remarquables catholiques de tous les pays, tant est louable l'exemple

— plusieurs fois proposé par Nous-même — des catholiques d'autres nations, qui, précisément par cette concorde et cette unité de vues, ont, en peu de temps, obtenu des fruits féconds et très consolants !

a) » Pour assurer ce résultat, parmi les diverses œuvres également dignes d'éloge, on a constaté ailleurs la singulière efficacité d'une institution de caractère général qui, sous le nom d'*Union polaire*, est destinée à réunir les catholiques de toutes les classes sociales, mais spécialement les grandes masses du peuple, autour d'un centre unique et commun de doctrine, de propagande et d'organisation sociale....

b) » Ce *centre social* ainsi établi, toutes les autres institutions de caractère économique, destinées à résoudre pratiquement et sous des aspects variés le problème social, se trouvent comme spontanément *groupées* ensemble pour le but général qui les unit ; ce qui ne s'empêche pas de prendre, suivant les divers besoins auxquels elles pourvoient, des *formes diverses* et des moyens d'action différents, comme le réclame le but particulier de chacune d'elles.... » — *Pii X encyc. Il fermo proposito.*

1139. VI. « En outre, pour que l'action catholique soit de tous côtés efficace, il ne suffit pas qu'elle soit proportionnée aux nécessités sociales actuelles ; il convient encore qu'elle soit *mise en valeur* par tous les moyens pratiques que lui fournissent aujourd'hui le *progrès des études sociales et économiques*, les expériences déjà faites ailleurs, les conditions de la société civile, la vie publique même des États. Autrement l'on s'expose à marcher longtemps à l'aveugle, à la recherche de choses nouvelles et *hasardées*, alors que l'on en a sous la main de bonnes et *certaines* qui ont déjà fait suffisamment leurs preuves ; ou bien l'on court encore le danger de proposer des institutions et des méthodes qui convenaient peut-être à d'autres époques, mais qui aujourd'hui ne sont pas comprises par le peuple ; on risque enfin de s'arrêter à mi-chemin parce qu'on n'use pas, même dans la mesure légitime, de ces *droits de citoyen* que les constitutions civiles modernes offrent à tous, et par conséquent même aux catholiques. » — *Pii X encyc. cit.*

1140. VII. « Et, pendant que Nous montrons à tous la ligne de conduite que doit suivre l'action catholique, Nous ne pouvons dissimuler, Vénérables Frères, le **sérieux péril** auquel la condition des temps expose aujourd'hui le clergé : c'est de donner une **excessive importance aux intérêts matériels du peuple en négligeant les intérêts bien plus graves de son ministère sacré.**

a) » Le prêtre, étant au-dessus des autres hommes pour remplir la mission qu'il tient de Dieu, doit se maintenir également *au-dessus de tous les intérêts humains*, de tous les conflits, de toutes les classes de la société. *Son propre champ d'action est l'Église* où, ambassadeur de Dieu, il prêche la vérité et inculque, avec le respect des droits de Dieu, le respect aux droits de toutes les créatures.

b) » En agissant ainsi il ne s'expose à aucune opposition, *n'apparaît pas homme de parti*, soutien des uns, adversaire des autres ; et, pour éviter de heurter certaines tendances, ou, pour ne pas exciter sur beaucoup de sujets les esprits aigris, il ne se met pas en péril de *dissimuler la vérité* ou de *la taire*, manquant dans l'un et l'autre cas à ses devoirs ; sans ajouter que, amené à traiter bien souvent des choses matérielles, il pourrait se trouver impliqué solidairement dans des *obligations* nuisibles à sa personne et à la dignité de son ministère. » — *Ibid.*

#### 1141. VIII. Soumission nécessaire à l'autorité ecclésiastique

a) « Toutes les œuvres qui viennent *directement* en aide au ministère spirituel et pastoral de l'Église, et qui, par suite, se proposent une *fin religieuse* visant directement le bien des âmes, doivent, dans tous leurs détails, être *subordonnées à l'autorité de l'Église* et, partant, également à l'autorité des évêques, établis par l'Esprit Saint pour gouverner l'Église de Dieu dans les diocèses qui leur ont été assignés.

» Mais, *même les autres œuvres*, qui, comme Nous l'avons dit, sont principalement fondées pour restaurer et promouvoir dans le Christ la vraie civilisation chrétienne, et qui constituent, dans le sens donné plus haut, l'*action catholique*, ne peuvent nullement se concevoir indépendantes du conseil et de la haute direction de l'autorité ecclésiastique, d'autant plus d'ailleurs qu'elles doivent toutes se conformer aux principes de la doctrine et de la morale chrétiennes, et qu'il est bien moins possible encore de les concevoir en opposition plus ou moins ouverte avec cette même autorité.

b) » Il est certain que de telles œuvres, étant donnée leur nature, doivent se mouvoir avec la *liberté* qui leur convient raisonnablement, puisque c'est sur elles-mêmes que retombe la responsabilité de leur action, surtout dans les affaires *temporelles et économiques* ainsi que dans celles de la *vie publique*, administrative ou politique, toutes choses étrangères au ministère purement spirituel. Mais, puisque les catholiques portent toujours la bannière du Christ, par cela même *ils portent la bannière de l'Église* ; et il es

ne raisonnable qu'ils la reçoivent des mains de l'Église, que l'Église veille à ce que l'honneur en soit toujours sans tache, et à l'action de cette vigilance maternelle les catholiques se soumettent en fils dociles et affectueux. » — *Pii X enc. Il fermo proposito*, 11 jun. 1905. — *Cf. Instr. card. Secret. Status, ad Episcopos Gallicæ*, 28 jul. 1904 ; — *Leonis XIII enc. Depuis le jour, ad Episcopos Gallicæ*, 8 sept. 1899 ; — et *Pii X enc. Pieni l'animo, ad Episcopos Italicæ*, 28 jul. 1906.

c) His consonat Pii X epistola ad *Aloysium Durand*, præsidem unionis mensarum ad rucolarum et opificum mutationes, 17 apr. 1900 : « Vous voulez très justement que les procédés d'action sociale soient capables de réaliser un grand bien par le maniement des instruments économiques et par la formation des élites, s'écartent résolument du *pernicieux principe* de la *neutralité religieuse*, et revêtent un *caractère catholique* plein de précision et de netteté, dans une union disciplinée. » — *Acta*, II, 311.

Non aliter Leo XIII : « Catholicos homines inire cœtus ad meliora ubi paranda, aliaque similiter instituta invehere, Nos nunquam certati sumus quin pariter moneremus hæc *religione auspice* fierent, que *adjutrice et comite*. » — *Enc. Graves de communi*, 18 jan. 1901.

1142. IX. **Christianam juventutis institutionem** instantissimo studio fovere debet parochus, puerosque liberare a contagione *scholarum* in quibus *animarum ruina* vitari non potest. — *Cf. n. 642, sq.*

Nam, « cum de fingenda probe adolescentia agitur, nulla opera potest nec labor suscipi, quin etiam sint suscipienda majora ». — *Leonis XIII enc. Sapienticæ christianæ*.

Item debet benigno favore prosequi omnes virorum ac mulierum *religiosas adsocialiones* aut confraternitates christianæ, ad integritatem doctrinæ catholicæ conservandam, disciplinamque evangelicam moribus retinendam, valere debeantur. — *Cf. n. 1364, sq.*

## ARTICULUS VI

### DE CURA ET VISITATIONE INFIRMORUM

1143. I. « **Sedula cura et effusa caritate** debet parochus ægrotos in sua parœcia, maxime verò *morti proximos*,

adjuvare, eos sollicitè Sacramentis reficiendo, eorumque animas Deo commendando. » — *Cod.*, c. 468.

1144. II. **Benedictionem Apostolicam cum indulgentia plenaria in articulo mortis** potest concedere parochus, *aliusve sacerdos* qui infirmis adsistat. « Quam benedictionem impertiri ne omittat ». — *Cod.*, c. 468, § 2.

Hæc concedenda est « secundum formam a probatis liturgicis libris traditam ». — *Ibid.* — *Cf. Rituale Breviarum Rom.*; — *et Ben. XIV constit. Pia Mater* 5 apr. 1747. — Porro :

a) *Conditiones* appositæ sunt : ut infirmus, « veniens poenitens et confessus, ac S. Communione refectus, veniens quatenus id facere nequiverit, saltem contritus, nomen *Jesu* ore si potuerit, sin minus corde, devote invocaverit, et mortem, tanquam peccati stipendium, de manu Domini patienti anima acceperit ».

b) Attamen, benedictio in articulo mortis cum indulgentia plenaria, iis etiam impertienda est qui, postquam dederint signa contritionis, *linguæ ceterorumque sensuum usu sunt destituti*, aut in delirium vel amentiam inciderunt. — *Bened. XIV constit. Pia mater*.

c) Benedictio in articulo mortis dari potest etsi mortis non sit adhuc *imminens*, et sufficit si infirmus in periculo mortis versetur. — *S. C. Indulg.*, 19 dec. 1885.

d) *Unica* benedictio cum indulgentia plenaria moribundis dari potest, eodem permanente mortis periculo nec obstat si, benedictione concessa, infirmitas adhuc valde *perduraverit*, aut si ægrotus in *peccato mortali* illam recepisset, vel postea *relapsus* fuisset; indulgentia enim lucratur momento mortis, non autem quando benedictio datur. — *S. C. Indulg.*, 20 jun. 1836.

1145. III. **Summus Pontifex Pius X benigne concessit** ut omnes Christifideles qui, die ab eisdem eligendo sacramentali confessione rite expiati, sacraque Synaxi refecti, cum vero charitatis in Deum affectu *sequenter*

um ediderint, plenariam indulgentiam in ipso mortisculo lucrari valeant :

*Domine Deus meus, jam nunc quodcumque mortis genus prout placuerit, cum omnibus suis angoribus, pœnis ac doloribus, manu tua æquo ac libenti animo suscipio.* » — S. C. Rit., 9 mart. — Cf. S. C. S. Offic. decret., 16 nov. 1916 (Acta, IX, 228).

## ARTICULUS VII

### DE MODO PROCEDENDI CONTRA PAROCHUM IN ADIMPLENDIS OFFICIIS NEGLIGENTEM

Si parochus *graviter neglexerit* Sacramentorum administrationem, infirmorum assistentiam, puerorum popule institutionem, concionem diebus dominicis ceterisque festis, custodiam ecclesiæ parœcialis, sanctissimæ Eucharistiæ, sacrorum oleorum, ab Ordinario coerceatur » normam sequentium canonum. — *Cod.*, c. 2382.

1146. I. **Episcopus moneat parochum** qui officia parœcialia, de quibus supra, graviter neglexerit aut violaverit, « in memoriam ejus revocans et *strictam obligationem* qua ejus conscientia oneratur, et *pœnas* in hæc verba facta jure statutas ». — *Cod.*, c. 2182. — Cf. n. 183.

1147. II. « **Si parochus sese non emendaverit**, Episcopus eum *corripiat*, et aliqua congrua *pœna* pro gravissimæ culpæ puniat, postquam, auditis duobus examinatis, et facta parocho sese defendendi facultate, *probaverit* prædicta parœcialia officia, etiam atque *in*, per notabile tempus, in re gravis momenti, præmissa aut violata fuisse, et eorundem omissiones aut violationes nulla justa causa excusari. » — *Cod.*, c. 2183.

1148. III. « **Si et correptio et punitio in irritum cesserint**, Ordinarius, probata, ad normam can. 2183, perseverante ac culpabili officiorum parœcialium omissione violatione in re gravi,

a) » Parochum *amovibilem* sua parœcia statim prioret ;

b) » Parochum vero *inamovibilem* beneficii fructibus pauperibus ab Ordinario distribuendis, pro gravitate culpæ, in totum vel ex parte privet. » — *Cod.*, c. 218.

1149. IV. « **Mala voluntate persistente**, ac probata supra Ordinarius etiam parochum *inamovibilem* e sua parœcia removeat. » — *Cod.*, c. 2185.

## ARTICULUS VIII

### DE ADMINISTRATIONE TEMPORALI PARŒCIARUM

1150. I. **Ad Rectorem ecclesiæ parœcialis** pertinet « administratio bonorum quæ destinata sunt reparandæque *ecclesiæ*, divinoque in eadem cultui exercendo, nisi aliud ex speciali titulo vel legitima consuetudine constet ». — *Cod.*, c. 1182, § 1.

a) « Etiam oblationes factas in commodum parœciæ aut missionis, aut ecclesiæ sitæ *intra parœciæ vel missionis fines*, administrat parochus vel missionarius, nisi agatur de ecclesia *propriam administrationem habente* distinctam ab administratione parœciæ vel missionis, aut nisi aliud ferat jus peculiare aut legitima consuetudo. » — *Ibid.*, § 2.

b) « Parochus, missionarius, rector sæcularis ecclesiæ, sive sæcularis is sit sive religiosus, debet hujusmodi oblationes administrare ad normam sacrarum canonum, et deque eis *rationem loci Ordinario reddere* ad normam can. 1525. » — *Ibid.*, § 3. — *Cf. n. 1500.*

1151. II. **Auctoritati Ordinarii subordinatum** seipsum per remanet jus administrandi quod habet parochus cum simul, et magis, uniuscujusque ecclesiæ bona Episcopi curæ commissa sint. — *Cf. n. 1496, sq.*

Ideo liberum est Episcopo *regulas*, quas opportuno existimaverit in ejusmodi temporali administratione exercenda, parochi præscribere, modo universalibus Ecclesiæ legibus non adversentur.



1152. III. **Jurisdictioni potestatis sæcularis nullatenus subjacet administratio bonorum ecclesiasticorum, in ecclesiæ, ecclesiasticæque personæ, ac res ipsarum, non solum jure humano, quin imo et divino, a sæcularium actionibus sint immunes** ». — *Cap. 4 De censibus*, c. 1.

a) Equidem, *laicis viris* committi temporalem parochialem administrationem, dummodo ab *ecclesiastica* auctoritate deputentur, eidemque rationem reddere debeant, ne ab eadem revocari valeant, nequaquam sacris causis adversatur. — *Cf. Trid., sess. 22, cap. 9; et Trid., sess. 24, cap. 3, de ref. ; — et Cod., c. 1521, § 2.*

Quædam *Fabricæ* institutæ sunt ad juvandum parochos in administratione temporali parœciæ, atque efficacius eorum conservationi et regimini providendum.

b) Et, dicto sensu, *Matriculariorum* institutio, sicut in *legibus canonibus consona*, ita et parochis valde utilis esse potest, præsertim dum ad solvendum adigendi sunt debiles. — *Bouix, De parcho, pag. 617.*

« Il se pourrait bien faire que les laïques eussent été admis à l'administration de la fabrique, afin d'être chargés de cette exaction des paroissiens qui leur sied mieux qu'à des ecclésiastiques. » — *Thomas-Discipline de l'Église, p. 3, ch. 36, n. 6.*

c) Verum, occasione hujus participationis in administratione *Fabricæ*, ab Ecclesia laicis concessæ, ansam quando arripuit civilis potestas, non jam cum Ecclesie consensu, sed *motu proprio* in hoc negotium ecclesiasticum se ingerendi : cujus invasionis insigne monumentum fuit, in Gallia, *decretum anni 1809*, cui alia decreta accesserunt, non minus jurium Ecclesiæ læsiva.

Similes leges Ecclesia quandoque ad majora mala vitanda arripuit ; aut interdum, in *Concordatis*, vel specialibus legibus, partem quamdam in administratione bonorum ecclesiasticorum Guberniis civilibus concessit.

1153. IV. **Si alii quoque, sive clerici sive laici, in administrationem bonorum alicujus ecclesiæ cooptentur, non solum iidem omnès una cum administratore ecclesiastico,**

aut ejus vicem gerente, eoque præside, constituent *Cod. c. 1183, § 1.*

a) « Hujus Consilii sodales, nisi aliter legitime constitutum fuerit, nominantur *ab Ordinario* ejusve delegati et ab eodem possunt ob gravem causam removeri. » *Cod., c. 1183, § 2.*

b) Consilium fabricæ « curare debet rectam bonorum ecclesiæ administrationem ; sed *nullatenus sese ingerat* in ea omnia quæ ad spirituale munus pertinent, persertim :

» 1° In exercitium *cultus* in ecclesia ;

» 2° In modum et tempus pulsandi *campanas*, et curam *tuendi ordinis* in ecclesia atque in cœmeteriis ;

» 3° In definiendam rationem qua collectæ, denuntiationes, aliique actus ad *divinum cultum ornatum ecclesiæ* quoquo modo spectantes, in ecclesia fieri possint ;

4° » In *dispositionem materialem* altarium, mensæ distributione sanctissimæ Eucharistiæ, cathedræ suggestus e quo ad populum verba fiunt, organorum loci cantoribus assignati, sedilium, scannorum, capellarum oblationibus recipiendis, aliarumque rerum quæ exercitium religiosi cultus spectent ;

» 5° In admissionem vel rejectionem *sacrorum utensilium* aliorumque rerum quæ, sive ad usum, sive ad cultum, sive ad ornatum in ecclesia vel sacrario destinantur ;

» 6° In scriptionem, dispositionem, custodiam *librorum paræcialium* aliorumque documentorum quæ archivum paræciale pertineant. » — *Cod., c. 1184.*

c) « Sacrista, cantores, organorum moderator, psalteriales, chorales, campanæ pulsator, sepulcrorum fossores, ceterique inservientes, *a solo ecclesiæ rectore*, salvis legitime consuetudinibus et conventionibus et Ordinarii auctoritate, nominantur, pendent, dimittuntur. » — *Cod., c. 1184.*

1154. V. De officiis administratorum, Cf., ubi de administratione bonorum ecclesiasticorum, n. 1494, sq.

## CAPUT VII

## DE AMISSIONE OFFICII PAROCHIALIS

sare potest munus parochiale : per renuntiationem, remotionem vel translationem. — *De renuntiatione, cf. n. 317, sq.*

## ARTICULUS I

## DE AMOVIBILITATE PAROCHORUM IN GENERE

1155. I. « **Qui parœciæ administrandæ præficiuntur a proprii ejusdem rectores, stabiles in ea esse debent.** »  
*Cod., c., 454, § 1.*

Quod præscriptum generatim fuit « ut rectores, quæ parœciæ utilia aut necessaria esse judicarent, alacriore essent animo suscipere, soluti metu ne ab Ordinario revoventur pro lubitu ». — *S. C. Consist. decret. Maxima cura, 20 aug. 1910 (Acta II, 636).* — *Cf. Trid., xxiv, de ref.*

« Parochi autem ad religiosam familiam pertinentes, sunt semper, *ratione personæ*, amovibiles *ad nulum*, tam a Ordinarii, monito Superiore, quam Superioris, monito Ordinariò, æquo jure, non requisito alterius consensu : nec alter alteri causam judicii sui aperire neque minus probare tenetur, salvo *recursu* in devolutivo ad Apostolicam Sedem. » — *Cod., c. 454, § 5.*

1156. II. **Nihilominus sapienti consilio cautum est stabilitas hæc non sic urgeatur ut quæ « in salutem ducta est fidelium, in perniciem potius ipsorum cedat ».**  
Quapropter :

a) « Si quis *scelestus* creditum sibi gregem destruat magis quam ædificet, is debet, juxta antiquissimum et constantem Ecclesiæ morem, quantum fas est, *instituto* iudicio de crimine, beneficio privari, hoc est a parochiali munere abduci. » — *S. C. Consist. decret. Maxima cura.*

b) « Quod si, vi canonici juris, criminali iudicio ac

pœnali destitutioni non sit locus, parochus autem, ha illave de causa, *etiam culpa remota*, utile ministerium in parœcia non gerat, vel gerere nequeat, aut forte sua ibi præsentia *noxius* evadat : alia suppetunt remedia ad animarum saluti consulendum.

» In his potissimum est parochi amotio quæ *œconomica* seu *disciplinaria* vulgo dicitur, et nullo judiciali apparatu sed administrativo modo decernitur, nec parochi pœnam propositam habet, sed *utilitatem fidelium*. Salus enim populi suprema lex est : et parochi ministerium fuit in Ecclesia institutum, non in commodum ejus cui committitur, sed in eorum salutem pro quibus confertur. » — *Ibid.*

c) Ideo *omnes* parochi a sua parœcia « removeri possunt ad normam juris ». — *Cod., c. 454, § 1.*

1157. III. « At non omnes parochi eandem obtinent stabilitatem ; qui *majore* gaudent, *inamovibiles* ; qui minore, *amovibiles* appellari solent. » — *Cod., c. 454, § 2.*

« *Quasi-parœciæ* sunt omnes amovibiles. » — *Ibid., § 4.*

a) In *Gallia* duplex parœciarum species inoleverat post Concordatum anni 1801.

Nam, præter parochos *inamovibiles*, cum *consensu Gubernii* eligendos, alii *invecti* fuerunt, *libere* ab Episcopo electi, et ad eorum *nutum* amovibiles.

Hæc disciplina, non vi Concordati, sed occasione legum civilium (*cf. Art. org. 60 et 31*) inducta est. Et Sancta Sedes benigne annuerat ut « in regimine ecclesiarum successualium nulla immutatio » fieret *donec aliter a Sancta Sede statutum fuisset*.

b) Ex decreto « *Maxima cura* » quod a S. C. Consist., prodiit die 10 aug. 1910, regulæ ibidem constitutæ applicandæ adamussim erant « iis omnibus qui parœciam *quovis titulo*, ut proprii ejus rectores obtinerent, sive nuncuparentur Vicarii perpetui, sive *Desservants*, sive alio quolibet nomine », ita ut nullus parochus invitus amoveri posset nisi servata disciplina in eadem constitutione contenta.

Promulgato autem *novo Codice*, *dictinctio* iterum emergit inter parœcias quarum nonnullæ dicuntur amovi-

les, non tamen proprie *ad nutum* Episcopi, nam, in remotione parochi etiam *amovibilis*, specialis procedendi modus servandus est ad normam sequentium canonum.

c) « Parœciæ *inamovibiles* nequeunt *amovibiles* reddi sine beneplacito apostolico ;

» *Amovibiles* possunt ab Episcopo, non autem a Vicario Capitulari, de Capituli cathedralis consilio, *inamovibiles* declarari ;

» Novæ quæ erigantur, sint *inamovibiles*, nisi Episcopus, prudenti suo arbitrio, attentis peculiaribus locorum personarum adjunctis, audito Capitulo, *amovibilitatem* agis expedire decreverit. » — *Cod.*, c. 454, § 3.

## ARTICULUS II

### DE MODO PROCEDENDI IN REMOTIONE PAROCHORUM INAMOVIBILIVM

1158. I. « **Ob causam quæ ipsius ministerium, etiam gra-  
viam suam culpam, noxium aut saltem inefficax reddit** », parochus *inamovibilis* a sua parœcia amoveri potest. — *Cod.*, c. 2147, § 1.

« Hæ causæ sunt præsertim quæ sequuntur :

a) » *Imperitia*, vel *permanens infirmitas* mentis aut corporis, quæ parochum suis muneribus rite obeundis imparem reddit, si, iudicio Ordinarii, per vicarium adjutorem bono animarum provideri nequeat ad normam can. 115 (cf. num. 1184) ;

b) » *Odium plebis*, quamvis injustum et non universale, dummodo tale sit quod utile parochi ministerium impediatur, nec brevi cessaturum prævideatur ;

c) » *Bonæ existimationis amissio* penes probos et graves viros, sive hæc oriatur ex levi vivendi ratione parochi, sive ex antiquo ejus crimine quod, nuper detectum, estimatur jam pœna ob præscriptionem, sive ex factumiliarium et consanguineorum quibuscum parochus convit, nisi per eorum discessum bonæ parochi famæ sit provisum ;

d) » *Probabile crimen occultum*, parochus imputatur ex quo Ordinarius prudenter prævidet magnam in posterum oriri posse fidelium offensionem;

e) » *Mala rerum temporalium administratio* cum gravi ecclesiæ aut beneficii damno, quoties huic malo remedium afferri nequeat sive auferendo administrationem parochus, sive alio modo, quamvis aliunde parochus spirituale ministerium utiliter exerceat. » — *Ibid.*, § 2.

1159. II. « **Quoties, prudenti Ordinarii judicio, in unam ex prædictis causis parochus incidisse videatur**

a) » Ipsemet Ordinarius, *auditis* duobus examinatis, et veritate gravitateque causæ cum eis discussis, parochum, scripto vel oretenus, ad parochiæ renuntiationem intra certum tempus faciendam *invitet*, nisi agatur de parochus vitio mentis laborante. » — *Cod.*, c. 2148, § 1.

b) « Invitatio, ut acta valeant, continere debet *causam* quæ Ordinarium movet et *argumenta* quibus ipsa innititur. » — *Ibid.*, § 2.

1160. III. « **Si parochus parochiæ renuntiet, Ordinarius parochiam ex renuntiatione vacantem declaret.** » — *Cod.*, c. 2150, § 1.

a) « Potest vero parochus, loco causæ ab Ordinario invocatæ, *aliam* ad renuntiandum afferre sibi minus molestam vel minus gravem, dummodo vera et honesta sit. ex. gr., ut obsequatur Ordinarii desideriis. » — *Ibid.*, § 2.

b) « Renuntiatio fieri potest, non solum pure et simpliciter, sed etiam *sub conditione*, dummodo hæc ab Ordinario legitime acceptari possit et reapse acceptetur, e firmo præscripto can. 186 » de renuntiationis forma. — *Ibid.*, § 3. — *Cf. n. 317.*

1161. IV. « **Si parochus, intra præstitutos dies, renuntiet nec dilationem postulet, neque causas ad amissionem invocatas oppugnet,**

a) » Ordinarius, postquam *constiterit* et invitationem

renuntiandum, rite factam, parochi innotuisse, et in quo minus responderet legitime impeditum non esse, eum *statim* a parochia *amoveat*, quin teneatur scripto can. 2154 », de amoti provisione. — *Cod.*, 2149, § 1. — *Cf. n. 1164.*

b) « Quod si *non constet* de superius indicatis duobus defectibus, Ordinarius, opportune provideat, aut iterando *dilationem* ad renuntiandum, aut prorogando tempus ad respondendum. » — *Ibid.*, § 2.

1162. V. Parochus, si oppugnare velit causam ad amissionem in invitatione :

a) « Potest *dilationem* ad probationes afferendas adhibere, quam Ordinarius pro suo prudenti arbitrio concedere potest, dummodo ne sit cessura in detrimentum animarum ». — *Cod.*, c. 2151.

b) « Rationes a parochi contra invitationem adductas Ordinarius, ut valide agat, *auditis* iisdem examinatis de quibus in can. 2148, § 1, *perpendat*, approbet aut rejiciat. » — *Cod.*, c. 2152, § 1.

c) « Decisio, sive affirmativa fuerit sive negativa, parochi significetur decreto. » — *Ibid.*, § 2.

1163. VI. « Contra decretum amissionis potest parochus, intra decem dies, recursum interponere apud eundem Ordinarium,

a) » Qui, ne *invalide* agat, debet, *auditis* duobus parochi consultoribus, novas allegationes ab eodem parochi *decem dies* ab interposito recursu producendas, cum rationibus primo allatis, *examinare*, approbare vel rejicere. » — *Cod.*, c. 2153, § 1.

b) « Parochus potest eos *testes* inducere quos prima *se* inducere non potuisse probaverit. » — *Ibid.*, § 2.

c) « Decisio *decreto* nota parochi fiat. » — *Ibid.*, § 3.

1164. VII. Amoto parochi,

a) « Ordinarius, examinatis vel parochis consultoribus, qui partem habuerunt in amissione decer-

nenda, *in consilium adscitis*, pro viribus *consulat*, si *translatione* ad aliam parœciam, vel assignatione alii officii aut beneficii, si ad idoneus sit, sive *pensione*, pro casus ferat et adjuncta permittant ». — *Cod.*, c. 2154, § 1.

b) « Ceteris paribus, in provisione favendum *ma renuntianti* quam amoto. » — *Ibid.*, § 2.

c) « *Negotium novæ provisionis parochi amoti pot Ordinarius*, sive ipso amotionis decreto, sive post *quamprimum* tamen, expedire. » — *Cod.*, c. 2155.

1165. VIII. « **Sacerdos a parœcia amotus debet quamprimum liberam relinquere parœcialem domum, et omnia quæ ad parœciam pertinent** novo parochi, vel œconomo ab Ordinario interim deputato, tradere. » — *Canon.* 2156, § 1.

« Si autem de *infirmo* agatur qui e parœciali domo sibi incommodo nequit alio transferri, Ordinarium eidem relinquat ejus usum etiam exclusivum, eadem necessitate durante. » — *Ibid.*, § 2.

a) « Si parochus, ad impediendum exercitium ecclesiasticæ jurisdictionis, ausus fuerit *turbas ciere*, publicas pro se subscripciones promovere, populum sermonibus aut scriptis excitare, alia similia agere, pro gravitate culpæ, secundum prudentis Ordinarium iudicium, *puniatur*, non exclusa, si res ferat, suspensio. » — *Cod.*, c. 2337, § 1.

b) « Eodem modo puniat Ordinarium sacerdotem qui multitudine quoquo modo excitet ad *impediendum* ingressum in parœciam sacerdotis legitime nominati in parochum aut œconomum. » — *Ibid.*, § 2. — *Cf. n.* 329.

### ARTICULUS III

#### DE MODO PROCEDENDI IN REMOTIONE PAROCHORUM AMOVIBILIIUM

1166. I. « **Ex gravi et justa causa, ad normam canon. 2147** » (scilicet ob easdem causas de quibus supra, ubi



chis inamovibilibus, n. 1158), parochus quoque amovetur a sua parœcia amoveri potest. — *Cod.*, c. 2157, § 1. Ad parochos *religiosos* quod attinet, servetur præscriptum can. 454, § 5, de amovibilitate ad nutum. — *Ibid.*, — *Cf. num. 1155, c.*

1167. II. « Si Ordinarius aliquam ex his causis adesse inveniverit,

a) « Parochum *paterne moneat* atque hortetur ut *parochiam renuntiet*, causam indicans quæ parochiale ipsius ministerium fidelibus noxium aut saltem inefficax reddit. » — *Cod.*, c. 2158.

b) Si parochus, « intra præstitutos dies, nec renuntiet dilationem postulet, neque causas ad amotionem parochiam oppugnet, Ordinarius, postquam *constiterit* et amotionem ad renuntiandum, rite factam, parochus contumaciter tenuisse, et ipsum quominus responderet legitime amotionem non fuisse, eum *statim* a parochia *removeat*, teneatur præscripto can. 2154 » de nova provisione parochiali. — *Cod.*, c. 2159 et 2149. — *Cf. n. 1164.*

1168. III. Si parochus renuat, sed velit causas ad amotionem invocatas oppugnare :

a) « Rationes *in scriptis* reddat, quas Ordinarius, ut *ad amotionem* procedat, perpendere debet una cum duobus exactoribus. » — *Cod.*, c. 2159.

b) « Si, *auditis* examineribus, Ordinarius allatas rationes legitimas non judicaverit, paternas iteret hortationes ad parochum, *comminata amotione* si, intra communi definitum tempus, parochiam sponte non dimittat. » — *Cod.*, c. 2160.

1169. IV. « Expleto præfinito tempore, quod pro sua sententia prorogare potest, Ordinarius *decretum* amotionis mittat. » — *Cod.*, c. 2161, § 1.

Parochus autem renuntianti aut amoto providere debet, ad normam can. 2154-2156. » — *Ibid.*, § 2. — *n. 1164, sq.*

## ARTICULUS IV

DE MODO PROCEDENDI IN TRANSLATIONE PAROCHORUM

1170. I. « **Si bonum animarum postulet ut parochia sua, quam utiliter regit, ad aliam parœciam transferatur, Ordinarius eidem translationem proponat, ac suadeat ut eidem, pro Dei atque animarum amore, consentiat.** » — *Cod., c. 2162.*

a) « **Parochum inamovibilem Ordinarius invitare non potest, nisi speciales facultates a Sede Apostolica obtinuerit.** » — *Cod., c. 2163, § 1.*

b) « **Parochus vero amovibilis, si parœcia ad quam non sit ordinis nimio inferioris, etiam invitatus transferri potest, servatis tamen præscriptis canonum qui sequuntur.** » — *Ibid., § 2.*

1171. II. « **Si parochus consilio ac suasionibus Ordinarii non obsequatur, rationes in scriptis exponat.** » — *Cod., c. 2164.*

a) « **Ordinarius, si, non obstantibus allatis causis, iudicet a proposito non esse recedendum, debet, ut valeat agere, super eisdem causis audire duos parochos constitutos, et cum eisdem perpendere adjuncta in quibus videtur saturari tum parœcia a qua tum parœcia ad quam, et rationes quæ translationis utilitatem aut necessitatem sustentant.** » — *Cod., c. 2165.*

b) « **Si, auditis parochis, Ordinarius translationem peragendam censeat, paternas exhortationes iteret ut parochus voluntati sui Superioris morem gerat.** » — *Cod., c. 2166.*

1172. III. « **His peractis, si parochus adhuc renuat, Ordinarius adhuc putet translationem esse faciendam.** »

a) « **Parocho præcipiat ut intra certum tempus novam se conferat parœciam, eidem in scriptis significans elapso præfinito tempore, parœciam, quam in præsentem obtinet, ipso facto vacaturam esse.** » — *Cod., can. 2167, § 1.*

b) « **Hoc tempore inutiliter transacto, parœciam vacantem declaret.** » — *Ibid., § 2. — Cf. n. 329.*

## CAPUT VIII

## DE VICARIIS PARÆCIALIBUS

de Vicariis cooperantibus ; — de Vicariis curatis ; — de Vicariis administratoribus ; — et de Adjutoribus parochorum.

## ARTICULUS I

## DE VICARIIS COOPERANTIBUS

1173. I. Si parochus nequeat solus convenientem curam gerere parœciæ « propter populi multitudinem et alias causas », eidem detur « unus vel plures vicarii cooperatores, quibus congrua remuneratio assignetur ». — *Cod., c. 476, § 1.*

a) « Vicarii cooperatores constitui possunt, sive pro una parœcia, sive pro determinata parœciæ parte. » — *Ibid., § 2.*

b) « Non ad parochum, sed ad loci Ordinarium, auditum parochum, competit jus nominandi vicarios cooperatores e clero sæculari. » — *Ibid., § 3.*

Vicarios cooperatores religiosos, Superior cui id ex constitutione competit, auditum parochum, præsentat Ordinario, cujus est eidem approbare. » — *Ibid., § 4.*

1174. II. Jura et obligationes Vicarii cooperantis continentur « ex statutis diœcesanis, ex litteris Ordinarii, ex ipsius parochi commissione ». — *Cod., c. 476, § 6.*

a) « Sed, nisi aliud expresse caveatur, ipse debet, ratione officii, parochi vicem supplere, eumque adjuvare universo parœciali ministerio, excepta applicatione sæ pro populo. » — *Ibid.*

b) Hæc potestas, cum sit ad universitatem negotiorum delegata, potest in singulis casibus subdelegari. — *num. 332, b.*

Et « late interpretanda est » (*cf. Cod., c. 200, § 1*). Ideoque Vicarius, cum sit *quasi-Ordinarius*, potest subdito extra territorium parœciæ, imo extra diœcesim, absolute. — *Cf. n. 62, b; et 60, d.*

c) « Vicarius cooperator obligatione tenetur in parœciâ *residendi* secundum statuta diœcesana vel laudabiles consuetudines aut Episcopi præscriptum. » — *Cod., c. 476, § 5*

1175. III. **Congrua ipsis assignanda** determinatur « in ea quantitate quæ *Episcopo, pro suo prudenti arbitrio* et conscientia, conveniens videbitur, ratione videlicet habituum reddituum et emolumentorum ecclesiæ parochialis in qua deputati fuerint, nec non inspectis conditionibus loci, numero animarum, qualitate laboris, et quantitate expensarum quas commissi officii necessitas postulaverit ». — *Innocent. XIII const. Apostolici ministerii, 13 maii 1723*

a) Desumitur ex *reditibus ecclesiæ parœcialis*; vel, si reditus non sufficient, a *parochianis* præstanda est, quæ ab Episcopis compelli possunt ad ea ministranda quæ sufficient ad vitam dictorum sacerdotum sustentandam. — *Cf. num. 1478.*

b) *Oblationes* quæ fiunt occasione alicujus functionis parochialis et administrationis sacramentorum, generaliter *ad parochum pertinent*, licet illæ functiones a vicariis peragantur.

Sed, ex legitima *consuetudine*, ex *statutis* diœcesanis aliqua pars harum oblationum reservari potest pro *vicariariorum* sustentatione.

1176. IV. **Vicarius cooperator** « **subest parochi**, quem paterne instruat ac dirigat in cura animarum, et invigilet, et saltem quotannis ad Ordinarium de eodem referat ». — *Cod., c. 476, § 7.*

a) Cum enim *in subsidium parochi* munia pastoralia exerceat, non solum ab Episcopo, sed et ab ipso parochi dependet. Hæc *subordinatio*, ad unitatem regimini omnino necessaria, quandoque expressis terminis in litteris delegationis exprimitur.

carius ergo, non seorsim, et quasi proprio Marte, sed *unctim* cum parocho, et unitis consiliis, curam animarum exerceat, et *nihil novi* absque ejus assensu introducat. præsumat.

b) Ceterum, etsi vicario omnia generatim commissa præ oculis tamen habenda est *regula 81 juris, in 6°*: generali concessione non veniunt ea quæ quis non verisimiliter in specie concessurus »; ac proinde, prius ad parochum deferre debet negotia quæ communi *graviora* reputantur.

Vicarii « *nominis sui meminerint*; quamvis enim sint approbati et missi *ab Episcopo*, atque ad solum ejus nutum revocabiles, *amen parochi tantum, et sub ejus directione*, sacro ministerio parere debent, nedum ipsis liceat aliquid contra ejus auctoritatem aut voluntatem attentare. Sint igitur *subjecti, obedientes, benevolenti animo* ad omne opus bonum sibi injunctum *semper expectant* atque parochum senio vel infirmitatibus gravatum, quantum ad se visis est, exonerent, et filiali obsequio consolentur ». — *Conc. Turonem., an. 1849, decret. 10.*

1177. V. Vicarius cooperator amovibilis est ad normam **Episcopi vel Vicarii Capitularis**, non autem Vicarii parochialis sine mandato speciali. — *Cod., c. 477, § 1.*

a) Si vicarius parœcialis sit *religiosus*, amoveri potest ad normam can. 454, § 5. — *Ibid.* — *Cf. n. 1155, c.*

b) « Quod si vicaria sit *beneficialis*, vicarius cooperator removere potest processu ad normam juris, non solum ob causas propter quod alii parochi removeri possunt, sed etiam si graviter subjectioni parochi debite in exercitio suarum functionum. » — *c. 477, § 2.*

1178. VI. **Vitam communem regulariter** Clerici sæculares ducere non tenentur.

a) Unde, secluso casu legitimæ *consuetudinis*, Episcopus non potest *cogere* parochum ut vicarios suos recipiat in parochia et nutriat, æquo pretio soluto. — *S. C. C., in Decretis, 14 aug. 1863*; — *in Montisvid., 25 jan. 1895.*

b) Verum « *consuetudo vitæ communis inter clericos*

*laudanda ac suadenda est, eaque, ubi viget, quantum fieri potest, servanda.* » — *Cod., c. 134.*

Ideoque, ad normam hujus canonis, « prudenter cui Ordinarius ut Vicarius in eadem *parœciali domo* committitur ». — *Cod., c. 476, § 5.*

## ARTICULUS II

### DE VICARIIS CURATIS

1179. I. **Parœcia potest, cum indulto Apostolice personæ morali pleno jure uniri**, « ita nempe ut ipsa persona moralis sit parochus ». — *Cod., c. 452, § 1.*

a) « Persona moralis cui parœcia sit pleno jure unita *habitualement* tantum curam animarum retinere potest. » *Ibid., § 2.* — Ideoque :

b) « Si parœcia pleno jure fuerit legitime unita domui religiosæ, ecclesiæ capitulari, vel alii personæ morali, debet constitui *Vicarius* qui *actualement* curam gerat animarum, assignata eidem congrua portio arbitrio Episcopi. » — *Cod., c. 471, § 1.*

1180. II. « **Vicarium præsentat Superior religiosus Capitulum, aliave persona moralis** », *excepto casu* « tunc legitimi privilegii aut consuetudinis, tum dotationis vicariæ ab Episcopo factæ, reservata sibi libera nominatio Vicarii ». — *Cod., c. 471, § 2.*

« Loci autem Ordinarius eundem, si *idoneum*, servato præscripto can. 459, repererit, instituat. » — *Ibid. — num. 908.*

a) Vicarii curati sunt perpetui ex parte *præsentantis* sed, ex parte *Ordinarii*, « possunt ad instar parochorum amoveri, monito eo qui præsentavit ». — *Cod., c. 471,*

b) Vicarius si sit *religiosus*, amovibilis est sicut parochus religiosus de quo supra. — *Cod., ibid. — Cf. n. 115.*

1181. III. « **Ad vicarium exclusive pertinet tota animarum cura cum omnibus parochorum jure et obli-**

ibus, ad normam juris communis et secundum pro-  
a statuta diocesana vel laudabiles consuetudines. » —  
, c. 471, § 4.

### ARTICULUS III

#### DE VICARIO ŒCONOMO

1182. I. « Vacante parœcia, Ordinarius loci in ea  
nprimum constituat idoneum vicarium œconomum  
eam tempore vacationis regat, assignata eidem parte  
tuum pro congrua sustentatione. » — *Cod.*, c. 472, n. 1.

a) « Ante œconomi constitutionem, parœciæ regi-  
, nisi aliter provisum fuerit, assumat *interim* vicarius  
operator ;

Si plures vicarii sint, primus ; si omnes æquales, mu-  
antiquior ; si vicarii *desint*, parochus vicinior ; si  
dem agatur de parœcia *religiosis* concedita, domus  
erior ;

Loci autem Ordinarius, in Synodo vel extra Syno-  
, tempestive determinet quænam parœcia cuique  
eciæ *vicinior* habenda sit. » — *Ibid.*, n. 2.

b) « Qui parœciæ regimen assumpsit, debet loci  
narium de parœciæ vacatione *statim* certiore  
re. » — *Ibid.*, n. 3.

1183. II. Vicarius œconomus « iisdem juribus gaudet  
mque officiis adstringitur ac parochus, in iis quæ  
narum curam spectant ;

a) » Nihil tamen ipsi agere in parœcia licet quod  
*iudicium* afferre possit juribus parochi aut beneficii  
ecialis ». — *Cod.*, c. 473, § 1.

b) « Œconomus *novo parochi* vel œconomo succes-  
coram vicario foraneo vel alio sacerdote ab Ordinario  
gnato, *tradat* clavem archivi et inventarium libro-  
ac documentorum aliarumque rerum quæ ad parœ-  
pertinent, et *rationem reddat* accepti et expensi  
ore administrationis. » — *Ibid.*, § 2.

## ARTICULUS IV

## DE VICARIIS ADJUTORIBUS

1184. I. « Si parochus, ob senectutem, mentis tium, imperitiam, cæcitatem aliamve permanentem causam, suis muniis rite obeundis impar evaserit,

a) » Ordinarius loci det *vicarium adiutorem*, præsentum a Superiore si de parœcia agatur religiosis conceditur, qui suppleat ejus vicem, assignata eidem *congrua fructuum portione*, nisi aliter provisum sit. » — *Cod.*, c. 475, § 1.

b) « Adjutori, si *in omnibus* suppleat parochi vice, jura omnia et officia competunt parochorum propria, excepta Missæ applicatione pro populo quæ parochum gravat.

» Si vero suppleat *ex parte* dumtaxat, ejus jura et obligationes desumantur ex litteris deputationis. » — *Ibid.*, § 2.

c) « Si parochus sit cui compos, adjutor operam suam præstare debet sub ejusdem auctoritate, secundum Ordinarii litteras. » — *Ibid.*, § 3.

d) « Quod si per vicarium adiutorem bono animarum proderi nequeat, locus est parochi *amotioni* ad normam can. 2161. » — *Ibid.*, § 4. — *Cf. n. 1158, sq.*

## 1185. II. Quod ad Vicariorum præcedentiam attinet

a) « Vicarii *substituti* et *adjutores* præcedunt, dum munere manent, vicariis cooperatoribus ; hi aliis sacerdotibus ecclesiæ parœciali addictis. » — *Cod.*, c. 478, § 1.

b) « Sicut parochus ecclesiæ cathedralis, ita *vicarius parœcialis Capituli cathedralis* præcedit omnibus a diœcesis parochis aut vicariis ;

c) » Œconomi vero jus præcedentiæ regitur normis can. 106 statutis. » — *Cod.*, c. 478. — *Cf. n. 679.*



## CAPUT IX

DE ECCLESIARUM RECTORIBUS  
ET DE CAPPELLANIS

ine *rectorum ecclesiarum* hic veniunt « sacerdotes quibus cura mandatur alicujus ecclesiæ, quæ nec parœcialis sit nec capitulis, nec adnexa domui communitatis religiosæ quæ in eadem loca celebret ». — *Cod.*, c. 479, § 1.

capellano religiosarum, sodalium virorum religionis laicalis, confraternitatis vel alius legitimæ associationis, serventur particularium canonum præscripta. » — *Ibid.*, § 2.

## ARTICULUS I

## DE ECCLESIARUM RECTORIBUS

1186. I. **Ecclesiarum rectores** « libere nominantur ab **Ordinario loci**, salvo jure *eligendi* aut *præsentandi*, si cuius loci competat ; quo in casu Ordinarii est rectorem nominare ». — *Cod.*, c. 480, § 1.

a) « Licet ecclesia pertineat ad aliquam *religionem* propriam, rector tamen a Superiore nominatus debet ab **Ordinario loci** approbari. » — *Ibid.*, § 2.

b) « Si ecclesia conjuncta sit cum *Seminario* aliove *collegio* quod a *clericis* regitur, Superior Seminarii vel Collegii est simul ecclesiæ rector, nisi aliter loci Ordinarius constituerit. » — *Ibid.*, § 3.

1187. II. **Functiones parœciales** in ecclesia sibi commissa, rector peragere nequit. — *Cod.*, c. 481.

a) Sed potest « *divina officia* etiam sollemnia ibidem celebrare, salvo legitimo ministerii legibus, et dummodo non *noceant* ministerio parœciali ;

b) » In *dubio* autem utrum hujusmodi detrimentum committatur, necne, Ordinarii loci est rem dirimere et opportunas leges præscribere ad illud evitandum ». — *Cod.*, c. 482.

1188. III. **Si ecclesia ita a parœciali distet** ut, Ordinarii loci iudicio, parœciani « *non sine gravi incommodo* possint parœcialem ecclesiam adire, ibique divinis officii interesse :

a) « Loci Ordinarius, gravibus quoque statutis pœnis, potest *rectori præcipere* ut horis populo commodioribus officia celebret, fidelibus dies festos ac jejunia denuntiet, et catechetica instructionem et Evangelii explicationem tradat ». — *Cod., c. 483, n. 1.*

b) « Parochus potest ex eadem sanctissimum Sacramentum, inibi forte asservatum, pro *infirmis* desumere. — *Ibid., n. 2.*

1189. IV. **Rector ecclesiæ debet curare seu advigilare**, sub auctoritate Ordinarii loci, servatis legitimis statutis ac quæsitis juribus, « *ut divina officia*, ad sacrorum canonum præscripta, ordinate in ecclesia celebrentur *onera* fideliter adimpleantur ; *bona* rite administrantur *sacræ suppellectilis* ac ædium sacrorum conservationi et decori prospiciatur ; et ne quidpiam fiat quod *sanctitati loci* ac reverentiæ domo Dei debitæ quoquomodo repugnet ». — *Cod., c. 485.*

1190. V. « **Sine rectoris vel alius legitimi Superioris licentia, saltem præsumpta, nemini licet** in ecclesia Missam celebrare, Sacramenta ministrare, aliasve functiones sacras peragere ;

» Hæc vero licentia dari vel negari debet ad normam juris. » — *Cod., c. 484, § 1.*

« Quod attinet ad *conciones* in ecclesia habendas, serventur præscripta can. 1337-1342. » — *Ibid., § 2. — Ct. n. 621, sq.*

1191. VI. **Ad nutum remove** potest Ordinarius loci, ex qualibet justa causa, rectorem ecclesiæ, « *etsi a aliis electum aut præsentatum* ». — *Cod., c. 486.*

« Quod si rector fuerit *religiosus*, servetur circa ejus remotionem præscriptum can. 454, § 5. » — *Ibid. — C. num. 1155, c.*

## ARTICULUS II

## DE CAPPELLANIS MILITUM ET NAVIUM

## 1192. I. De jure communi :

a) Si milites, in castris aut papilionibus existentes, non habeant *cappellanum castrensem*, pro animarum cura S. Sede deputatum, vel ab Ordinario in cujus dioecesi consistunt approbatum, *vagis* adnumerantur. — Consequenter, eorum parochus erit ipse parochus loci in quo *o tempore* existunt. — Cf. n. 887.

b) *Cappellani* militum, si sint specialiter *delegati a Summo Pontifice*, aut a *Cappellano majori* quem ipse approbaverit, possunt *ubique* facultates suas exercere juxta honorem indulti, absque ulla Episcoporum approbatione.

c) Si cappellanus jurisdictionem suam *ab Episcopo* acceperit, et contigerit exercitum duci in aliam dioecesim, debet recurrere ad *Ordinarium loci*, quia delegaciones non extenduntur ultra territorium concedentis. Attamen, in *itinere* et in *castris*, ex tacito Episcoporum consensu, ut fert consuetudo universalis, milites extra dioecesim Episcopi approbantis absolvere potest.

1193. II. **Specialibus decretis** plerumque spiritualium bono provisum est. Ideoque « circa militum cappellanos, sive majores sive minores, standum est regulis Sanctæ Sedis præscriptis ». — *Cod.*, c. 451, § 3.

a) Porro, S. Pontifex Pius IX, brevi Apostolico « *Quæ holicò nomine* », 6 jul. 1875, necessitatibus animarum providit in Gallia, hæc statuendo :

1<sup>o</sup> Quamdiu Gallorum copię *in stativis* habeantur, eorum locorum Archiepiscopis aut Episcopis cappellani militum præsidarii in spiritualibus subjiciantur.

2<sup>o</sup> Quum eadem copię *e stativis eductæ fuerint* (*mobilis*), singuli cappellanorum, tam *in ditione* quam *extra ditionem Reipublicæ Gallorum*, omnes et singulas facultates exercere libere et licite valeant quibus in dioecesi, ex

concessione proprii Archiepiscopi vel Episcopi, utebantur antequam copiæ stativa reliquissent.

b) Alias facultates Summus Pontifex adjecit quibus Cappellani possint :

1° Una etiam hora, vel ante auroram, vel post meridiem, ac, necessitate id urgente, *extra ecclesiam* et sub dio, decenti tamen in loco, super altari *portatili* lapide sacro et necessaria ad id supellectili instructo, *præsentibus quoque infidelibus, hæreticis atque excommunicatis*, dummodo aliter fieri nequeat, et absit periculum scandali et irreverentiæ, sacrum peragere, illudque, necessitate pariter urgente, servatis tamen servandis, *bis eodem die facere* ; nec non, qualibet feria secunda vel tertia non impeditis, unam Missam *pro defunctis* super eodem altari portatili celebrare.

2° Singulis Christifidelibus qui Gallorum vel in exercitu militant, vel in re præsentī quovis modo *ad exercitum pertinuerint*, Ecclesiæ sacramenta ministrare, eosque *absolvere* a quibusvis reatibus *reservatis* tum Sedi Apostolicæ, tum Ordinariis locorum per quæ exercitus iidem transeant, vel in quibus consistant.

3° Iisdem Christifidelibus qui, vere pœnitentes et confessi, ac sacra communione refecti, dominica Resurrectionis, et festivitibus Nativitatis Domini, et Immaculatæ Conceptionis, et Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis, pro christianorum Principum concordia, hæreseon extirpatione, peccatorum conversione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, *plena-riam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem*, etiam defunctis applicabilem, concedere.

4° Tandem, vasa, tabernacula, vestes, ornamenta, et quidquid ad cultum divinum spectet, et spirituali servitio sit necessarium, *benedicere*.

His facultatibus uti valent cappellani militum *durante tantum expeditione*, quin eas Ordinariis locorum per quæ aut exercitus transeat, aut in quibus expeditionis causa constiterit, subijcere te-neantur. — Cf. *epist. card. Secret. Status ad archiep. Rhemen., 14 sept. 1913.* — Cf. n. 972.

c) Ut curæ et regimini spirituali sacerdotum et clericorum qui in *terrestri* Francorum exercitu aut militabant, aut cappellanorum officio fungebantur, plenius provideretur, S. P. Benedictus XV duos Episcopos *Inspectores*, durante bello, deputaverat cum potestate *ordinaria* sacerdotes omnes et seminariorum alumnos, dum in exercitu manebant, visitandi, et in iis quæ ad animarum regimen et curam pertinent dirigendi et gubernandi tanquam

prii eorum Ordinarii, ad tramitem sacrorum canonum. — *S. C. Constit., 19 nov. 1917 (Acta, IX, 566)*.

temque Episcopum Forojuliensem et Tolonensem constituerat pectorem cum eadem potestate quoad clericos qui in *classi* ancorum aut militabant aut Cappellanorum officio fungebantur. *S. C. Cong. Constit., 30 apr. 1918 (Acta, X, 238)*.

### 1194. III. Décret du 5 mai 1913 relatif aux aumô- rs militaires, en France.

Les dispositions des articles 1, 3 et 4, des alinéas 4 et 5 l'article 5 du décret du 27 avril 1881, portant règlement administration publique pour l'exécution de la loi du juillet 1880, sont remplacées par les dispositions sui-  
vantes :

ART. 1<sup>er</sup>. — Pour l'application de l'article 3 de la loi du 8 juillet 1880, sont attachés aux armées de campagne : pour chaque groupe de brancardiers de corps, deux ministres du culte catholique, un ministre du culte protestant, un ministre du culte israélite ; pour chaque groupe divisionnaire de brancardiers, ainsi que pour chaque division de cavalerie, un ministre du culte catholique.

En cas d'expédition coloniale, le ministre de la Guerre fixe, suivant la composition du corps expéditionnaire, le nombre des ministres des différents cultes qui peuvent être attachés à ce corps.

ART. 3. — Les aumôniers militaires sont nommés par le ministre de la Guerre.

ART. 4. — Les aumôniers militaires sont assimilés aux capitaines pour les prestations en deniers et en nature, les pensions et les allocations. Ils ont droit aux prestations et aux pensions attribuées aux capitaines ayant plus de quatre ans de grade. Éventuellement, ceux d'entre eux qui sont montés reçoivent, en outre, l'indemnité de monture. Les allocations auxquelles ils ont droit leur sont attribuées du jour où ils sont mis en possession d'une commission ou d'un titre de service, jusqu'au jour inclusivement où ils reçoivent notification de leur licenciement.

ART. 5, § 4. — A cet effet, dans chaque place de guerre, le gouverneur désigné dresse la liste des ministres du culte qui acceptent de remplir éventuellement les fonctions d'aumôniers.

5. — Lorsqu'il y a lieu de réclamer leurs services, l'autorité militaire adresse des réquisitions aux ministres du culte inscrits sur cette liste.

Plusieurs évêques ont émis des réserves formelles, et

insisté sur plusieurs dispositions regrettables de ce décret par rapport aux droits de la hiérarchie ecclésiastique. Puis ils ont édicté certaines règles pour sauvegarder la nomination canonique. — *Cf. Questions actuelles, vol. 115, pag. 773, sq.*

1195. **IV. Cappellani navium, et sacerdotes omnes maritimum iter arripientes,**

a) « Dummodo, vel a proprio Ordinario, vel ab Ordinario portus in quo navim conscendunt, vel etiam ab Ordinario cujusvis portus interjecti per quem in itinere transeunt, facultatem rite acceperint confessiones audiendi, possunt, toto itinere, quorumlibet fidelium *secum navigantium* confessiones in navi excipere, quamvis navis in itinere transeat, vel etiam aliquandiu consistat, variis in locis diversorum Ordinariorum jurisdictioni subjectis.

b) » Quoties vero navis in itinere consistat, possunt confessiones excipere, tum fidelium qui quavis de causa ad navim accedant, tum eorum qui ipsis ad terram obiter appellentibus confiteri petant, eosque valide ac licite absolvere etiam a casibus Ordinario loci reservatis. » — *Cod., c. 883. — S. Offic. decret., 12 dec. 1906.*

1196. **V. Ad Missam in navi celebrandam,** non sufficit Episcopi licentia, sed indultum Apostolicum requiritur, quod a S. Congregatione de Sacramentis petendum est. — *Cf. Norm. pecul., cap. 7, art. 3 ; — et Cod., c. 822, § 3.*

a) Nec sacerdotes qui privilegio fruuntur ubique celebrandi, possunt in navi celebrare absque speciali hoc indulto. — *Cf. Bened. XIV, loc. cit., ; — et resp. S. C. Rit., 4 mart. 1901.*

b) Solent conditiones apponi, nempe, « dummodo locus ad hoc delectus nihil indecens aut indecorum præferat ; mare sit adeo tranquillum ut nullum prorsus adsit periculum effusionis sacrarum specierum e calice ; et, si adsit, alter sacerdos, superpelliceo indutus, sacerdoti vel Præsuli celebranti adsistat ». — *Cf. monitum S. C. de Prop., 1 mart. 1902.*

c) *Episcopi*, sive residentiales, sive titulares, ab ac-

pta authentica notitia peractæ canonicæ provisionis, videntur privilegio « celebrandi in mari, debitis cautelis adhibitis ». — *Cod., c. 349, § 1, n. 1.*

## 1197. VI. Décret du 7 août 1914, concernant les aumôniers de la marine française :

ART. 1<sup>er</sup>. — Un service d'aumônerie fonctionne, en temps de guerre, sur ceux des bâtiments de la flotte que désigne le ministre de la Marine.

Ce service est assuré par des ministres du culte agréés dans les conditions fixées par arrêté ministériel.

ART. 4. — Le service du culte à bord, les droits, devoirs et obligations des aumôniers temporaires sont réglés d'après les prescriptions qui se trouvaient en vigueur lors de la suppression du corps des aumôniers.

ART. 5. — Les aumôniers temporaires portent le costume du clergé séculier, et, au bras gauche, comme insigne distinctif, deux croix croisées en drap écarlate du modèle réglementaire pour les aumôniers.

L'arrêté ministériel du 7 août 1914 portait les prescriptions suivantes :

Il est embarqué un aumônier temporaire de la flotte, pour la durée de la guerre, sur chaque bâtiment hôpital et sur chaque navire monté par un vice-amiral ou par le contre-amiral commandant la deuxième escadre légère.

Les aumôniers temporaires sont choisis par le ministre parmi les ministres du culte âgés de moins de soixante et un ans qui lui ont fait parvenir une demande pour servir en cette qualité.

Cette demande, qui doit contenir l'engagement de servir à bord pour toute la durée de la guerre, doit être accompagnée des pièces suivantes :

1° Un certificat de l'autorité militaire constatant que l'intéressé n'a plus aucune obligation militaire au titre du département de la guerre ;

2° Un certificat délivré par un médecin de la marine constatant que son état de santé lui permet de supporter les fatigues de l'embarquement en guerre ;

3° Une autorisation du supérieur ecclésiastique dont il relève, attestant qu'il présente toutes les conditions et qualités requises pour exercer dignement les fonctions d'aumônier temporaire de la flotte.

# TRACTATUS VIII

## DE RELIGIOSIS

---

Familiæ religiosæ, « ad majorem Omnipotentis Dei gloriam et salutem animarum procurandam, a sanctissimis viris, divino afflante Spiritu, institutæ..., lectissimas illas auxiliares Christi militum turmas constituunt quæ maxime, tum christianæ tum civili reipublicæ, usui, ornamento atque præsidio fuerunt ». — *Epist. encycl. Pii IX, 17 jun. 1847.*

Agendum est : de ipso statu religioso ; — de approbatione Institutorum et domorum erectione ; — de admissione in religionem ; — de obligationibus religiosorum ; — de religionum regimine ; — de privilegiis religiosorum ; — de eorum confessariis et capellanis ; — de egressu e religione ; — de dimissione religiosorum ; — et de societatibus viventium in communi absque votis.

### CAPUT I

#### DE IPSO STATU RELIGIOSO

Videlicet : de natura status religiosi ; — et de votorum sollemnitate.

#### ARTICULUS I

##### DE NATURA STATUS RELIGIOSI

1198. **I. Status religiosus** est « stabilis in communi vivendi modus, quo fideles, præter communia præcepta, evangelica quoque consilia, servanda per vota obedientiæ, castitatis et paupertatis, suscipiunt ». — *Cod., c. 487.*

a) « In canonibus qui sequuntur, veniunt nomine :  
» 1<sup>o</sup> *Religionis*, societas, a legitima ecclesiastica aucto-



ate approbata, in qua sodales, secundum proprias  
suis societatis leges, vota publica, perpetua vel tempora-  
ria, elapso tamen tempore renovanda, nuncupant,  
que ita ad evangelicam perfectionem tendunt ;

» 2<sup>o</sup> *Ordinis*, religio in qua vota sollemnia nuncupan-  
tur ; *Congregationis monasticæ*, plurium monasterium sui  
ris inter se conjunctio sub eodem Superiore ; *religionis  
emptæ*, religio, sive votorum sollemnium sive simpli-  
um, a jurisdictione Ordinarii loci subducta ; *Congrega-  
tionis religiosæ* vel *Congregationis* simpliciter, religio in  
qua vota dumtaxat simplicia, sive perpetua sive tempora-  
ria, emittuntur ;

» 3<sup>o</sup> *Religionis juris pontificii*, religio quæ, vel approba-  
tionem, vel saltem laudis decretum ab Apostolica Sede est  
consecuta ; *juris diœcesani*, religio quæ, ab Ordinariis  
constituta, hoc laudis decretum nondum obtinuit ;

» 4<sup>o</sup> *Religionis clericalis*, religio cujus plerique sodales  
sacerdotio augentur ; secus est *laicalis* ;

» 5<sup>o</sup> *Domus religiosæ*, domus alicujus religionis in ge-  
nere ; *domus regularis*, domus Ordinis ; *domus formatæ*,  
domus religiosa in qua sex saltem religiosi professi degunt,  
votorum, si agatur de religione clericali, quatuor saltem  
sunt sacerdotes ;

» 6<sup>o</sup> *Provinciæ*, plurium religiosarum domorum inter se  
conjunctio sub eodem Superiore, partem ejusdem reli-  
gionis constituens ;

» 7<sup>o</sup> *Religiosorum*, qui vota nuncuparunt in aliqua re-  
gione ; *religiosorum votorum simplicium*, qui in Con-  
gregatione religiosa ; *regularium*, qui in Ordine ; *soro-  
rum*, religiosæ votorum simplicium ; *monialium*, religiosæ  
votorum sollemnium aut, nisi ex rei natura vel ex con-  
textu sermonis aliud constet, religiosæ quarum vota ex  
constituto sunt sollemnia, sed pro aliquibus locis ex Apos-  
tolicæ Sedis præscripto sunt simplicia ;

» 8<sup>o</sup> *Superiorum majorum*, Abbas Primas, Abbas Super-  
ior Congregationis monasticæ, Abbas monasterii sui  
ris, licet ad monasticam Congregationem pertinentis,  
primus religionis Moderator, Superior provincialis,

eorundem vicarii aliique ad instar provincialium potestatem habentes. » — *Cod.*, c. 488.

b) « Regulæ et particulares constitutiones singularum religionum, canonibus novi Codicis *non contrariæ*, vim suam servant; quæ vero eisdem *opponuntur*, abrogatæ sunt. » — *Cod.*, c. 489.

« Proinde earum textus *emendandus* erit. Ne autem in re tanti momenti aliquod inconveniens oriatur, Sacra Congregatio Sodalium Religiosorum negotiis præposita præscribit emendationes textus Regularum et Constitutionum *suo esse subjiciendas examini*. Hoc omnes et singulæ juris Pontificii Religiones, itemque quævis Societates sine votis publicis, sive virorum sive mulierum, in communi viventium, opportune peragent cum relationem de statu religionis ad Sanctam Sedem transmittent juxta præscriptum canonis 510. Quapropter interest ut omnes Religiones una cum prædicta relatione quædam suarum Regularum Constitutionumve exemplaria ad Hanc Sacram Congregationem mittant.

» Sacra insuper Congregatio hortatur enixeque rogat Rev. Ordinarios locorum in quibus alicujus Religionis Moderatores supremi et Congregationum mulierum supremæ Antistitæ commorantur, ut quamprimum de his omnibus illos *certiores faciant*. » — Romæ, ex Secretaria S. Congregationis, die 26 junii 1918. — *Acta*, X, 290.

c) « Quæ de religiosis statuuntur, etsi *masculino* vocabulo expressa, valent etiam pari jure de *mulieribus*, nisi ex contextu sermonis vel ex rei natura aliud constet. » — *Cod.*, c. 490.

d) « Religiosi *præcedunt* laicis; religiones clericales, laicalibus; canonici regulares, monachis; monachi, ceteris regularibus; regulares, Congregationibus religiosis; Congregationes juris pontificii, Congregationibus juris diœcesani. » — *Cod.*, c. 491, § 1.

« At *clerus sæcularis* præcedit, tum laicis, tum religiosis extra eorum ecclesias, atque etiam in eorum ecclesiis si agatur de religione laicali;

» Capitulum vero cathedrale, vel collegiale, eisdem præcedit, ubique locorum. » — *Ibid.*, § 2.

1199. II. Status religiosus, quoad substantialia, fuit immediate a Christo institutus, ac proinde est de *jure divino*, non præcipiente, sed *consulente*.

a) Nam Christus Dominus dedit Ecclesiæ suæ *præcepta et consilia*.

1<sup>o</sup> *Præcepta* sunt vere mandata, sine quorum observatione non potest obtineri finis, seu assecutio regni cœlorum. juxta verbum Domini apud *Matthæum*, XIX, 17 : « Si vis ad vitam ingredi, serva mandata ».

2<sup>o</sup> *Consilia* autem ab ipso proposita sunt pro his qui volunt perfectionem christianæ caritatis assequi, dicente Christo Domino de *castitate* : « Sunt eunuchi qui seipsos castraverunt propter regnum cœlorum » (*Matth.*, XIX, 2) ; et de *paupertate* : « Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes et da pauperibus, et habebis thesaurum in cœlo, et veni, sequere me » (*Matth.*, XIX, 21) ; et de *obedientia* : « Si quis vult venire post me, abneget semetipsum » (*Matth.*, XVI, 24).

Atqui, substantia status religiosi in his tribus votis consistit ; ergo hic status ab ipso Christo traditus est. — *Uarez, De Relig., tract. 7, lib. 3, cap. 2.*

b) Verum status religiosus non est institutus a Christo propter *accidentalem* ejus determinationem ad talem regulam vel finem particularem.

*Accidentalia* status religiosi, in his quæ spectant ad determinatum modum in eo vivendi, excogitarunt, labentius sæculis, viri sanctitate conspicui, et Ecclesiæ approbationi proposuerunt.

1200. III. Unde, Ecclesia jus habet ea ordinandi quæ ad perfectionem vitæ christianæ spectant, ut fideles libere consilia evangelica sequi valeant. — *Cf. Leonis XIII litt. Perlectæ, 22 oct. 1880 ; et litt. Dolemus, 13 jul. 1886.*

a) Et, ex statutis principiis de relationibus inter utramque societatem (*cf. n. 19, sq.*), sequitur : *Statum* conferri ad agnoscendam personalitatem juridicam *associationum* quæ sint ab Ecclesia approbatæ ; *singulorum* membra agnoscenda esse pro effectibus civilibus et ligata votis et Regula ; et proinde ipsam *Prælatorum auctoritatem* in suos subditos in foro civili esse agnoscendam. — *Cf. Cavagnis, Institut. jur. pub., lib. 4, n. 356, sq.*

b) A fortiori, plane iniquum esset si Gubernium civile in cujus ditione Religio catholica recepta est, religiosorum conventus omnino *excluderet*.

Nam, si tanquam personæ juridicæ non agnoscuntur, saltem debent admitti ceu *societates privatæ*. — Etenim, cum in jure Civilitatis moderno alta voce ubique promulgetur *libertas*, cum secta Massonica tam liberaliter *tolerentur*, quin et *promoveantur* ab illis qui præsumunt, quo jure religiosorum conventibus illud denegari poterit quod, tum omnibus sectis religiosorum, tum societatibus ad eversionem ordinis socialis tendentibus, tam liberaliter conceditur? — *Aichnecker Compend. jur. can.*, § 36. — *Cf. Pii VI litteras Quod aliquantum* 10 mart. 1791.

#### 1201. IV. Sodalitatis cujuslibet religiosæ finis

a) *Primarius et generalis* est sanctificatio membrorum suorum, per observantiam trium eorundem votorum et propriarum constitutionum.

b) *Finis secundarius et specialis* constituitur in illis peculiaribus caritatis operibus erga Deum aut erga proximum, ad quæ exercenda Institutum ipsum formatum est — *Cf. epist. Leonis XIII ad Archiep. Paris.*, 23 dec. 1900 et ad *Superiores Ordinum relig.*, 29 jun. 1901.

1202. V. **Diversitas religionum** exsurgit : tum ex diversitate *finis proximi*, tum ex diversitate *mediorum accidentalium* quibus religio, secundum regulas vel constitutiones proprias, in suum finem tendit.

a) Ratione *finis proximi*, distinguuntur in tres classes, quatenus vitam *contemplativam*, vel *activam*, vel *mixtam* profitentur.

Religiones *contemplativæ* principaliter meditationi rerum cœlestium et orationi vacant.

Religiones *activæ* principaliter se exercent in operibus misericordiæ et caritatis erga proximum, sive spiritualibus sive corporalibus.

Religiones *mixtæ* utramque vitam contemplativam et activam conjungunt.

Inter Religiones, *supremum* gradum tenent *mixtæ*, quia, sic magis est illuminare quam lucere tantum, sic magis est contem

ta aliis ex caritate tradere quam contemplari tantum. — Cf. *S. om.*, 2, 2., q. 188, art. 6.

Vita autem *contemplativa* præponitur *activæ*, juxta illud Christi : « Maria optimam partem elegit ». — *Luc.*, x, 42.

b) Ratione *mediorum*, quatuor sunt regulæ *principales*, nempe : regulæ S. Basilii, S. Augustini, S. Benedicti et S. Francisci.

Uni ex his adhæserunt plerique fundatores Ordinum, subjectis *peculiaribus statutis* seu *constitutionibus*, quibus unicuique familiam ad finem proprium adduceret.

## ARTICULUS II

### DE VOTORUM SOLLEMNITATE

1203. I. **Professio sollemnis actus votis contrarios reddit invalidos si sint irritabiles**, dum *simplex* professio, temporaria sit vel perpetua, eosdem actus *illicitos* reddit quidem sed non invalidos. — *Cod.*, c. 579. — Hinc :

a) Votum sollemne *castitatis* est perpetuum impediens ut quis possit valide *matrimonium* contrahere. — *Cf. n. 1027.*

b) Votum sollemne *paupertatis* importat cujusque proprietatis abdicationem, et incapacitatem ad illam in futuro acquirendam. — *Cf. n. 1246.*

Equidem de essentia paupertatis evangelicæ non est ut dominio rerum temporalium privet, sed tantum ut excludat *usum independentem* ; verum jure canonico sancitum est, ut sollemne votum paupertatis excludat etiam *capacitatem* dominii, ita ut vovens non possit *valide* bona temporalia tanquam propria possidere. — *Cf. Trid.* xxv, de *Regularibus*, cap. 2. — *Cf. Suarez, De Relig.*, tract. 7, cap. 13, n. 9.

c) Votum sollemne *obedienciæ* efficit ut personam vovens, suam voluntatem ita abdicet in futurum, ut non possit *valide* se obligare erga Deum vel homines, nisi ad Prælati arbitrium.

« Arbitrium (Religiosi); non ex sua, cum *velle et nolle* non habeat, sed ex illius, quem vice Dei super caput suum posuit, voluntate dependet. » — *Cap. Si Religiosus, 27, De elect., in 6°.*

1204. II. **Unde oriatur votorum sollemnitatis, non unius est sententia apud Doctores.**

Communiter dicitur sollemnitatem votorum non esse in ipsis *intrinsecam*, ita ut votum simplex et sollemne differant *specie*, sed eam *ab Ecclesiæ dispositione* pendere.

Quod probatur ex. *cap. Quod votum, De voto, in 6°*, quo Bonifacius VIII declaravit voti sollemnitatem « *in sola constitutione Ecclesiæ esse inventam.* » — *Greg. XIII Const. Quanto, 1 feb. 1583.*

1205. III. **Hinc, ab Ecclesia pendet id omne quod ipsius iudicio, hanc sollemnitatem constituit.**

a) Proinde, ad ipsam pertinet statuere *incapacitatem* votantibus inhærentem quoad certos actus huiusmodi votis oppositos; et quidem, *non obstante civitate potestate* contrarium ordinante, cum Ecclesia sit independens a sæculari auctoritate quoad objecta finem spirituales spectantia.

Ideo *nulli* omnino et irriti essent omnes *actus proprii* a sollemniter professo peracti, quantumvis validi iure civili alias haberentur.

b) Ex dictis intelligitur cur vota sollemnia in Ordinibus ab Ecclesia ad hoc approbata sint emittenda; imo, in domibus auctoritate Sanctæ Sedis erectis. — *Ben. XIV, De syn., lib. 9, cap. 1.*

Item apparet quomodo a S. Sede *sollemnia* reputentur vota Monialium in Sabaudia et in diocesi Niciensi, dum talia non habentur vota emissa in ceteris Galliæ monasteriis ad eadem Instituta pertinentibus.

1206. IV. **Ut vota Monialium sollemnia reputentur debent emitti in domo clausuræ Pontificiæ adstricta.** *Cap. Periculoso, De statu Regularium, in 6°.* — *Tripl. xxv, cap. 5, De Reg.; — Ben. XIV constit. Quamvis iusto, 30 apr. 1749; — Cod., c. 597.*

In Gallia, a tempore perturbationis anni 1789, Moniales non nisi usuræ episcopali subjiuntur, nec a Sede Apostolica potestatem acceperunt ad sollemnem professionem admittendi. — Cf. resp. c. Pœnitentiariæ ad Episc. Cenomanen., 2 jan. 1836.

Sedes enim Apostolica expedire non existimat ut vota sollemnia moniales emittant in iis regionibus in quibus, ratione circumstantiarum et civilium legum, clausuræ lex, tantopere a sacris canonibus inculcata, tantisque pœnis sancita, vel servari non possit, vel violari, quamvis Moniales ad eos Ordines pertineant qui a Sancta Sede approbati sint ad vota sollemnia Deo nuncuanda. — S. C. Ep. et Reg., 2 sept. 1864.

Porro, monasteria quarum vota ex Instituto sunt sollemnia, sed a Sede præscripto sunt simplicia, in Gallia et Belgio ab Ordinibus locorum dependent eadem ratione ac ante Codicis promulgationem, cauto tamen quod nulla potestas sit Episcopis ad immutandas regulas antiquiorum Ordinum aut constitutiones monialium a Sancta Sede approbatas. — S. C. de Religiosis, 22 maii 1919 (Acta, XI, 240).

---

## CAPUT II

DE APPROBATIONE INSTITUTORUM  
ET DOMORUM ERECTIONE

## ARTICULUS I

## DE INSTITUTORUM APPROBATIONE

1207. **I. Ordinum religiosorum approbatio**, in quibus *vota sollemnia* emittuntur, *Sedi Apostolicæ* reservata est.

Reverà, ex antea dictis, sollemnitatis votorum « ex sola constitutione Ecclesiæ » pendet ; ergo, ad solum Supremum legislatorem pertinet inhabilitates inducere quæ, nisi ab eo ponantur, nullam vim habent. — *Cf. cap. 9, de religiosis domibus ; — cap. Religionum, cod. tit., in 6º ; extravag. unic. Joannis. XXII, eod. tit.*

1208. **II. Verum Congregationes religiosæ** tentari et inchoari possunt sub auctoritate *Episcoporum*.

Imo, Sedes Apostolica non solet novam Congregationem *approbare*, nisi post satis diuturni temporis experimentum.

a) Sed, licet Episcopi (non autem Vicarius Capitularis vel Vicarius Generalis) condere possint Congregationes religiosas, eas tamen « ne condant neve condi sinant, *inconsulla* Sede Apostolica ;

» Quod si agatur de *Tertiariis* in communi viventibus, requiritur præterea ut a supremo Moderatore primi Ordinis suæ religioni aggregentur ». — *Cod., c. 492, § 1. — Pii X motu proprio Dei providentis, 15 jul. 1906.*

b) Ordinarius, hujus licentiæ impetrandæ gratia, S. C. de Religiosis adeat per *supplicem libellum* quo hæc docebit : « Quis qualisque sit novæ sodalitatæ auctor, et qua is causa ad eam instituendam ducatur : quibus verbis conceptum sit sodalitatæ condendæ nomen seu titulus, quæ sint forma, color, materia, partes habitus a novitiis et professis gestandi ; quot et quænam sibi opera sodalitatæ assumptura sit ; quibus opibus tuitio ejusdem contineatur ; an



lia in diœcesi sint instituta, et quibus illa operibus insistant ». *Pii X constit. Dei providentis.*

c) « Nec nomen nec habitus religionis jam constitutæ assumi potest ab iis qui ad illam legitime non pertinent, aut a nova religione. » — *Cod., c. 492, § 3.*

### 1209. III. « Congregatio juris diœcesani, »

a) » Quamvis decursu temporis in plures diœceses transmissa, usque tamen dum pontificiæ approbationis aut Ordinarii testimonio caruerit, remanet diœcesana, *Ordinum jurisdictioni* ad normam juris plane subjecta. » — *Cod., c. 492, § 2.*

b) Congregatio religiosa juris diœcesani « in alia diœcesi domos constituere non potest nisi consentiente Ordinario, tum loci ubi est domus princeps, tum quoque loco quo velit commigrare ;

Ordinarius autem loci unde excedit, consensum sine speciali causa ne deneget. » — *Cod., c. 495, § 1.*

c) Si ad diœceses alias eam propagari accidat, « nihil aliud ipsius legibus mutari liceat, nisi de consensu *singulorum Ordinariorum* quorum in diœcesibus ædes habeat ». — *Ibid., § 2. — Cf. Leonis XIII const. Conditæ a Christo, Dec. 1900.*

d) « Quælibet religio, etiam juris diœcesani tantum, si legitime condita, etiamsi unica domo constet, non potest *primi* nequit nisi a Sancta Sede, cui etiam reservatur potestas bonis in casu statuere, semper tamen salva offerentium voluntate. » — *Cod., c. 493.*

### 1210. IV. Sedes Apostolica, in approbandis novis Institutis votorum simplicium, secundum Normas processum solet quæ a S. Cong. Episc. et Reg. firmatæ sunt, Dec. 1901.

a) Aliquando, fundatoribus novi Instituti litteræ mittuntur quibus eorum *intentio*, vel *finis* ipsius Instituti, *statuatur* : nempe, si Institutum recens natum unam domum tantum vel alteram domum habeat, nec aptæ adhuc domus eo constitutiones concinnatæ fuerint.

Pia Institutio, quamvis hujusmodi litteris donata manet nihilominus in statu *privati* et omnino *diœcesanæ* sodalitiæ. — *Norm., num. 1.*

b) Per decretum quo *ipsum Institutum laudatum* Congregatio cessat esse simpliciter diœcesana, et *Pontificii juris* evadit.

Hoc *decretum laudis* conceditur si, post elapsam a prima funditione congruum tempus, Institutum satis *diffusum* fuerit, et ubi dederit *fructus* pietatis, regularitatis et spiritualis emolumenti. In quibus constare debet per *litteras testimoniales* Antistitis vel Antistiti *Ordinariorum* in cujus vel in quorum diœcesibus seu territoriis Institutum habet domos vel domum. — *Norm., n. 2, sq.*

c) *Decretum approbationis Instituti* demum conceditur si, post datum decretum *laudis*, per satis diuturni temporis experimentum probatur Instituti firma conditio, Constitutionum accommodatio et vigens observantia. — *Norm., n. 5, sq.*

d) Super *Constitutionibus*, ut plurimum, cum decreto *laudis* Instituti, dantur animadversiones *in folio*.

Cum decreto *approbationis* Instituti, dantur etiam haud raro *novæ animadversiones*, ad pleniorum correctionem Constitutionum.

Item, nonnunquam datur decretum quo Constitutiones emendatæ *approbantur ad experimentum*, ad tres, quinque vel septem annos.

e) Dantur denique aliquando decreta *definitivæ approbationis* Instituti simul et Constitutionum. — *Norm., num. 24.*

Immutandi constitutiones, utpote quæ probatæ a Sede Apostolica, nemini Episcoporum jus datur. — *Lenis XIII constit. Conditæ a Christo, 8 dec. 1900, § 2, n. 2 Cod., c. 618, § 2.*

f) « Religionem *pontificii juris* in provincias dividers constitutas jam provincias conjungere, vel aliter circumscribere, novas condere conditasve suppressere, monasteria sui juris a monastica Congregatione separare et alii uniri ad *unam* pertinet Sedem Apostolicam. » — *Cod., c. 494, §*

g) « Exstincta provincia, *de ejus bonis statuere*, salv

titiae legibus et fundatorum voluntate, spectat, nisi institutiones aliud caveant, ad Capitulum generale, vel, praeter tempus Capituli, ad Moderatorem generalem cum Consilio. » — *Ibid.*, § 2.

1211. **V. Specialis Consultorum Commissio**, praeside Congr. de Religiosis Praefecto, auctoritate Apostolica per constituta est, « eidemque deferuntur omnia quae novi cujuslibet Instituti votorum simplicium, ejusque constitutionum *examen* et *approbationem* attinent, nisi, speciali ex causa, vel exortis inter Commissionis Consultores gravibus opinionum discrepantiis, Cardinalis Praefectus opportunius judicaverit ad Emorum cœtum rem deferre ». — *S. C. de Religiosis ret.*, 24 mart. 1914 (*Acta*, VI, 189). — *Cf. ibid. Normas regulares huic decreto adjectas.*

In examinandis et approbandis novis Institutis seu constitutionibus, Commissio *præ oculis habeat* omnia quæ statuta inveniuntur in SS. Canonibus, in RR. Pontificum constitutionibus, et praesertim in Normis S. C. Episc. et Reg., in decretis S. Cong. Religiosorum. » — *Ibid.*, n. 8.

## ARTICULUS II

### DE ERECTIONE ET SUPPRESSIONE DOMORUM

1212. **I. « Ad erigendam domum religiosam exemplarem, sive formatam sive non formatam, aut monasterium monialium, aut in locis Sacrae Congregationi de Proprietate. Fide subjectis quamlibet religiosam domum, requiritur beneplacitum Sedis Apostolicae et Ordinarii loci consensus in scriptis datus ;**

Secus, satis est Ordinarii venia. » — *Cod.*, c. 497, § 1. *Cf. Leonis XIII const. Romanos Pontifices, 8 maii 1881.*

a) « Constituendae novae domus permissio facultatem comprehendit : pro religionibus *clericalibus*, habendi ecclesiam publicum oratorium domui adnexum, salvo praescripto art. 1162, § 4 (*cf. n. 1401, c*), et sacra ministeria peragenda, servatis de jure servandis ; pro *omnibus religioni-*

*bus*, pia opera exercendi religionis propria, salvis conditionibus in ipsa permissione appositis. » — *Ibid.*, § 2

b) « Nulla religiosa domus erigatur nisi judicari prudenter possit, vel ex redditibus propriis, vel ex consuetudine eleemosynis, vel alio modo, *congruæ sodalium habitationis et sustentationi* provisum iri. » — *Cod.*, c. 496.

1213. II. **Ut constituta domus in alios usus convertatur**, « *eædem sollemnitates* requiruntur de quibus supra nisi agatur de conversione quæ, salvis foundationis legibus ad *internum* regimen et disciplinam religiosam dumtaxat referatur ». — *Cod.*, c. 497, § 4. — *Cf. Leonis XIII constitutiones Romanos Pontifices.*

Verum, « ut ædificentur et aperiantur schola, hospitium vel similis rationis ædes *separata* a domo etiam exempta necessaria est, et sufficit, specialis *Ordinarii* scripta licentia ». — *Ibid.*, § 3.

1214. III. **Supprimi nequit domus religiosa, sive formata sive non formata :**

a) Sine beneplacito apostolico, « si ad religionem *exemptam* pertineat ». — *Cod.*, c. 498.

b) « Si ad Congregationem juris pontificii *non exemptam*, supprimi potest a supremo Moderatore, consentiente *Ordinario* loci ;

c) » Si ad Congregationem *juris diæcesani*, sola *Ordinarii* loci auctoritate, audito Congregationis Moderatore, salvo jure recursus in suspensivo ad Sedem Apostolicam. » — *Ibid.*

Si tamen religio *unica domo* constet, supprimi nequit nisi *Sancta Sede*, ad normam can. 493. — *Cf. n. 1209, d.*

## CAPUT III

## DE ADMISSIONE IN RELIGIONEM

in religionem admitti potest quilibet catholicus qui nullo legitimo retineatur impedimento rectaque intentione moveatur, et ad religionis onera ferenda sit idoneus. » — *Cod.*, c. 538.

## ARTICULUS I

## DE POSTULATU

1215. I. « In religionibus a votis perpetuis, mulieres *conversae*, et, si agatur de religione virorum, *conversi*, antequam ad novitiatum admittantur, postulatum ad sex saltem integros menses peragant ;

a) » In religionibus vero a votis *temporariis*, ad necessitatem et tempus postulatus quod attinet, standum est constitutionibus. » — *Cod.*, c. 539, § 1. — *S. C. de Relig.*, aug. 1912.

b) « Superior major praescriptum postulatus tempus test *prorogare*, non tamen ultra aliud semestre. » — *id.*, § 2.

1216. II. Postulatus peragi debet « vel in domo novitatus vel in alia religionis domo in qua disciplina secundum constitutiones accurate servetur, sub speciali cura probati religiosi ». — *Cod.*, c. 540, § 1.

a) « Postulantes *vestem* induant modestam, ac diversa a veste novitiorum. » — *Ibid.*, § 2.

b) « In monasteriis *monialium* adspirantes, dum postulatum peragunt, lege clausurae tenentur. » — *Ibid.*, § 3.

1217. III. Jus admittendi ad novitiatum et subsequentem professionem religiosam, tam temporariam quam perpetuam, « pertinet ad *Superiores majores* cum suffragio

Consilii seu Capituli, secundum peculiare cujusque religionis constitutiones ». — *Cod.*, c. 543.

Postulantes, antequam novitiatum incipiant, « *exercitiis spiritualibus* vacent per octo saltem integros dies; et, juxta prudentis confessarii judicium, præmittant generalem anteactæ vitæ confessionem ». — *Cod.*, c. 541.

## ARTICULUS II

### DE REQUISITIS UT QUIS IN NOVITIATUM ADMITTATUR

#### 1218. I. « Invalide ad novitiatum admittuntur :

- 1<sup>o</sup> » Qui sectæ *acatholicæ* adhæserunt ;
- 2<sup>o</sup> » Qui *ætatem* ad novitiatum requisitam non habent ;
- 3<sup>o</sup> » Qui religionem ingrediuntur *vi, metu gravi* aut *dolo* inducti, vel quos Superior eodem modo inductus recipit ;
- 4<sup>o</sup> » *Conjux*, durante matrimonio ;
- 5<sup>o</sup> » Qui obstringuntur vel obstricti fuerunt vinculo *professionis religiosæ* ;
- 6<sup>o</sup> » Hi quibus *imminet pœna* ob grave delictum commissum de quo accusati sunt vel accusari possunt ;
- 7<sup>o</sup> » *Episcopus*, sive residentialis sive titularis, licet Romano Pontifice sit tantum designatus ;
- 8<sup>o</sup> » Clerici qui, ex instituto Sanctæ Sedis, *jurejuranda* tenentur operam suam navare in bonum suæ diœcesis vel missionum, pro eo tempore quo jurisjurandi obligatio perdurat. » — *Cod.*, c. 542, n. 1.

Verba « *qui sectæ acatholicæ adhæserunt* » (sub num. 1) non sunt intelligenda de his qui, Dei gratia moti, ex hæresi vel schismate in quibus nati sunt ad Ecclesiam pervenerint, sed de iis qui a fide catholica defecerunt. — *Commiss. Pontif.*, 16 oct. 1919 (*Acta* XI, 477).

#### 1219. II. « Illicite, sed valide admittuntur :

- 1<sup>o</sup> » Clerici *in sacris* constituti, *inconsulto* loci Ordinario, aut eodem *contradicente* ex eo quod eorum discessu in grave animarum detrimentum cedat quod aliter vitare minime possit ;
- 2<sup>o</sup> » *Ære alieno gravati* qui solvendo pares non sint

» Reddendæ rationi obnoxii, aut aliis *sæcularibus*, *potius* implicati ex quibus lites et molestias religio-  
re possit;

» Filii qui parentibus, idest patri vel matri, avo vel  
e, in gravi necessitate constitutis, *opitulari debent*, et  
entes quorum opera sit ad liberos alendos vel educan-  
necessaria;

» Ad sacerdotium in religione destinati, a quo tamen  
oveantur *irregularitate* aliove canonico impedimento;

» *Orientalis* in latinis religionibus sine venia scripto  
Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali. » —  
, c. 542, n. 2.

1220. III. Non absque prævia informatione postu-  
es ad novitiatum admittendi sunt.

a) In quavis religione « omnes adspirantes, antequam  
mittantur, exhibere debent testimonium recepti *baptis-*  
*is et confirmationis* ». — *Cod.*, c. 544, § 1.

b) Adspirantes *viri* « debent præterea *testimoniales*  
*as* exhibere Ordinarii originis ac cujusque loci in  
post expletum decimum quartum ætatis annum,  
ati sint ultra annum moraliter continuum, sublato  
libet contrario privilegio ». — *Ibid.*, § 2.

c) Si agatur de admittendis illis qui in *Seminario*, *col-*  
vel alius religionis *postulatu* aut *novitiatu* fuerunt,  
quiruntur præterea litteræ testimoniales, datæ, pro di-  
is casibus, a rectore Seminarii vel collegii, audito Ordi-  
o loci, aut a majore religionis Superiore ». — *Ibid.*, § 3.

d) Pro *clericis* admittendis, « præter testimonium  
nationis, sufficiunt litteræ testimoniales Ordinario-  
in quorum diocesisibus post ordinationem ultra annum  
liter continuum sint commorati, salvo præscripto  
. — *Ibid.*, § 4.

e) Religioso *professo*, ad aliam religionem ex apos-  
o indulto transeunti, « satis est testimonium Supe-  
s majoris prioris religionis ». — *Ibid.*, § 5.

f) Præter hæc testimonia, a jure requisita, « possunt

Superiores, quibus jus est adspirantes in religione cooptandi, *alia quoque exigere* quæ ipsis ad hunc finem necessaria aut opportuna videantur ». — *Ibid.*, § 6.

g) *Mulieres* denique « ne recipiantur nisi præmissis accuratis investigationibus circa earum indolem et mores firmo præscripto § 3 ». — *Ibid.*, § 7.

h) « Superiores religiosi qui candidatum non idoneum aut sine requisitis litteris testimonialibus, ad novitiatum vel ad professionem admiserint, pro gravitate culpæ *penitentur*, non exclusa officii privatione. » — *Cod.*, c. 241.

1221. IV. qui litteras testimoniales ex præscripto juris dare debent :

a) « Eas, non ipsis adspirantibus, sed *Superioribus* religiosis dent gratuito intra trimestre spatium ab earum requisitione, sigillo clausas et, si agatur de illis qui in Seminario, collegio vel alius religionis postulatu aut novitiatu fuerint, a Superiore juramento firmatas ». — *Cod.*, c. 545, § 1.

b) « Si, ob graves rationes, judicaverint se eis *respondere non posse*, causas Apostolicæ Sedi intra idem tempus exponant. » — *Ibid.*, § 2.

c) « Si reposuerint adspirantem satis *non esse satis cognitum*, per aliam accuratam investigationem, ac firmam dignam relationem, Superior religiosus suppleat ;

» Si vero *nil reposuerint*, Superior requirens de non accepta responsione Sanctam Sedem certiore reddat. — *Ibid.*, § 3.

d) In suis litteris testimonialibus, « postquam diligentem investigationem, etiam per secretas notitias, instituerint, *referre debent*, graviter eorum conscientia onerata super veritate expositorum, de adspirantis natalibus, numeris, ingenio, vita, fama, conditione, scientia ; sitne impedimento irretitus, num propria familia ejus auxilio indigeat, et tandem, si agatur de illis qui in Seminario, collegio, aut alius religionis postulatu aut novitiatu fuerint



nam de causa dimissi sint vel sponte discesserint ». *Ibid.*, § 4.

e) « Omnes qui prædictas informationes receperint, eadem obligatione tenentur *secreti* servandi circa notitiam habitas et personas quæ illas tradiderunt. » — *Cod.*, c. 546.

1222. V. In monasteriis monialium « postulans affectum in constitutionibus statutam aut legitima condicione determinatam ». — *Cod.*, c. 547, § 1.

« hæc dos « ante susceptionem habitus *monasterio* tradenda aut saltem ejus traditio tuta reddatur forma jure canonici valida ». — *Ibid.*, § 2.

« In religionibus *votorum simplicium*, « quod ad religionem pertinet, standum constitutionibus ». — *Ibid.*, § 3.

a) Dos præscripta « *condonari* ex toto vel ex parte non potest sine indulto Sanctæ Sedis, si agatur de religione pontificii ; sine venia Ordinarii loci, si de religione diocesani ». — *Ibid.*, § 4.

b) « Post primam religiosæ professionem, dos in dote, licitis ac fructiferis nominibus *collocetur* ab Antistita suo Consilio, de consensu Ordinarii loci et Superioris loci si domus ab hoc dependeat ;

« Omnino autem prohibetur eam quoquo modo *ante religionem obitum* impendi, ne ad ædificandam quidem domum ad æs alienum exstinguendum. » — *Cod.*, c. 549.

e) « Dotes caute et integre *administrentur* apud monasterium vel domum habitualis residentię supremæ Monasterii aut Antistitæ provincialis. » — *Cod.*, c. 550, § 1. « Ordinarii locorum « conservandis religiosarum dotibus *invigilent* ; et, præsertim in sacra visitatione, de rationem exigant ». — *Ibid.*, § 2.

d) « Et « religiosarum etiam exemptarum *Antistitæ*, « gravitate culpæ, non exclusa si res ferat officii privatione ab Ordinario *puniantur*, si dotes puellarum receptarum quoquo modo *impendere* præsumpserint », salva sem-

per obligatione dotem restituendi religiosæ quavis de causa discedenti. — *Cod., c. 2412, n. 1.*

e) « Dos monasterio seu religioni *irrevocabiliter* acquiritur per *obitum* religiosæ, licet hæc nonnisi vota temporaria nuncupaverit. » — *Cod., c. 548.*

Sed « religiosæ professæ, sive votorum sollemnium sive votorum simplicium, *quavis de causa discedenti*, integra restituenda est sine fructibus jam maturis ». — *Cod., c. 551, § 1.*

Si vero religiosa professa ad aliam religionem ex apostolico indulto *transeat*, « durante *novitiatu*, fructus, salvo præscripto can. 570; emissa vero nova *professione*, dos ipsa huic religioni debentur;

» Si ad aliud *ejusdem Ordinis* monasterium, huic debetur ipsa dos a die transitus ». — *Ibid., § 2.*

1223. VI. **Ut libertati professionis religiosæ consulatur :**

a) « Religiosarum etiam exemptarum Antistita debet *Ordinariûm loci*, duobus saltem mensibus ante, *certiorem facere* de proxima admissione ad novitiatum et ad professionem, tum temporariam tum perpetuam, sive sollemnem sive simplicem. » — *Cod., c. 552; § 1.*

Secus, « pro gravitate culpæ, non exclusâ, si res ferat, officii privatione, ab Ordinario loci puniatur ». — *Cod., c. 2412, n. 2.*

b) « Ordinarius loci vel, eo absente aut impedito, sacerdos ab eodem deputatus, *adspirantis voluntatem*, saltem triginta diebus ante novitiatum et ante professionem, ut supra, diligenter et gratuito *exploret*, non tamen claustram ingrediens, num ea coacta seductave sit, an sciat quid agat; et, si de pia ejus ac libera voluntate plane constiterit, tunc adspirans poterit ad novitiatum, vel novitia ad professionem admitti. » — *Cod., c. 552, § 2.*

c) *Excommunicatione*, nemini reservata, ipso facto plectuntur omnes, qualibet etiam dignitate fulgentes, qui « quoquo modo *cogant* virum aut mulierem ad religionem ingrediendam, vel ad emittendam religiosam professio-

m, tam sollemnum quam simplicem, tam perpetuam quam temporariam ». — *Cod., c. 2352.*

## ARTICULUS III

### DE NOVITIORUM INSTITUTIONE

Exacto postulationis tempore ad normam constitutionum, si spirans in sancto proposito perseveret, « novitiatus incipit *sustitione habitus vel alio modo in constitutionibus præscripto* ». — *l., can. 553.*

1224. I. **Novitiatus religiosus est : Probationis** tempus, seu exercitium, ad profitendum statum religiosum aliquo particulari Ordine. — Videlicet :

a) Per hujusmodi exercitium, *ex una parte*, *Ordo religiosus* experitur, sive supernam novitii vocationem, quo ritu, qua mente ac voluntate ad id genus vitæ feratur, et ejusdem qualitates, mores, aptitudines ad finem proximum et modum vivendi proprium ipsi Ordini, ut exinde cognoscatur utrum expediat illum admittere, vel rejicere.

b) At simul, *ex alia parte*, *ipse novitius* experitur Religionis austeritates et statuta, suamque indolem, ut videatur utrum expediat, juxta Dei consilium, statum religionis, et quidem in illo Ordine, profiteri.

Necessarium est ut plena scientia et cognitione, et non temere, novitius religiosus suscipiatur ; et ideo oportet in particulari *conferre talem statum cum tali persona*, consideratis ejus viribus, et aliis conditionibus extrinsecis. Non enim quod est secundum se melius, cuilibet melius est. » — *Suarez, De religione, tract. 7, lib. 5, c. 8, n. 2.* — *Cf. Trid., sess. 25, cap. 15, De Reg.*

c) Novitii « privilegiis omnibus ac *spiritualibus* gratiis religioni concessis gaudent ; et, si morte præveniant, ad eadem suffragia jus habent quæ pro professis præstata sunt ». — *Cod., c. 567, § 1.*

hoc valet etiamsi aliter ferant constitutiones antea a S. Sede approbatae. — *Commiss. Pontif., 16 oct. 1919.*

1225. II. « **Erigatur domus novitiatus ad normam constitutionum ;**

a) » Si vero agatur de religione *juris pontificii*, ad eam erigendam necessaria est licentia Sedis Apostolicæ. — *Cod.*, c. 554, § 1.

b) « *Plures in eadem provincia novitiatus domus, si religio in provincias divisa sit, designari nequeunt, nisi gravi de causa et cum speciali apostolico indulto.* » — *Ibid.*, § 2.

c) « *Novitiatus ab ea parte domus, in qua degunt professi, sit, quantum fieri potest, segregatus ita ut, sine speciali causa ac Superioris vel Magistri licentia, noviti nullam habeant communicationem cum professis, neque hi cum novitiis.* » — *Cod.*, c. 564, § 1.

« *Conversis autem novitiis locus separatus adsignetur.* » — *Ibid.*, § 2.

d) « *Integre novitiatus peragatur in habitu quem constitutiones pro novitiis præscribunt, nisi speciales locorum circumstantiæ aliud exigant.* » — *Cod.*, 557.

### 1226. III. « *Novitiatus, ut valeat,*

a) » Peragi debet : 1° post completum *decimum quintum* ætatis annum ; 2° per *annum* integrum et continuum ; 3° in *domo* novitiatus. » — *Cod.*, c. 555, § 1.

b) Si *longius tempus* in constitutionibus pro novitiatu præscribatur, « *illud ad validitatem professionis non requiritur, nisi in eisdem constitutionibus aliud expressè dicatur.* » — *Ibid.*, § 2.

c) « *In religionibus in quibus duæ sunt sodalium classes, novitiatus pro altera classe peractus, pro altera non valet.* » — *Cod.*, c. 558.

### 1227. IV. *Novitiatus interrumpitur,* « *ita ut denuo incipiendus ac perficiendus sit, si novitius, a Superiore dimissus, e domo exierit, aut domum sine illius licentia non reversurus deseruerit, aut extra domum, etsi reversurus, ultra triginta dies sive continuos sive non continuos permanserit quacunque ex causa, etiam de Superiorum licentia.* » — *Cod.*, c. 556, § 1.

a) « Si novitius ultra quindecim, sed non ultra *triginta* dies etiam non continuos, de Superiorum *licentia*, vel *vi* *actus*, extra domus septa permanserit sub Superioris obedientia, ad validitatem novitiatus necesse et satis est hoc modo transactos *supplere* ;

» Si non ultra *quindecim dies*, supplementum potest a Superioribus præscribi, sed non est ad validitatem necessarium. » — *Ibid.*, § 2.

b) Superiores *licentiam* manendi extra septa novitius, « nisi justa et gravi de causa, ne impertiant ». — *Ibid.*, § 3.

c) « Si novitius a Superioribus in aliam novitiatus domum *ejusdem religionis* transferatur, novitiatus non interrompitur. » — *Ibid.*, § 4.

1228. V. « **Novitiorum institutioni præficiendus est Magister**, qui sit annos natus quinque saltem ac triginta, annos saltem ab annis a prima professione professus, prudentia, caritate, pietate, religionis observantia conspicuus, et, si de clericali religione agatur, in sacerdotio institutus. » — *Cod.*, c. 559, § 1.

a) « Si, ob novitiorum numerum, vel aliam justam causam, impedire visum fuerit, Magistro novitiorum *adjungatur socius*, *eidem* immediate subjectus in iis quæ ad novitiatus regimen spectant, quos natus saltem triginta, quinque saltem ab annis a prima professione professus, cum ceteris dotibus necessariis et opportunis. » — *Ibid.*, § 2.

b) « Uterque ab omnibus officiis oneribusque vacare debet quæ novitiorum curam et regimen impedire valeant. » — *Ibid.*, § 3.

c) Magister novitiorum ejusque socius « *eligantur* ad normam constitutionum ; et, si quod in his *tempus* ad durationem muneris scriptum sit, eo durante, ne removeantur sine justa gravique causa ; sed iidem *rursus eligi* possunt ». — *Cod.*, c. 560.

d) Superiores in novitiatus ac studiorum domo « ne collocent religiosos qui sint *ad exemplum*, regularis observantiæ studio ». — *Cod.*, c. 554, § 3.

1229. VI. « **Uni Magistro jus est officium consulendi novitiorum institutioni**, ad ipsumque unum *novitiatus re-*

*gimen spectat, ita ut nemini liceat hisce se, quovis colore immiscere, exceptis Superioribus quibus id a constitutionibus permittitur ac Visitoribus ;*

» Ad disciplinam vero *universæ domus* quod attinet Magister, perinde ac novitii, Superiori est obnoxius. » — *Cod., c. 561, § 1.*

« Novitius potestati Magistri ac Superiorum religionis subest, eisque obedire tenetur. » — *Ibid., § 2.*

a) « Gravi obligatione tenetur Magister novitiorum omnem adhibendi *diligentiam* ut sui alumni in religiosa disciplina, secundum constitutiones, sedulo exerceantur. » — *Cod., c. 562.*

b) Intra annum novitiatus « Magister, ad normam constitutionum, de agendi ratione singulorum alumnorum *relationem* Capitulo vel Superiori majori exhibeat ». — *Cod., c. 563.*

1230. VII. **Annus novitiatus debet, sub disciplina Magistri, hoc habere propositum,** « ut informetur alumnus animus studio regulæ et constitutionum, piis meditationibus assiduaque prece, iis perdiscendis quæ ad vota et ad virtutes pertinent, exercitationibus opportunis ad vitiorum semina radicitus extirpanda, ad compescendos animi motus, ad virtutes acquirendas ». — *Cod., c. 565 § 1.*

a) *Conversi* præterea « diligenter in christiana doctrina instituantur, speciali collatione ad eos habita semel saltem in hebdomada ». — *Ibid., § 2.*

b) Anno novitiatus « ne destinentur novitii concionibus habendis, aut audiendis confessionibus, aut *exterioribus* religionis munitiis, neve *dedita opera* studiis vacent litterarum, scientiarum aut artium ;

» *Conversi* autem in ipsa religiosa domo eatenus tantum funguntur possunt officii fratrum conversorum (non tamen uti primarii officiales), quatenus ab exercitiis novitiatus pro ipsis constitutis non præpediantur ». — *Cod., c. 565. — Cf. S. Cong. de Relig. decret. 27 aug. 1910 (Acta, II, 730).*

c) Novitii « ad *Ordines*, durante novitiatu, ne promoveantur ». — *Cod., c. 567, § 2.*

1231. VIII. **Sacerdotes a confessionibus :**

a) In *mulierum* novitiatibus deputentur *novitiis* pe-

nde ac religiosi ad normam can. 520-527. — *Cod., can. 566, § 1.* — *Cf. n. 1325, sq.*

b) In religionibus *virorum* :

1° « Pro novitiorum numero, unus vel plures habeantur *ordinarii* confessarii ;

» Confessarii, si agatur de religione *clericali*, in ipsa novitiatus domo commorentur ; si de *laicali*, saltem frequenter ad domum novitiatus accedant, novitiorum confessiones audituri ;

2° » Præter confessarios *ordinarios*, designentur *aliqui confessarii* quos novitii, in casibus particularibus, libere *libere* possint, nec Magister ægre id se ferre demonstrabit ;

3° » Quater saltem in anno detur novitiis confessarius *extraordinarius*, ad quem omnes accedant, saltem benedictionem recepturi. » — *Cod., c. 566, § 2.*

4° Magister novitiorum ejusque socius, eorum *sacramentales confessiones* ne audiant « nisi alumni, ex gravi urgente causa, in casibus particularibus, sponte id petant ». — *Cod., c. 891.*

5° Novitii, æque ac professi, possunt, ad suæ conscientie quietem, confessarium adire *ab Ordinario loci approbatum*, etsi inter designatos non recensitum. — *Cod., can. 566, § 2 et can. 519.* — *Cf. n. 1322, b.*

1232. IX. « Novitius potest religionem libere deserere, aut a Superioribus vel a Capitulo, secundum constitutiones, quavis justa de causa *dimitti*, quin Superior vel capitulum teneantur dimissionis causam dimisso patefacere. » — *Cod., c. 571, § 1.*

Ne *libertati* religionem deserendi vel minimum impedimentum fiat :

a) « In novitiatus decursu, si suis beneficiis vel bonis quovis modo novitius *renuntiaverit* eademve obligaverit, renuntiatio vel obligatio, non solum *illicita*, sed ipso jure *irrita* est. » — *Cod., c. 568.*

b) « Nisi pro alimentis et habitu religioso, in constitutionibus expressa conventionem, aliquid in postulatu vel novitiatu ineundo

solvendum caveatur, *nihil pro impensis postulatus vel novitiatus exigi potest.* » — *Cod., c. 570, § 1.*

c) « Quæ adspirans *attulerit* et usu consumpta non fuerint, e religione, non emissa professione, egrediatur, ei restituantur. — *Ibid., § 2.*

### 1233. X. Ratione voti paupertatis :

a) « Ante professionem votorum simplicium, sive temporariorum sive perpetuorum, novitius debet, ad totum tempus quo simplicibus votis adstringetur, bonorum suorum *administrationem cedere* cui maluerit, et, nisi constitutiones aliud ferant, de eorundem usu et usufructu *libere* disponere. » — *Cod., c. 569, § 1.*

Ideo constitutiones *ante novi Codicis promulgationem* approbatae servandae sunt, sive novitiis adimant jus disponendi de usu et usufructu suorum bonorum, sive hoc jus limitent seu praefiniant. — *Commis. Pontif., 16 oct. 1919 (Acta, XI, 478).*

b) « Ea cessio ac dispositio, si praetermissa fuerit ob *defectum* bonorum, et haec postea *supervenerint*, aut si facta fuerit et postea alia bona quovis titulo *obvenerint*, fiat aut iteretur secundum normas supra statutas, non obstante simplici professione emissa. » — *Ibid., § 2.*

c) « Novitius in Congregatione religiosa, ante professionem votorum temporariorum, *testamentum* de bonis praesentibus vel forte obventuris libere condat. » — *Ibid., § 3.*

### 1234. XI. Exacto novitiatu :

a) « Si judicetur *idoneus*, novitius ad professionem admittatur, secus dimittatur ;

b) » Si *dubium* supersit sitne idoneus, potest a Superioribus majoribus probationis tempus, non tamen ultra sex menses, prorogari ». — *Cod., c. 571, § 2.*

c) « Votis nuncupandis *spiritualia exercitia* novitius praemittat per octo saltem solidos dies. » — *Ibid., § 3.*



## ARTICULUS IV

## DE PROFESSIONE RELIGIOSA

1235. I. **Professio religiosa est** : Emissio votorum *per facta*, et a Religione per Superiorem *acceptata*, vi-  
 jus novitius, expleta probatione, in statu religioso ad-  
 mittitur.

a) *Duplex* distinguitur professio, si ad *conditionem*  
*torum* attendamus : alia proprie et stricte sumpta, si  
 mittantur vota *sollemnia* ; alia late sumpta ac minus  
 proprie, si vota sint *simplicia*.

b) Professio votorum simplicium iterum distingui-  
 tur in *perpetuam* et *temporariam*, prout vota in perpe-  
 tuum aut ad tempus emittuntur.

c) « Post annum ab emissa qualibet professione reli-  
 giosa, vacant *beneficia* parœcialia ; post triennium, ce-  
 ra. » — *Cod.*, c. 584.

d) « Professus a votis *perpetuis*, sive sollemnibus  
 et simplicibus, amittit *ipso jure* propriam quam in sæ-  
 clo habebat diœcesim. » — *Cod.*, c. 585.

1236. II. **Ad validitatem cujusvis religiosæ profes-  
 nis requiritur ut :**

a) « Qui eam emissurus est legitimam *ætatem* ha-  
 at ». — *Cod.*, c. 572, § 1, n. 1.

Porro, « quilibet professionem religiosam emissurus  
 oportet ut *decimum sextum* ætatis annum expleverit, si de  
*temporaria* professione agatur ; *vicesimum primum*, si de  
*perpetua*, sive sollemni sive simplici ». — *Cod.*, c. 573.

b) Item requiritur ut « eum ad professionem *admit-*  
*legitimus Superior* », et professio « a legitimo Superiore  
*mandatum* constitutiones per se vel per alium recipiatur ». —  
*Cod.*, c. 572, § 1, n. 2 et 6.

c) Professio, absoluto *novitiatû* *valido* ad normam  
 is, debet esse *expressa*, et sine vi aut metu gravi aut  
 o emissa. — *Ibid.*, n. 3, 4 et 5.

1237. III. Ad validitatem vero professionis perpetuæ sive sollemnis sive simplicis, « requiritur insuper ut præcesserit professio simplex temporaria ». — *Cod., c. 572* § 2. — Nam :

a) « In quolibet *Ordine*, tam virorum quam mulierum, et in qualibet *Congregatione* quæ vota *perpetua* habeat, novitius, post expletum novitiatum, in ipsa novitiatu domo debet votis perpetuis, sive sollemnibus sive simplicibus, præmittere votorum simplicium professionem ad triennium valituram, vel ad longius tempus si ætas ad perpetuam professionem requisita longius distet, nisi constitutiones exigant annuales professiones. » — *Cod. can. 574, § 1.*

b) « Hoc tempus legitimus Superior potest, renovata a religioso temporaria professione, *prorogare*, non tamen ultra aliud triennium. » — *Ibid., § 2.*

c) Novitii quos exemptos esse certo non constat *servitio militari activo*, scilicet ab eo *servitio* quod ipsi *primitus* ad militiam vocati, ad unum vel plures annos præstare debent, hæc vota temporanea emittant « valitura usque ad *servitium militare* ».

1° Vota prædicta « cessant eo die quo Religiosus *militiam effective* adscriptus et disciplinæ militari subjectus evadit vel inhabilis ad *militiam absolute* et in perpetuum declaratur ». — *S. C. de Relig., 15 jul. 1919 (Acta, XI, 321)*

Ideo, si ex constitutionum præscripto post novitiatum vota *annualia* emittantur, alumni *servitio militari adstricti*, absolutum novitiatu, admitti possunt ad professiones annuales, ita tamen ut vota *annualia* cessent si Religiosi ad *servitium militare* vocentur. — *S. C. de Relig., 30 nov. 1919 (Acta, XII, 73.)*

2° « Perdurante *militari servitio*, alumnus, quamvis voti religiosi non sit ligatus, tamen *membrum Religionis* esse perseverat, sub auctoritate suorum Superiorum, qui de eo curam habere debent forma præscripta in Decreto « *Inter reliquas* », nn. 4 et 5. Attamen, ad normam can. 637, alumnus potest libere religionem *deserere*, præmoniti Superioribus per declarationem in scriptis vel coram tes

is, quæ declaratio caute in Archivo Ordinis vel Instituti servetur; Religio pariter potest eum, ob justas et rationabiles causas, dimissum declarare. » — *S. C. de Relig., 15 jul. 1919.*

° A servitio militari dimissi professionem temporariam iterum saltem *ad annum* emittent antequam professionis perpetuæ vinculo se obstringant. — *S. S. de Relig., 1 jan. 1911 (Acta, III, 37).*

° Religiosi qui, servitio militari activo subjecti, tamen habent et manifestant animum *sese exteris professionibus addicendi*, in eis que *permanendi* usque ad tempus a lege civili statutum ad perpetuam exemptionem a servitio militari adipiscendam, nequeunt quidem se ad professionem sollemnem vel perpetuam admittere.

Concedit tamen Sacra Congregatio de Religiosis ut, primo studiorum curriculi anno, liceat juvenes ad sacras Missiones intra annum profecturos, ad solemnem, seu perpetuam ad perpetuam professionem admittere et ad Ordines promoveri, emissio prius ex parte candidi *juramento* de servitio Missionibus præstando *usque ad tempus præfinitum* a lege civili ad exemptionem obtinendam, et onerata Superiorum conscientia de ejusdem promotione, — *S. C. de Relig., 1 feb. 1912, ad 6 (Acta, III, 246).*

1238. IV. Professi a votis temporariis, de quibus supra :

a) « Fruuntur iisdem indulgentiis, privilegiis et spiritualibus gratiis quibus gaudent professi a votis sollemnibus aut professi a votis simplicibus perpetuis; et, si forte præveniantur, ad *eadem suffragia* jus habent. » — *Ibid., c. 578, n. 1.*

b) « Eadem obligatione tenentur observandi *regulas constitutiones*, sed, ubi viget chori obligatio, *divini officii* privatim recitandi lege non obstringuntur nisi sint in choro constituti, aut aliud constitutiones expresse præscribunt. » — *Ibid., n. 2.*

c) « Voce *activa* et *passiva* carent, nisi aliud in constitutionibus expresse caveatur ; tempus autem præscriptum ad fruendum voce *activa* et *passiva*, silentibus constitutionibus, computetur a prima professione. » — *Ibid.*, n.

1239. V. **Exacto professionis temporariæ tempore**

a) « Religiosus, vel emittat *perpetuam* professionem sollemnem vel simplicem secundum constitutiones, vel a *sæculum* redeat ;

b) » Sed etiam, durante tempore professionis temporariæ, potest, si dignus non habeatur qui vota perpetua nuncupet, *dimitti* a legitimo Superiore. » — *Cod.*, c. 575, §

c) « Suffragium Consilii seu Capituli pro prima professione temporaria est *deliberativum* ; pro subsequente professione perpetua, sollemni vel simplici, est *consultivum* tantum. » — *Ibid.*, § 2.

1240. VI. **In emittenda professione religiosa « servetur præscriptus in constitutionibus ritus ».** — *Can.* 576

a) Sufficit et necesse est ut manifestet intentionem *religiosi profitentis* et *Superioris* acceptantis.

*Ex parte profitentis*, æquivalenter, vel melius explicitè, contineri debet saltem substantialia vota Religionis, in ordine ad determinatum Institutum.

*Ex parte autem Superioris acceptantis*, non expresse requiruntur *verba*, sed sufficit *signum* aliquod externum acceptationis.

b) « *Documentum* emissæ professionis, ab ipso professo et saltem ab eo coram quo professio emissa est *subscriptum*, servetur in tabulario religionis ;

» Et insuper, si agatur de professione *sollemni*, Superior eam excipiens debet profitentis *parochum baptismi* de eadem certiozem reddere, ad normam can. 470, § 2. » — *Cod.*, c. 576, § 2. — *Cf.* n. 1134, b.

1241. VII. **Elapso tempore ad quod vota sunt nuncupata,** « *renovationi* votorum nulla est interponenda mora ». — *Cod.*, c. 577, § 1.

a) Superioribus tamen facultas est « ex justa causa permittendi ut renovatio votorum temporariorum, per

quod tempus, non tamen ultra mensem, *anticipetur* ». *Ibid.*, § 2.

b) Non semel a Sacra Rituum Congregatione exquisitum fuit : quomodo *votorum professio*, aut eorum *sollemnis renovatio*, quæ in plerisque religiosis tam virorum quam mulierum congregationibus locum habet, *intra Missam* peragi valeat.

Hæc sacra Congregatio sequentem methodum servari posse constituit : « Celebrans, sumpto SSmo Eucharistiæ Sacramento, absolute professione, ac verbis quæ ante fidelium Communionem dici solent, Hostiam manu tenens, ad profitentes sese convertet : hi singuli alta voce professionem suam legent, ac postquam legerit, statim SSmum Eucharistiæ sacramentum sumet.

In *renovatione* autem votorum, Celebrans, ad altare conversus, expectet donec renovantes votorum formulam protulerint ; qui, si pauci sint, omnes simul, uno præeunte, formulam renovationis recitent, ac postea ex ordine SSmum Corpus Domini accipient.

Hæc tamen methodus, cum recepta fuerit, in respectivis Congregationum Constitutionibus minime apponenda est. » — *S. C. Congregatio Rituum*, 14 aug. 1894.

#### 1242. VIII. « Professio religiosa irrita

a) » Ob impedimentum *externum* non convalescit subsequeutes actus, sed opus est ut a Sede Apostolica dispensetur, vel denuo, cognita nullitate et impedimento eliminato, legitime emittatur. » — *Cod.*, c. 586, § 1.

b) Si autem irrita fuerit ob consensus defectum *internum*, « hoc præstito, convalescit, dummodo ex parte contrahentis consensus non fuerit revocatus ». — *Ibid.*, § 2.

c) « Si contra validitatem professionis religiosæ grauentur argumenta, et religiosus *renuat* ad cautelam sive dispensationem renovare sive ejusdem sanationem petere, ad Sedem Apostolicam deferatur. » — *Ibid.*, § 3.

d) « Religiosus clericus cujus professio, ob admissum impedimentum, nulla fuerit declarata : si sit in *minoribus* gradibus constitutus, e statu clericali abjiciatur ; si in *majoribus*, ipso facto suspensus manet, donec Sedi Apostolicæ aliter visum fuerit. » — *Cod.*, c. 2387.

quod item servandum est in societatibus clericalibus sine votis. — *Decretum*, Pontif., 2-3 jun. 1918 (*Acta*, x, 347).

## CAPUT IV

## DE OBLIGATIONIBUS RELIGIOSORUM

Hujusmodi obligationes : vel ex *ipsa professione* oriuntur ; vel e *jure canonico* statui religioso adnexæ sunt.

Et « obligationibus communibus *clericorum* de quibus in can. 121, 142, etiam religiosi omnes tenentur, nisi ex contextu sermoni vel ex rei natura, aliud constet ». — *Cod.*, c. 592. — *Cf. n.* 413, s.

## ARTICULUS I

## DE OBLIGATIONIBUS EX VOTO CASTITATIS

1243. I. **Per votum castitatis** tenentur Religiosi sibi abstinere ab omni actu venereo, tam *interno* quam *externo*, qualiscumque ille sit.

Hanc obligationem *novam* sibi imponunt supra obligationem juris naturalis et divini.

Unde castitas, quæ ante votum ad solam virtutem temperantiam pertinebat, post votum emissum pertinet etiam ad *virtutem religiosam* ; et sic, violatio castitatis in Religiosis duplicem habet malitiam specificam, in confessione necessario declarandam : nempe malitiam *luxuriæ* contra castitatem, *sacrilegii* contra religionem.

1244. II. **Matrimonium a religioso celebratum**

a) Ipso jure est *invalidum* si ipse ligatus sit voto *sollemni* castitatis. — *Cod.*, c. 1073.

Et « regulares aut moniales, post votum sollemne castitatis, matrimonium etiam *civiliter* tantum contrahere attentantes, itemque omnes cum iis contrahere præsumentes, incurrunt in *excommunicationem* latæ sententiæ, *Sed Apostolicæ* simpliciter reservatam ». — *Cod.*, c. 2388, § 1.

b) *Votum simplex* futurum matrimonium *non irritum* nisi, *ex speciali privilegio*, ex. gr. Societati Jesu concesso eadem vis inhabilitandi personas ad validas nuptias etiam voto castitatis in simplici professione emisso si propria. — *Cf. n.* 1027.

ed, si contrahentes « sint professi votorum simplicium *poetorum*, tam in Ordinibus quam in Congregationibus Religiosis, omnes, ut supra, *excommunicatio* tenet latae sententiæ *Ordinario* reservata ». — *Cod.*, c. 2388, § 2.

## ARTICULUS II

### DE OBLIGATIONIBUS EX VOTO PAUPERTATIS

1245. I. **Liberum saltem et independentem bonorum temporalium usum prohibet votum paupertatis**, quale fit Religiosis juxta præsentem Ecclesiæ disciplinam. — Qui tempore triplex substantiale Religionis votum emisit, censetur se obligasse *saltem* ad non disponendum de bonis temporalibus *independentem* a Superiorum voluntate.

a) Unde sequitur a Religiosis violari hoc votum : licet, absque legitima Superiorum licentia, aliquid ex his bonis accipiunt retinentve aut dispensant.

Quæ fundamentalis obligatio communis est Religiosis omnibus, sive *sollemnia*, sive *simplicia* dumtaxat vota continent.

b) Sufficit licentia *tacita*, id est silentium Superioris scientis et prohibentis, cum facile prohibere posset.

Sufficit etiam licentia *præsumpta de præsentem*, quando scilicet licentia præsumitur Superiorem hic et nunc virtualiter saltem consentire.

Facilius sufficit et licentia *præsumpta de futuro*, qua scilicet licentia præsumitur Superior consensus si rogaretur. — *Cf. S. Lig.*, c. 5, *De statu religioso*, n. 18.

1246. II. **Ipsam bonorum temporalium dominium acquirere aut retinere non potest qui *sollemnia* Religionis votum emisit.** — Ideo :

a) Professus a votis simplicibus « antea nequit licentiam, sed intra sexaginta dies *ante professionem sollemnia* salvis peculiaribus indultis a Sancta Sede concessis, ut omnibus bonis quæ actu habet, cui maluerit, sub conditione secuturæ professionis, *renunciare* ». — *Cod.*, c. 581, § 1.

Et, secuta professione, « ea omnia statim fiant quae necessaria sunt ut renunciatio etiam *jure civili* effectu consequatur ». — *Ibid.*, § 2.

b) *Post sollemnem professionem*, « salvis pariter peculiaribus Apostolicæ Sedis indultis, omnia bona quae quovis modo obveniunt regulari :

» 1° In Ordine *capaci* possidendi, cedunt Ordini, vel provinciae vel domui, secundum constitutiones ;

» 2° In Ordine *incapaci*, acquiruntur Sanctæ Sedi proprietatem ». — *Cod.*, c. 582.

1247. III. **Possunt tamen religiosi Ordines possidere in communi bona temporalia** et de iis disponere, attendente communi jure ; nam id, neque contrarium est status religiosi essentiae, ned ulla universali lege prohibetur.

a) Dicimus tamen « *de jure communi* » ; quia, ex particulari jure, sunt Religiosi, ut Capuccini et Minores observantia, qui nequeunt *etiam in communi* bona temporalia possidere, sed fortuito et emendicato pane sustentantur, ideoque dicuntur Religiosi *Mendicantes*.

b) « Non modo religio, sed etiam *provincia et domus* sunt capaces acquirendi et possidendi bona temporalia cum redditibus stabilibus seu fundatis, nisi earum capacitas in regulis et constitutionibus excludatur aut coarctetur. » — *Cod.*, c. 531.

1248. IV. « **Quilibet professus a votis simplicibus sive perpetuis sive temporariis, nisi aliud in constitutionibus cautum sit,**

a) » Conservat *proprietatem* bonorum suorum *capacitatem* alia bona acquirendi, salvis quæ in can. 5 præscripta sunt » de cedenda bonorum suorum administratione. — *Cod.*, c. 580, § 1. — *Cf. n. 1233.*

b) « Quidquid autem industria sua vel intuitu religionis acquirit, *religioni* acquirit. » — *Ibid.*, § 2.

c) Cessionem vel dispositionem bonorum ad normam juris peractam « professus mutare potest, non quid



*prio arbitrio*, nisi constitutiones id sinant, sed de summi Moderatoris licentia, aut, si de monialibus agatur, licentia Ordinarii loci, et, si monasterium regularibus coenobium sit, Superioris regularis, dummodo mutatio, nempe de notabili bonorum parte, non fiat in favorem religionis;

Per *discessum* autem a religione, ejusmodi cessio ac cessio habere vim desinit ». — *Ibid.*, § 3.

#### 1249. V. In Congregationibus religiosis :

a) « Professis a votis simplicibus non licet per actum *in vivos* dominium bonorum suorum titulo gratuito alienare »;

b) Nec *testamentum* conditum ad normam juris (n. 1233, c), « mutare sine licentia Sanctæ Sedis, vel, si non habeatur, licentia Superioris majoris, aut, si nec ille adiri non potest, localis ». — *Cod.*, c. 583.

#### 1250. VI. Materia voti paupertatis :

a) Non sunt honor, fama, scientia, jus eligendi, præferendi, conferendi beneficium religiosum. — *Cf. S. Lig.*, c. 5, cap. 1, n. 14.

b) Nec tali voto repugnat quod *beneficium ecclesiasticum* Religioso conferatur, qui possit independentem a superiori suo hoc beneficium administrare, et de ejus redditibus ad propriam sustentationem et pios usus disponere. Jus enim beneficium administrandi ac de ejus redditibus disponendi pro necessitate et piis causis, cum sit *spirituali* adnexum, non reputatur bonum temporale, ideo voti paupertatis materia. — *Cf. S. Lig.*, *loc. cit.*, c. 16.

c) Sed Religiosi, tum votorum sollemnium tum voto simplicium, qui aliquod *manuscriptum* durantibus votis exaraverunt, ejusdem dominium non habent, ideo « illud donare aut quocumque titulo alienare » non possunt. — *S. C. de Relig.*, 11 jul. 1913 (*Acta*, V, 366).

d) Quoad *sacras reliquias, pias imagines, etc.*, statim est praxi probatæ Ordinum religiosorum.

1251. VII. **Vita perfecte communis** in Instituto servatur quando res omnes ad usum necessariæ singulis in propria specie ministrantur, ita ut *omnis pecuniæ usus* privatis interdicatur.

Religiosæ *paupertatis* votum, generatim loquendo, optime concipi ac emitti regulariter potest independentem vitam *perfecte* communi. Verum vitæ perfecte communis modus *excellentissimus* existit, et reputandus est aptissimum regularis observantiæ medium ac perfectionis instrumentum. — Cf. *de Angelis, in tit. De statu Monachorum, num. 3.* — Hinc :

a) « In *quavis religione* vita communis accurate a omnibus servetur, etiam in iis quæ ad victum, ad vestitum et ad suppellectilem pertinent. » — *Cod., c. 594, § 1.*

b) Quidquid a religiosis, etiam a Superioribus, acquiritur ex iis quæ, ad normam juris, *religioni* vel *Ordini* concedere debent, « bonis domus, provinciæ vel religionis administrantur, et pecunia quælibet omnesque *tituli* in *capite communi* deponantur ». — *Ibid., § 2.*

c) « Religiosorum *supellex* paupertati conveniunt quam professi sunt. » — *Ibid., § 3.*

d) « Religiosi legem vitæ communis constitutionibus præscriptæ in re notabili violantes, graviter *moneantur* et, emendatione non secuta, *puniantur* etiam privatione vocis activæ et passivæ, et, si Superiores sint, etiam officii. » — *Cod., c. 2389.*

Quod in societatibus clericalibus *sine votis* servandum est, quatenus sodales vitam communem degant. — *Commiss. Pont. 2-3 jun. 1918 (Acta, x, 347).*

1252. VIII. **Gubernia civilia, in nonnullis regionibus** dum *communitatibus* Religiosorum denegant jura proprietatis et possessionis, hæc eadem jura concedunt *Religiosis personis* quas capaces proprietatis habent. — *Ide*

a) Ecclesia constituit ut proprietates entium mor

ium inscriberentur in publicis tabulis nomine duorum vel trium Religiosorum, qui realiter non sint nisi *fiduciarii*, quique ad invicem alios substituunt, qui loco ipsorum, veniente morte, succedant in eadem inscriptione.

b) Circa alterum, debuit permittere ut Religiosi, vi voti sollemnis incapaces proprietatis, aliquos *actus* edent coram Gubernio civili qui non nisi a *propriariis* edivalent, et proinde *civiliter* tanquam proprietarii apparent. — Cf. *resp. S. C. neg. extr. præp.*, 31 jul. 1878.

### ARTICULUS III

#### DE OBLIGATIONIBUS EX VOTO OBEDIENTIÆ

Triplicem religiosorum obedientiam distinguit Sanctus Thomas (2. 2., q. 154, art. 5, ad 3) : *necessariam, perfectam, indiscretam*. — Hæc tertia est quæ ad *illicita* extenditur ; perfecta, quæ ad omnia *licita*, etiamsi non cadant sub obligationem ; necessaria vero, quæ ad *votum* pertinet. — *Suarez, De Relig., tract. 7, lib. 10, cap. 8, n. 5.*

1253. I. **Ex voto obedientiæ, solum tenetur unusquisque Religiosus obedire Prælato juxta professionem suæ regulæ, id est, *intra limites suæ regulæ* ut comprehendit omnia quæ, ad perfectam illius observantiam, vel *necessaria*, vel *convenientia* aut utilia esse possunt.**

a) Nam, *ut ait D. Bernardus*, « is qui profitetur spondet quidem obedientiam, non tamen omnimodam, sed determinatam secundam regulam » ; ideoque, cum votum non obliget nisi juxta formam et *intentionem* voventis, materia hujus voti non amplius extenditur. — *Suarez, loc. cit.*

b) Unde, ad materiam hujus voti non pertinent ea quæ sunt *supra, contra, vel præter* regulam.

Nec *modus obedientiæ* cadit sub voto ; sed, ad voti completionem, sufficit ut Religiosus rem sibi injunctam exsequatur. — Cf. *Suarez, loc. cit.*

1254. II. **Verum, ad perfectionem obedientiæ, non sufficit quilibet exsequendi modus ; sed requiritur in exsequendo alacritas, et affectus voluntatis, tum in rem ipsam quatenus injunctam, tum in Superiorem quatenus eam præcipientem. — Cf. Bouix, De Reg., tom. 2, p. 568.**

Ex his intelligitur quid sit *cæca obedientia* tantopere Religiosis commendata :

a) Non quidem in eo consistit ut Religiosus debeat *cæca* mente exsequi quidquid, vel *injuste*, Superior mandaverit. Nam fieri potest ut a Superiore injungatur res illicita ; porro, in hoc casu, proprii judicii dictamen rejicere et rem illicitam patrare, non perfectio, sed *peccatum* foret.

b) Sed ita intelligenda est ut subditus, quoties agitur de re licita, *abstineat ab inquirendis causis* et rationibus præcepti, et hoc modo tentationes non obediendi magis arceat, magisque expeditam obedientiam reddat.

1255. III. **Præceptum Superioris obligat sub gravi vel sub levi, aut sub pœna tantum.**

a) *Sub gravi* non obligat personale Superioris præceptum nisi adsit materia ex se gravis, et Superior jubeat in virtute sanctæ obedientiæ, in nomine Domini N. J.-C., vel sub pœna gravi.

b) *Sub levi* autem obligat si alia forma remissiori utatur ; imo, ex jure particulari aliquorum Ordinum requiritur ut Superior manifestam faciat voluntatem obligandi sub veniali peccato.

c) *Sub pœna subeunda* obligat, quin ulla sit obligatio conscientiæ, quando ita res communiter accipitur ex usu recepto.

## ARTICULUS IV

### DE OBLIGATIONE SERVANDI REGULAM

« Omnes et singuli religiosi, Superiores æque ac subditi, debent, non solum quæ nuncuparunt *vota* fideliter inte-

que servare, sed etiam secundum *regulas et constitu-*  
*tes* propriæ religionis vitam componere, atque ita ad  
 fectionem sui status contendere. » — *Cod., c. 593.*

1256. I. **Regulæ, si distinguantur a Constitutionibus,**  
 t statuta generalia ab aliquo sancto Fundatore tradita,  
 æpe pluribus Ordinibus communiã, quibus aliæ præ-  
 sationes *magis speciales* additæ sunt, ad obtinendum  
 prium finem Instituti, sub nomine *ordinationum,*  
*stitutionum,* aliove titulo. — *Cf. n. 1202, b.*

a) In præsentî quæstione, ad hanc regularum et cons-  
 tionum distinctionem non attenditur, sed vox *Regula*  
 omnibus simul *regulis et constitutionibus* uniuscujus-  
 Ordinis intelligitur : quia nempe quæstio an et qua-  
 us regulæ obligent, eadem est quoad constitutiones.

b) Distinctio Regulæ et Constitutionum non admitti-  
 in *novis Institutis votorum simplicium* ; imo, ipsa vox  
*regula* expungenda est, quia proprie designat Regulas  
 mævas a S. Sede approbatas. — *Norm., n. 32.*

1257. II. **Propria obligatio regulæ, ut sic,** non ex voto  
 dientiæ, sed *ex propria ratione legis,* et ex principiis  
 s, est colligenda.

am votum obedientiæ, ait *Suarez,* non obligat immediate  
 ervandam regulam, nisi regula ipsa verbis satis expressis exigit  
 obligationem, sed ad *obediendum* secundum regulam. — *De*  
*g., tract. 8, lib. 1, cap. 2, n. 7.*

a) Quando in regula dicitur expresse eam obligare  
*ntum potest,* ejus violatio erit peccatum *mortale* si  
 eria sit gravis ; *veniale,* si materia sit levis.

b) Si vero in regula declaretur eam obligare *sub levi*  
*um,* etiamsi materia sit de se gravis, venialis erit viola-  
 quia lex non obligat ultra legislatoris voluntatem.

c) Regula *ne sub veniali quidem* obligat, si hoc in ipsa  
 aretur ; et tamen, in casu, rationem legis retinet ali-  
 tenus, quia potest Superior infractionem *punire,* et  
 nctam pœnam *explere tenetur* violator, etiam in  
 scientia.

d) Demum, si regula *sileat* circa obligationem ex ipsa exsurgentem : tum, ex communi sententia, regula non obligat *sub gravi*, etiam accedente materiæ gravitate ; et an unquam obliget *sub levi*, dignoscendum est ex circumstantiis, ex recepta præsertim apud unamquamque Religionem interpretatione. — Cf. Suarez, *loc. cit. cap. 2 et 3.*

e) In novis Institutis *votorum simplicium*, Constitutiones non obligant *per se* sub reatu culpæ ; et hoc in ipsis expresse notandum est. — Norm., n. 320.

1258. III. Plerumque violatio regulæ, per accidens seu ex adjunctis, peccaminosa est, licet regula per se ne sub veniali quidem obliget.

Porro, *adjuncta* quæ peccaminosam reddere possunt violationem regulæ sunt sequentia, nempe : si violatio fiat ex *contemptu* ; si damnum inferat religiosæ *disciplinæ* ; si secum trahat violationem *voti* ; si Religiosum exponat *ejectioni* ; vel si secum trahat violationem præcepti tendendi ad *perfectionem*. — Cf. Suarez, *lib. cit. cap. 4.*

1259. IV. Proprium suæ religionis habitum religiosi omnes deferant, « tum intra tum extra domum, nisi *gravi causa* excuset, iudicio Superioris majoris aut, urgente necessitate, etiam localis ». — Cod., c. 596.

1260. V. Divinum officium communiter quotidie persolvi debet, ad normam constitutionum, « in religionibus sive virorum sive mulierum, quibus est *chori obligatio*, in singulis domibus ubi quatuor saltem sint religiosi choro obligati et actu legitime non impediti, et etiam pauciores si ita ferant constitutiones ». — Cod., c. 610, § 1.

a) « *Missa* quoque officio diei respondens secundum rubricas quotidie celebrari debet in religionibus virorum et etiam, quoad fieri possit, in religionibus mulierum. » — *Ibid.*, § 2.

b) « In eisdem religionibus, sive virorum sive mulierum, sollemniter professi qui a choro abfuerunt, debent exceptis conversis, horas canonicas *privatim* recitare. » — *Ibid.*, § 3.

## ARTICULUS V

## DE OBLIGATIONE CLAUSURAM SERVANDI

clausuræ *monialibus* propria, diversa est a lege clausuræ qua religiosi *viri* obstringuntur. — Ideo agendum est : de notione et speciebus clausuræ generatim ; — de obligatione clausuræ quoad viros ; — de eadem obligatione quoad mulieres.

## § I. DE NOTIONE ET SPECIEBUS CLAUSURÆ

1261. I. **Clausura religiosa est** : Interdictio *egrediendi* septis monasterii, vel intra eadem *ingrediendi*, absque legitima licentia.

Duplex clausura distinguitur : *papalis* nempe et *episcopalis*.

a) Clausura *papalis* ea est quæ jure communi statuitur et « in domibus *Regularium* sive virorum, sive mulierum, canonice institutis, etiam non formatis », servanda est. — *Cod., c. 597, § 1.*

b) *Episcopalis* clausura, non a jure communi statuitur, sed ab Episcopo, pro monasteriis in quibus vota solemnita non emittuntur ; et ideo hæc in constitutionibus *Congregationis* determinatur.

1262. II. **Lege clausuræ papalis** afficitur « *tota domus* in qua communitas regularis inhabitat, cum hortis et viris accessui religiosorum reservatis ; *excluso*, præter ecclesiam publicum templum cum continente sacrario, etiam hospitium pro advenis, si adsit, et collocatorio, quod, quantum fieri potest, prope januam domus constitui debet ». — *Ibid., c. 597, § 2.*

a) Partes clausuræ legi obnoxie « patenter indicentur ; Superioris vero majoris, vel Capituli generalis, sunt constitutiones, aut, si agatur de monasterio *monialium*, Episcopi erit clausuræ fines accurate præscribere, aut legitimis de causis mutare ». — *Ibid., § 3.*

b) Clausura monasterii *monialium* « ita circumsepta

esse debet ut, quoad fieri potest, nullus sit in eam vel ab ea prospectus externarum personarum ». — *Cod.*, c. 602

## § II. DE OBLIGATIONE CLAUSURÆ QUOAD VIROS

1263. I. « Intra regularium virorum clausuram ne admittantur mulieres cujusvis ætatis, generis aut conditionis, sub quovis prætextu. » — *Cod.*, c. 598, § 1.

« Eximuntur ab hac lege uxores eorum qui supremum actu tenent populorum principatum, cum comitatu. » — *Ibid.*, § 2.

a) Si domus regularium virorum adnexum habeat *convictum* pro alumnis internis, vel alia opera religionis propria, « *separata* saltem ædis pars, si fieri possit, religiosorum habitationi reservetur, clausuræ legi subjecta » — *Cod.*, c. 599, § 1.

b) Etiam in loca extra clausuram alumnis externis aut internis vel operibus religionis propriis reservata « *personæ alterius sexus*, nisi æqua de causa et de Superioris licentia, ne admittantur ». — *Ibid.*, § 2.

1264. II. Excommunicatione Sedi Apostolicæ simpliciter reservata ipso facto plectuntur « *mulieres violantes regularium virorum clausuram*, et *Superiores* alique, quicumque ii sint, eas, cujuscunque ætatis, introducentes vel admittentes ;

» Et præterea, religiosi introducentes vel admittentes *priventur* officio, si quod habeant, et voce activa ac passiva ». — *Cod.*, c. 2342, n. 2.

1265. III. Religiosis illicitum est e suis conventibus recedere absque Prælati licentia. — *Cf. Trid.* xxv, de *Regul.*, cap. 4. — Hinc :

a) « Curent Superiores religiosi ut accurate observentur quæ, sive circa *egressum* subditorum e claustris, sive circa excipiendos vel adeundos *extraneos*, in propriis constitutionibus præscripta sunt. » — *Cod.*, c. 606, § 1.

b) « Superioribus fas non est, salvo præscriptis in can. 621-624 (de quæritanda stipe), permittere ut subditi *extra domum* propriæ religionis degant, nisi gravi et justa



e causa, atque ad tempus quo fieri potest brevius, secundum constitutiones ;

» Pro absentia vero quæ *sex menses* excedat, nisi causa auditorum intercedat, semper Apostolicæ Sedis venia requiritur. » — *Ibid.*, § 2. — *Cf. n. 1280, sq.*

### § III. DE OBLIGATIONE CLAUSURÆ QUOAD MULIERES

1266. I. « **Intra monialium clausuram nemo, cujusvis generis, conditionis, sexus, ætatis, admittatur sine Sanctæ Sedis licentia,**

a) » *Exceptis* personis quæ sequuntur :

» 1º Ordinario loci aut Superiori regulari, monasterium monialium *visitantibus*, vel aliis Visitoribus ab ipsis delegatis, licet clausuram ingredi dumtaxat inspectionis causa, cautoque ut unus saltem clericus, vel religiosus vir maturæ ætatis, eos comitetur ;

» 2º *Confessarius*, vel qui ejus vices gerit, potest, cum debitis cautelis, ingredi clausuram ad ministranda Sacramenta infirmis, aut ad assistendum morientibus ;

» 3º Possunt clausuram ingredi qui *supremum* actu tenent populorum principatum, eorumque uxores cum comitatu ; itemque S. R. E. Cardinales ;

» 4º Antistitæ est, adhibitis debitis cautelis, ingressum permittere *medicis, chirurgis*, aliisque quorum opera sit *necessaria*, impetrata prius saltem habituali approbatione ab Ordinario loci ;

» Si vero necessitas *urget*, nec tempus suppetat approbationem petendi, hæc jure præsumitur. » — *Cod.*, c. 600.

*Cf. S. C. de Relig. decret., 1 sept. 1912 (Acta, IV, 625).*

b) « Plectuntur ipso facto *excommunicatione* Sedi Apostolicæ simpliciter reservata : clausuram monialium *violantes*, cujuscunque generis aut conditionis vel sexus sint, in earum monasteria sine *legitima licentia* ingre-  
endo, pariterque eos introducentes vel admittentes :

» Quod si *clerici* sint, præterea suspendantur per tempus pro gravitate culpæ ab Ordinario definiendum. » — *Ibid.*, c. 2342.

1267. II. **E monasterio exire post professionem** nemini monialium liceat, « etiam ad breve tempus, quovis prætextu, sine *speciali Sanctæ Sedis indulto*, excepto casu *imminentis periculi mortis vel alius gravissimi mali*.

» Hoc periculum, si tempus suppetat, scripto recognoscendum est a loci Ordinario. » — *Cod., c. 601.* — *Cf. Pii V constit. Decori, 1 feb. 1570.*

a) Moniales e clausura illegitime exeuntes contra hoc præscriptum « plectuntur ipso facto *excommunicatione Sedi Apostolicæ simpliciter reservata* ». — *Cod., c. 2342, num. 3.*

b) Etiam puellæ *postulantes* e monasteriis clausuræ papali subjectis egredi non possunt; parentes vel notos invisendi gratia, aut alia de causa, absque Sedi Apostolicæ venia. — *S. C. de Religiosis, 7 nov. 1916 (Acta, VIII, 446)*

1268. III. **Clausura monialium, etsi regularibus sub-**jectarum, « sub *vigilantia est Ordinarii loci*, qui potest delinquentes, regularibus viris non exceptis, pœnis quæ ac censuris corrigere et coercere ». — *Cod., c. 603, § 1*

a) « Etiam *Superiori regulari* custodia clausuræ monialium sibi subjectarum commissa est, qui moniales aut alios suos subditos, si quid hæc in re deliquerint pœnis quoque punire potest. » — *Ibid., § 2.*

b) Omnes quibus est clausuræ custodia, « sedulo advigilent ne, alienis invisentibus, *inutili colloctione* disciplina perturbetur et spiritus religiosus detrimentum patiat ». — *Cod., c. 605.*

1269. IV. « In domibus etiam **Congregationum religiosarum, sive pontificii sive diœcesani juris** :

a) » Clausura servetur, in quam nemo *alterius sexus* admittatur, nisi ii de quibus supra, alique quos ex iustis ac rationalibus causis Superiores admitti posse censuerint. » — *Cod., c. 604, § 1.*

b) Præscriptum can. 599 de convictu pro alumnis internis aut externis « etiam domibus *Congregationum reli-*

iosorum, sive virorum sive mulierum, applicetur ». — *Ibid.*, § 2. — *Cf. num. 1263.*

c) Episcopus, « in adjunctis peculiaribus, gravibus-ue intercedentibus causis, potest hanc clausuram, nisi agatur de religione clericali exempta, *censuris* munire ; » Semper autem curet ut eadem rite servetur, et quid-uid in eam irreat vitii corrigatur ». — *Ibid.*, § 3.

d) « Antistitæ et Ordinarii locorum serio advigilent e religioſæ, citra casum necessitatis, *singulæ* extra-omum pergant. » — *Cod.*, c. 607.

## ARTICULUS VI

### DE RATIONE STUDIORUM IN RELIGIONIBUS CLERICALIBUS

1270. I. « Quælibet clericalis religio habeat studio-um sedes, a Capitulo generali vel a Superioribus appro-atas. » — *Cod.*, c. 587, § 1.

In studiorum domo « vigeat *perfecta vita communis* ; secus stu-ntes ad ordines promoveri nequeunt ». — *Ibid.*, § 2.

a) Si religio aut provincia studiorum domos rite ins-uctas habere *nequeat*, aut si quas habet adire, Superio-um iudicio, difficile sit, « religiosi alumni mittantur, vel recte ordinatam studiorum sedem *alius provinciæ* aut *igionis*, vel ad scholas Seminarii episcopalis, vel ad pu-um catholicum athenæum ». — *Ibid.*, § 3.

b) Religiosis, qui studiorum causa longe a propria- mo mittuntur, « non licet in *privatis domibus* habitare, id opus ut in aliquam suæ religionis domum se recipiant, l, si id fieri non possit, apud religiosum aliquod institu-um virorum, vel Seminarium aliamve piam domum cui-eri ordinis viri præsent, quæque ab *ecclesiastica auctori-æ* approbata sit ». — *Ibid.*, § 4.

c) Religiosi in inferioribus disciplinis rite instructi, n *philosophiæ* studia saltem per biennium, et sacre- *ologiæ* saltem per quadriennium, doctrinæ D. Thomæ-erentes ad normam can. 1366, § 2, diligenter incum-

bant, secundum instructiones Apostolicæ Sedis ». — *Cod.*, c. 589, § 1. — *Cf. n. 356, sq.*

1271. II. **Toto studiorum curriculo « religiosi committantur speciali curæ Præfecti seu Magistri spiritus qui eorum animos ad vitam religiosam informet opportunis monitis, instructionibus atque exhortationibus ».** — *Cod.*, c. 588, § 1.

« Præfectus vel Magister spiritus iis *qualitatibus* præditus sit oportet quæ in Magistro novitiorum requiruntur ad normam can. 559, § 2, 3. » — *Ibid.*, § 2. — *Cf. n. 1228.*

Superiores vero « sedulo invigilent ut ea quæ can. 595 pro omnibus religiosis præscribuntur, in studiorum domo perfectissime observentur ». — *Ibid.*, § 3. — *Cf. n. 1297 et num 1298.*

### 1272. III. Studiorum tempore :

a) « Magistris et *alumnis officia* ne imponantur quæ a studio eos avocent, vel scholam quoquo modo impediant ;

b) » Supremus autem Moderator, et in casibus particularibus alii quoque Superiores, possunt pro sua prudentia eos a nonnullis communitatis actibus, etiam a choro, præsertim nocturnis horis, *eximere*, quoties id studiis excolendis necessarium videatur. » — *Cod.*, c. 589, § 2.

1273. IV. **Post absolutum studiorum curriculum,** « Religiosi sacerdotes, iis tantum exceptis qui a Superioribus majoribus gravem ob causam fuerint exempti, aut qui, vel sacram theologiam, vel jus canonicum, vel philosophiam scholasticam doceant, quotannis, saltem per quinquennium, a doctis gravibusque patribus *examinentur* in variis doctrinæ sacræ disciplinis antea opportune designatis ». — *Cod.*, c. 590.

1274. V. « **In qualibet saltem formata domo, minimum semel in mense, habeatur solutio casus moralis et liturgici,** cui, si Superior opportunum existimaverit, addi potest *sermo* de re dogmatica conjunctive doctrinis ;

» Et omnes clerici professi qui studio sacræ theologiæ operam navant, aut illud expleverunt, et in domo degunt,

assistere tenentur, nisi aliud in constitutionibus caveatur.»  
*Cod., c. 591.*

## ARTICULUS VII

### DE RELIGIOSIS AD ECCLESIASTICAM DIGNITATEM PROMOTIS, VEL PARÆCIAM RĒGENTIBUS

1275. I. **Ad dignitates, officia aut beneficia quæ cum  
 statu religioso componi non possint**, « religiosus nequit  
 ne *Sedis Apostolicæ* auctoritate promoveri ». — *Cod.,  
 un. 626, §-1.*

a) Legitime ab aliquo collegio electus « nequit  
 electioni assentiri sine licentia Superioris ». — *Ibid., § 2.*

b) Si voto teneatur non acceptandi dignitates, « spe-  
 cialis Romani Pontificis *dispensatio* est necessaria ». —  
*ibid., § 3.*

1276. II. **Religiosus, renuntiatus Cardinalis aut Epi-  
 opus, sive residentialis sive titularis**, manet religiosus,  
 particeps privilegiorum suæ religionis, votis ceterisque  
 professionis *obligationibus* adstrictus, « *exceptis* iis quas  
 sua dignitate ipse prudenter iudicet componi non  
 posse ». — *Cod., c. 627, § 1.*

a) « Eximitur tamen a potestate Superiorum, et, vi voti *obe-  
 dientiæ*, uni Romano Pontifici manet obnoxius. » — *Ibid., § 2.*

b) « Religiosus ad dignitatem *episcopalem*, vel aliam extra  
 propriam religionem euectus :

» Si per professionem *dominium* bonorum *amiserit*, bonorum  
 quæ ipsi obveniunt habet usum, usumfructum et administratio-  
 nem ; *proprietas* vero Episcopus residentialis, Vicarius Apostoli-  
 cus, Præfectus Apostolicus, acquirit diœcesi, vicariatus, præfec-  
 turae ; ceteri, Ordini vel Sanctæ Sedi, ad normam can. 582 (*cf.  
 n. 1246, b*), salvo Cardinalium privilegio (*cf. n. 515*) ;

» Si per professionem *dominium* bonorum *non amiserit*, bono-  
 rum quæ habebat recuperat usum, usumfructum et administratio-  
 nem ; quæ postea ipsi obveniant, sibi plene acquirit ;

In utroque autem casu, de bonis quæ ipsi obveniunt non *in-  
 tu personæ*, debet disponere secundum offerentium voluntatem. »  
*l., c. 628.*

c) « Episcopi regulares jam nunc *rocheto* utantur, atque eodem prorsus modo induti incedant ac sæculares Episcopi, salvo nimirum usitato vestimentorum colore et qualitate. » — *Bened. XV, motu proprio 25 apr. 1920 (Acta, XII, 149).*

1277. III. **Dimisso cardinalatu vel episcopatu, vel expleto munere extra religionem sibi a Sede Apostolica commisso, « religiosus ad religionem redire tenetur ».** — *Cod., c. 629, § 1.*

« Potest tamen Cardinalis et Episcopus religiosus *quamlibet* suæ religionis domum eligere in qua degat; sed caret voce activa et passiva. » — *Ibid., § 2.*

1278. IV. **Religiosus qui parœciam regit, sive titulo parochi sive titulo vicarii, « manet adstrictus ad observationem votorum et constitutionum, quatenus hæc observatio potest cum muneris sui officiis consistere.**

a) » Quare, in iis quæ ad *religiosam disciplinam* attinent, subest *Superiori*, cujus proinde est, et quidem private respectu Ordinarium loci, in ejus agendi rationem circa hæc omnia inquirere eumque, si casus ferat, corrigere.

b) » Bona quæ ipsi obveniunt *intuitu parœciæ* cui præficitur, ipsi parœciæ acquirunt; cetera acquirunt ad instar aliorum religiosorum.

c) » Non obstante voto *paupertatis*, eidem licet eleemosynas in bonum parœcianorum, vel pro scholis catholicis aut locis pii parœciæ conjunctis, quovis modo oblatas *accipere* aut *colligere*, et acceptas sive collectas administrare, itemque, servata offerentium voluntate, pro prudenti suo arbitrio, *erogare*, salva semper vigilantia sui Superioris;

» Sed eleemosynas pro ecclesia *parœciali* ædificanda, conservanda, instauranda, exornanda, accipere, apud se retinere, colligere aut administrare, pertinet ad Superiores si ecclesia sit *communitatis religiosæ*; secus, ad loci Ordinarium. » — *Cod., c. 630.*

1279. V. « **Omnimodæ jurisdictioni, visitationi et correctioni Ordinarii loci, non secus ac parochi sæculares regulari observantia unica excepta** », subest idem parochus vel vicarius *religiosus*, « licet ministerium exercent in domo seu loco ubi majores Superiores religiosi ordinariam sedem habent ». — *Cod., c. 631, § 1.*

) Ordinarius loci, « ubi eum suo muneri defecisse compererit, tunc decreta condere, ac meritas in eum *pœnas* statuere potest ».

in quo nihilominus Ordinarii facultates minime privativæ sed Superior jus cumulativum cum ipso habet, ita tamen ut, si a Superiore, aliter ab Ordinario decerni contingat, decreta Ordinarii prævalere debeat. » — *Ibid.*, § 2.

) Parochus religiosus *amovibilis* est ad nutum tam loci Ordinario quam Superioris. — *Cf. n. 1155, c.*

) Et, quod attinet ad bona temporalia, prævium consensus Ordinarii loci obtinere tenetur pro collocatione pecuniæ quæ data *parœciæ* vel *missioni* : et loci Ordinarius jus est cognoscendi in administratione fundorum vel legatorum quæ tributa sint ad Dei gloriam et beneficentiamve in parœcia impendendam. — *Cod.*, c. 631, § 3.

## ARTICULUS VIII

### DE RELIGIOSIS STIPEM QUÆRITANTIBUS

1280. I. **Regulares qui ex instituto mendicantes vocantur et sunt,**

a) « Eleemosynas in diœcesi ubi eorum *religiosa domus* est constituta, quærere valent de *sola* Superiorum licentia ;

Extra diœcesim vero indigent præterea licentia Superiorum. Licentia dato data ab *Ordinario loci* in quo eleemosynas colligere solent. » — *Cod.*, c. 621, § 1.

b) Hanc licentiam Ordinarii locorum, præcipue diœcesim finitimarum, « nisi gravibus et urgentibus de causis, de *denegent* neve *revocent* si religiosa domus ex diœcesione in sola diœcesi, in qua est constituta, vivere non modo possit ». — *Ibid.*, § 2.

1281. II. « **Alii omnes religiosi Congregationum iurisdictionis pontificiæ, sine peculiari Sanctæ Sedis privilegio, stipem quærere prohibentur ;**

Quibus, si hoc privilegium impetraverint, opus erit præterea licentia scripto data ab *Ordinario loci*, nisi aliter expresso privilegio cautum fuerit. » — *Cod.*, c. 622, § 1.

1282. III. **Religiosi Congregationum juris diœce**  
 « stipem quæritare nequaquam possunt sine lice  
 scripto data, tum ab Ordinario loci in quo sita est ec  
 domus, tum ab Ordinario loci in quo *stipem qua*  
 cupiunt ». — *Cod.*, c. 622, § 2.

a) Religiosis ex instituto *non mendicantibus* « Ordinarii  
 rum licentiam quæritandæ stipis ne concedant, præsertim  
 sunt conventus regularium nomine et re mendicantium, nisi  
 constet de vera domus vel pii operis *necessitate* cui alio modo oc  
 nequeat ;

» Quod si necessitati provideri possit stipe quærenda *int*  
*cum* seu districtum vel diœcesim in qua iidem commorantur  
*plio*rem licentiam ne largiantur ». — *Ibid.*, § 3.

b) « Sine authentico et recenti rescripto Sacræ Congreg  
 nis pro Ecclesia Orientali, Ordinarii latini nec sinant *orien*  
*ullum*, cujusvis ordinis et dignitatis, in proprio territorio pecu  
 colligere, nec suum subditum in orientales diœceses ad eun  
 finem mittant. » — *Ibid.*, § 4.

1283. IV. **Quod vero attinet ad modum in qu**  
**tanda stipe servandum**, et ad disciplinam a quæstua  
 bus custodiendam, « religiosi utriusque sexus stare de  
*instructionibus* a Sede Apostolica hac de re datis »  
*Cod.*, c. 624. — *Cf. S. C. Ep. et Reg. decret. Singu*  
*quidem*, 27 mart. 1896 ; — *et ejusd. S. C. decret. De ele*  
*synis colligendis*, 21 nov. 1908 (*Acta*; I, 153).

« Non licet Superioribus stipem colligendam committere  
 professis *ætate animoque maturis*, maxime si de *mulieribus* ag  
 nunquam autem iis qui in studia adhuc incumbant. » —  
*can. 623.*



## CAPUT V

## DE RELIGIONUM REGIMINE

et : de natura et objecto hujus regiminis ; — de ejusdem sub-  
 o ; — de visitatione a Prælatiſ faciendâ ; — et de bonorum  
 inſtratione.

## ARTICULUS I

NATURA ET OBJECTO POTESTATIS APUD RELIGIOSOS  
 EXISTENTIS

284. I. **Potestas dominativa et potestas jurisdictionis**  
 sedulo distinguendæ sunt.

a) *Prior* est quæ oritur ab ipsa religiosa professione,  
 et procedit ad instar illius quam habet *paterfamilias*  
 in domo sua.

b) *Posterior* est participatio potestatis clavium ab ipso  
 Pontifici Ecclesiæ collatæ, atque procedit ad instar illius  
 quam habet *Episcopus* in suam diocesim, leges ferendo,  
 iudicando, eosque per censuras aut alias pœnas coer-  
 cendo. — Cf. *Suarez, De Relig., tract. 7, lib. 2, cap. 18.*

285. II. **In qualibet religione :**

a) Necessario adest potestas *dominativa*, utpote  
 potestas necessaria voti obedientiæ et traditionis qua  
 religiosus se Deo et religioni mancipat.

b) Status religiosus potest esse cum sola potestate  
*dominativa intra ipsum Institutum existente*, ut patet ex  
 rationibus Monialium.

Religiosi enim non habent jurisdictionem spiritualem, cujus, ut  
 patet, de jure saltem ecclesiastico sunt *incapaces*. — Cf.  
*Suarez, loc. cit., n. 8.*

c) Verum contingere nequit ut *nemo* habeat potesta-

tem *jurisdictionalem* in Religiosos. — Ideoque omni conventus alicui Ordinario subsunt.

1° In Religionibus *exemptis*, Ordinarii sunt *Prælati* qui conviventibus præsent.

Nam, eo ipso quod Religio a jurisdictione Episcoporum exempta manet immediate subjecta solius S. Pontificis jurisdictioni. — Non potest autem convenienter gubernari *immediate* per solum Summum Pontificem. Ergo necessarium est ut sint Prælati proprii unicujusque Religionis, qui jurisdictionem fori etiam *externi* habeant seu potestatem quasi-episcopalem.

Et *Moniales*, si non habeant Prælatos regulares, ab ipsis Episcopis reguntur. — *Cf. n. 1318.*

2° In Congregationibus simpliciter *diæcesanis* quæ nulla exemptione gaudent, potestas jurisdictionis ab *Episcopo* exercetur; idque, in his, Superiores non habent nisi potestatem *dominativam*.

3° In Institutis votorum simplicium quæ *approbationem Sæc. Apostolicæ* obtinuerunt, et in plures dioceses propagantur, auctoritas Episcoporum temperationem aliquam admittit, ita ut hujusmodi Congregationes ab Ordinariis locorum *exemptæ* sint quoad quæ totius Congregationis regimen spectant. — *Cf. n. 1319.*

1286. III. Superiores religiosi subditis suis præcepta intimare possunt quæ eos obligent in conscientia, et quod eodem *sub gravi*, supposita sufficienti materia, etiamsi non habeant nisi potestatem *dominativam*.

a) Objectum enim voti obedientiæ est obedire Superiori præcepti. Ergo, potest Superior ita præcipere ut violetur votum nisi obedientia præstetur; cumque *voti alicujus violatio* sit *ex se gravis*, id est, nisi excuset materiæ parvitas, sequitur posse Religiosum ad exsequenda Superiorum præcepta sub gravi obligari, *supposita sufficienti materia*.

b) Nec refert quod Superior *jurisdictionem in foro externo* non habeat, sed potestatem dumtaxat *dominativam*; nam voti obedientiæ non fit cum restrictione « dummodo Superior sit Prælati », sed fit universaliter quoad legitimum quemlibet Superiorem.

1287. IV. Etiam per statuta perpetua, quæ ratione legis habeant, subditos suos obligare possunt Prælati quod jurisdictionem habent in foro *externo*.

a) Ratio est quia, hoc ipso quoad quis secundum alicujus Ordinis regulam professionem emittit, *implicite* consentit novis ordinibus.

ibus et statutis quæ, ad firmandam ejusdem regulæ observatio-  
nem, in posterum *moraliter necessaria*, aut *valde opportuna*, supre-  
motius Ordinis Auctoritati videri poterunt. — Cf. *Suarez*,  
*Relig.*, tract. 7, lib. 10, cap. 8, n. 13.

b) Verum hæc potestas, de jure communi, censenda est residere  
modo penes supremum totius Ordinis tribunal, id est *gene-  
Capitulum*. — Cf. *Suarez*, *De Relig.*, tr. 8, lib. 2, cap. 8, n. 4.

c) Præterea, condi non possunt a Capitulo generali nova sta-  
tuta quoad omnes Religiosos, nisi sint regulæ consona et sub ea  
*active saltem* comprehendantur.

eo, si Capitulum generale condat nova statuta quæ ita sint  
*in regulam* ut ne *indirecte* quidem seu *reductive* sub ea comprehen-  
sur, statuta hæc non obligabunt Religiosos *jam professos*.

ratio est, quia nemo potest obligari ad acceptandum quod nec  
*directe* nec *indirecte* vovit; ergo non potest per obedientiam obligari  
vivendum secundum illam reformationem. — Cf. *Suarez*, tr. 7,  
*cit.*, n. 17.

d) Sed, si reformatio fiat *auctoritate Pontificia*, ad eam obli-  
gari possunt Religiosi *antea professi*.

enim S. Pontifex, ex suprema auctoritate qua divinitus pollet,  
potest, imo debet statum religiosum semel libere assumptum *legibus  
reformare* quas exigit generale Ecclesiæ bonum et uniuscujusque  
salutis decentia. Porro, quilibet Religiosus, professionem emit-  
to, tali supremæ potestati *implicite* saltem et *virtualiter* se  
submittit, ac proinde eodem modo acceptat quamlibet reformatio-  
nem quam in futurum opportunam aut necessariam judicaverit  
S. Pontifex. — Cf. n. 1289.

1288. V. Superioribus religiosis competit aliqua po-  
testas *coercitiva*. Nam potestas directiva, sine aliqua coer-  
sione, *infirmata* ac fere *inutilis* est. Igitur, omnino neces-  
saria est hæc potestas, ut ordo, pax et institutio religiosa  
serventur.

a) Quando Superiores potestatem dumtaxat *domi-  
viam* habent, non possunt coercere nisi modo *paterno*,  
quod potestas *dominativa*, in statu religioso, sit ad  
par illius quam habet *paterfamilias* in domo sua.

quod si gravior punitio necessaria sit, ad Prælatum  
referre oportet qui *jurisdictionali* auctoritate polleat.  
Cf. *Suarez*, *De Relig.*, tract. 8, lib. 2, cap. 9.

b) Prælati qui in religione *clericali* jurisdictionem habent etiam pro *foro externo*, possunt subditos suos coercere per quascumque ecclesiasticas *pœnas* quæ *persone* imponi possunt. — Cf. Suarez, *loc. cit.*, n. 4, sq.

## ARTICULUS II

### DE SUBJECTO HUIUS POTESTATIS

1289. I. « **Religiosi omnes, tanquam supremo Superiori, subduntur Romano Pontifici** cui obedire tenent etiam vi voti obedientiæ. » — *Cod.*, c. 499, § 1.

Cardinalis Protector cujuslibet religionis, « nisi aliud expresse cautum fuerit in peculiaribus casibus, *jurisdictione* in religionem aut in singulos sodales non pollet, nec potest se *interiori discipline* et *bonorum* administrationi immiscere ; sed ejus est tantummodo bonum religionis *consilio* et *patrocinio* promovere ». — *Ibid.*, § 1.

1290. II. « **Subduntur quoque religiosi Ordinarii loci**, iis exceptis qui a Sede Apostolica *exemptionis* privilegiorum consecuti sunt, salva semper potestate quam *superior* etiam in eos locorum Ordinariis concedit. » — *Cod.*, c. 500, § 1.

a) *Moniales* quæ sub jurisdictione *Superiorum-regularium* præscripto constitutionum sunt « Ordinarii loci subduntur tantummodo in casibus jure expressis ». — *Ibid.*, § 2.

b) « Nulla *virorum* religio, sine speciali apostolico indulto, potest sibi subditas habere religiosas Congregationes *mulierum*, earum religiosarum curam et directionem retinere sibi speciali commendatam. » — *Ibid.*, § 3.

1291. III. **Superiores et Capitula**, « ad normam constitutionum et juris communis, potestatem habent *dominantiam* in subditos ;

» In religione autem *clericali* exempta, habent *jurisdictionem ecclesiasticam*, tam pro foro interno, quam pro *foro externo*. » — *Cod.*, c. 501, § 1.

a) « Abbas Primas et Superior Congregationis monasticæ non habent *omnem* potestatem et jurisdictionem quam jus commune

*Superioribus majoribus*; sed eorum potestas et jurisdictio dependenda est ex propriis constitutionibus et ex peculiaribus Sanctæ Sedis decretis. » — *Ibid.*, § 3.

t. « Superioribus quibuslibet districtè prohibetur quominus insis ad *S. Officium* spectantibus se intromittant ». *Ibid.*, § 2.

b) » In sua quisque domo Superiores commorentur, nec ab eadem discedant, nisi ad normam constitutionum. » — *Cod.*, c. 508.

1292. **IV. Supremus religionis Moderator** « potestatem obtinet in omnes provincias, domos, sodales religionis exercendam secundum constitutiones;

Alii Superiores ea gaudent *intra fines* sui muneris ». — *Ibid.*, c. 502.

a) « Firmis propriis cujusvis religionis constitutionibus quæ proveciorem ætatem aliaque potiora requisita exigant, *ad munus Superioris majoris* inhabiles sunt qui eadem religionem professi non sunt a decem saltem annis prima professione computandis, non sunt ex legitimo matrimonio nati, et annos *quadraginta* non expleverunt. Eliguntur de supremo religionis Moderatore, aut de Antiseminariorum monasterio; annos *triginta*, si de aliis Superioribus majoribus. » — *Cod.*, c. 504.

b) Superiores *majores* « sint *temporarii*, nisi aliter constitutiones;

Superiores autem *minores* locales ne constituentur tempus ultra *triennium*; quo exacto, possunt ad idem munus iterum assumi si constitutiones ita ferant, sed non immo immediate in *eadem* religiosa domo ». — *Cod.*, c. 505.

hoc ultimum præscriptum « applicatur quoque Superioribus Directoribus scholarum, hospitalium, aliarumque piarum domorum, si Superiores isti seu Directores sint simul *Superiores* *monasteriorum*, sub sua potestate habentes alios religiosos, etiam ad religiosam disciplinam ». — *Commiss. Pontif.*, 2-3 jun. 1918 (a, X, 344).

c) Superiores *majores* in religionibus clericalibus notariis « possunt *notarios* constituere, sed tantum pro officii ecclesiasticis suæ religionis ». — *Cod.*, c. 503.

1293. V. **Antequam ad Superiorum majorum electionem deveniatur :**

a) « In religionibus *virorum*, omnes et singuli e Capitulo *jurejurando* promittant se electuros quos secundum Deum eligendos esse existimaverint. » — *Cod.*, c. 506, § 1.

b) In monasteriis *monialium*, « cõmitiis eligendæ Antistitæ *præsint*, quin tamen clausuram ingrediatur, *Ordinarius loci* aut ejus delegatus cum duobus sacerdotibus scrutatoribus, si moniales eidem subjectæ sint ; secundum *Superior regularis* ;

» Sed, etiam hoc in casu, *Ordinarius* tempestive monasterium debet de die et hora electionis, cui potest *una cum Superiore regulari* per se ipse vel per alium assistere, et, assistat, præesse ». — *Ibid.*, § 2.

« In *scrutatores* ne assumantur ipsarum monialium confessorii ordinarii. » — *Ibid.*, § 3.

c) In *mulierum Congregationibus*, « electioni Antistitis generalis præsideat, per se vel per alium, *Ordinarius loci* in quo electio peragitur ; cui, si agatur de *Congregationibus juris diocæsani*, peractam electionem *confirmare* vel *revo- cindere* integrum est, pro conscientiæ officio ». — *Ibid.*, § 3.

1294. VI. **In electionibus quæ a Capitulis fiunt** « servetur jus commune de quo in can. 160-182, præter cujusque religionis *constitutiones* eidem non contrarias ». — *Cod.*, c. 507, § 1. — *Cf. n. 283, sq.*

a) « Caveant omnes a directa vel indirecta suffragiorum promotione, tam pro seipsis quam pro aliis. » — *Ibid.*, § 2.

b) *Postulatio* « admitti potest solum in casu extraordinario, dummodo in constitutionibus non prohibeatur ». — *Ibid.*, § 3.

1295. VII. **Suos Consiliarios habeant :** « *Supremus* religionis aut monasticæ *Congregationis Moderator*, *Superior provincialis* et *localis*, saltem *formatæ domus* horumque consilium « *exquirant* ad normam constitutionum et sacrorum canonum ». — *Cod.*, c. 516, § 1.

a) « Sint etiam, pro administratione bonorum temporalium *œconomi generalis* qui religionis universæ bona administret, p

*cialis* qui provinciae, *localis* qui singularum domorum; qui nes officio suo fungantur sub directione Superioris. » — *Ibid.*, § 2.

b) « (Economus generalis et provincialis munus gerere *Superior*e non potest; munus vero economi *localis*, quamvis melius a nere Superioris distinguatur, *componi* tamen cum eo potest, si necessitas id exigat. » — *Ibid.*, § 3.

Si de modo economos *eligendi* constitutiones sileant, « a Superiore majore cum consensu sui Consilii eligantur ». — *Ibid.*, § 4.

c) « Prohibentur tituli dignitatum vel officiorum *mere honorari*; soli, si id permittant constitutiones, *tolerantur* tituli officiorum, quibus religiosi in propria religione reapse functi sint. » — *Cod.*, c. 515.

1296. VIII. Quævis virorum religio juris pontificii procuratorem generalem habeat, qui, secundum constitutiones designatus, negotia propriae religionis *apud Sanctam Sedem* pertractet. — *Cod.*, c. 517, § 1.

« Antequam præscriptum in constitutionibus tempus spiret, ne *amoveatur*, inconsulta Sede Apostolica. » — *Ibid.*, § 2.

1297. IX. Notitiam et executionem decretorum Sanctae Sedis quæ Religiosos respiciunt, omnis Superiorios inter subditos promovere » debet. — *Cod.*, c. 509, § 1.

Curent igitur Superiores locales :

a) » Ut saltem semel in anno, statis diebus, *publice legantur* propriae constitutiones, itemque decreta quæ publice legenda Sanctales præscribet. » — *Ibid.*, § 2.

b) « Ut omnes religiosi quotannis *spiritualibus exercitiis* vacent, ad *pœnitentiæ sacramentum* semel saltem in hebdomada accedant. » — *Cod.*, c. 595, § 1, n. 1 et 3.

c) Ut « legitime non impediti quotidie *Sacro* intersint, *orationi* vacent, et in *alia pietatis officia*, quæ a regulis et constitutionibus præscripta sint, sedulo incumbant ». — *Ibid.*, n. 2.

d) « Ut saltem bis in mense, firmo præscripto can. 565, § 2 (de *versis* diligenter in doctrina christiana, durante novitiatu, institutis), *christianæ catechesis* habeatur instructio pro conversis et filiaribus, audientium conditioni accommodata, et, præsertim in regionibus laicalibus, pia ad omnes de familia exhortatio. » — *Cod.*, c. 509, § 2, n. 2.

1298. X. « Superiores suos inter subditos promoveant frequentem, etiam quotidianam, sanctissimi Corporis Christi receptionem;

» Frequens autem, imo etiam quotidianus accessus ad sanctissimam Eucharistiam religiosis rite dispositis libere pateat. » — *Cod.*, c. 595, § 2. — *Cf. S. C. C. decret. Sacrae Tridentinae Synodus, 20 dec. 1905, n. 7.*

a) Attamen « si, post ultimam sacramentalem confessionem religiosus communitati *gravi scandalo* fuerit, aut gravem et externam culpam pataverit, donec ad poenitentiae sacramentum denuo accesserit, Superior potest eum, ne ad sacram communionem accedere prohibere. » — *Ibid.*, § 3. — *Cf. S. C. Ep. et Reg. decret. Quemadmodum, 17 dec. 1890, n. 5.*

b) « Si quæ sint religiones, votorum sive sollemnium sive simplicium, quarum in regulis aut constitutionibus vel etiam calendariis communionibus *aliquibus diebus* affixæ aut jussæ reperiuntur, hæc normæ vim dumtaxat *directivam* habent. » — *Ibid.*, § 4. — *Cf. Cong. Conc. decret., cit., n. 8.*

1299. XI. **Relationem de statu Religionis ad Sanctam Sedem**, quinto quoque anno, vel sæpius si ita ferantur constitutiones, *mittere debent* Abbas Primas, Superior Congregationis monasticæ, et cujusvis religionis juris pontificii Moderator supremus, « per documentum subscriptum a se cum suo Consilio, et, si agatur de Congregatione mulierum, etiam ab Ordinario loci in quo supremus Antistita cum suo Consilio residet ». — *Cod.*, c. 510.

Porro, S. C. Ep. et Reg. redigendum curavit *Elenchum quæstionum* quibus distincte indicantur ea omnia quæ in relatione utilitatis seu necessario sunt exponenda : et S. P. Pius X jussit ut, in trienniali relatione, Moderatores seu Moderatrices Institutorum votum simplicia profitentium, ad singulas quæstiones in elencho conscriptas, fideliter respondeant. — *S. C. Ep. et Reg., 16 jul. 1906.* — *Cf. Questions actuelles, tome 88, page 262.*

1300. XII. « Omnes religiosi, sive viri sive mulieres, liberi possunt *mittere litteras*, nulli obnoxias inspectioni, ad Sanctam Sedem ejusque in natione Legatum, ad Cardinalem Protectorem ad proprios Superiores majores, ad Superiorem domus forte absentem, ad Ordinarium loci cui subjecti sint, et, si agatur de monialibus



regularium jurisdictione sunt, etiam ad Superiores majores  
 ;  
 b istis omnibus prædicti religiosi, viri aut mulieres, litteras  
*nini inspiciendas* recipere. » — *Cod., c. 611.*

## ARTICULUS III

### DE VISITATIONE CANONICA

01. **I. Visitationis nomine**, ubi de Prælatiſ agit,ur,  
 i solet *inquisitio* de subditorum vita et moribus, in  
 nem instituta ut delinquentes coerceantur, et *op-*  
*s mediis* vitæ sanctitas pro suo cujusque statu pro-  
 cur.

Distingui solet in *ordinariam* et *extraordinariam*, prout  
 temporibus, vel extra solita tempora peragitur.

Distinguitur quoque in *judicialem* et *paternam*, secundum  
 ælatus procedit tanquam *judex*, vel ex sola potestate sua  
*ea.*

Denique, *visitatio generalis* est qua generaliter de omnium  
 um statu et moribus inquiritur ; et *specialis*, quæ respicit,  
 em vel aliquos dumtaxat subditos, aut aliquam solummodo  
 n, ex. gr. clausuram.

02. **II.** « **Majores religionum Superiores** quos ad  
 nus constitutiones designant, temporibus in eisdem  
 s, omnes domos sibi subjectas *visitent*, per se, vel  
 s si fuerint legitime impediti. » — *Cod., c. 511.*

03. **III. Ordinarius loci :**

« Per se vel per alium, *quinto quoque anno* visitare

Singula *monialium* monasteria quæ sibi vel *Sedi*  
*icæ* immediate subjecta sunt ;

Singulas domos, sive virorum sire mulierum,  
 ationis *juris diœcesani* ». — *Cod., c. 512, § 1.*

« Visitare quoque eodem tempore debet :

Monasteria *monialium* quæ *Regularibus* subdun-  
 a ea quæ *clausuræ* legem spectant ; imo etiam

circa alia omnia, si Superior regularis ea a quinque non visitaverit ;

» 2<sup>o</sup> Singulas domos Congregationis *clericalis pontificii*, etiam *exemptæ*, in iis quæ pertinent ad *siam*, sacrarium, oratorium publicum, sedem ad mentum pœnitentiæ ;

» 3<sup>o</sup> Singulas domos Congregationis *laicalis juris ficii*, non solum in iis de quibus in superiore numer etiam in aliis quæ *internam disciplinam* spectant, a mam tamen can. 618, § 2, n. 2. » — *Ibid.*, § 2. — *Cf. n.*

1304. IV. **Visitor jus et officium habet** « *i gandi* religiosos quos oportere judicaverit, et cogn de iis quæ ad visitationem spectant ;

» Omnes autem religiosi obligatione tenentur *respon* secundum veritatem, nec Superioribus fas est quoquo eos ab hac obligatione avertere, aut visitationis sc aliter impedire ». — *Cod.*, c. 513, § 1.

a) A decretis Visitoris « *recursus* datur in dev tantum, nisi Visitor ordine judiciario processerit *Ibid.*, § 2.

b) « Antistitæ quæ, post indictam visitationem giosas in aliam domum, Visitatore non consent *trastulerint*, itemque religiosæ omnes, sive Antistit subditæ, quæ, per se vel per alios, directe vel indirec ligiosas induxerint ut interrogatæ a Visitatore *tacea* veritatem quoquo modo *dissimulent*, aut non since ponant, vel eisdem, ob responsa quæ Visitori dec *molestiam*, sub quovis prætextu, attulerint, *inhabi* officia assequenda quæ aliarum regimen secumfer Visitatore declarentur, et Antistitæ officio, quo fung *priventur*. » — *Cod.*, c. 2413, § 1.

« Quæ in superiore paragrapho præscripta sunt, *virorum* religionibus applicentur. » — *Ibid.*, § 2.

Itemque societatibus clericalibus sine votis. — *miss. Pontif.*, 2-3 jun. 1918 (*Acta*, x, 347).

## ARTICULUS IV

## DE BONORUM TEMPORALIUM ADMINISTRATIONE

1305. I. **Bona, tum religionis, tum provinciæ domus-**  
**« administrentur ad normam constitutionum ».** —  
*l., c. 532, § 1.*

a) **Expensas et actus juridicos ordinariæ adminis-**  
**trationis « valide, præter Superiores, faciunt, intra fines**  
**muneris, officiales quoque qui in constitutionibus ad**  
**designantur ».** — *Ibid., § 2.*

b) **« Pro pecuniæ quoque collocatione servetur præ-**  
**scriptum hujus canonis. »** — *Cod., c. 533, § 1.*

1306. II. **« Prævium consensum Ordinarii loci obti-**  
**ne tenentur :**

1<sup>o</sup> Antistita *monialium* et religionis *juris diæcesani*,  
 cujusvis pecuniæ collocatione; imo, si monialium mo-  
 derium sit *Superiori regulari* subjectum, ipsius quoque  
 consensus est necessarius;

2<sup>o</sup> Antistita in Congregatione religiosa *juris ponti-*  
*fici*, si pecunia *dotem* professorum constituat, ad normam  
 549 (*cf. n. 1222, b*);

3<sup>o</sup> Superior vel Antistita domus *Congregationis reli-*  
*giosæ*, si qui fundi domui tributi legative sint ad *Dei cul-*  
*beneficentiamve eo ipso loco* impendendam;

4<sup>o</sup> Religiosus quilibet, etsi Ordinis regularis alum-  
 nus, si pecunia data sit *parœciæ* vel *missioni*, aut religio-  
 nis intuitu *parœciæ* vel *missionis*. » — *Cod., c. 533, § 1.*

Hæc item servanda sunt pro qualibet collocationis  
 ratione. » — *Ibid., § 2.*

1307. III. **Nisi beneplacitum Apostolicum antecesse-**  
**contractus vi caret « si agatur de alienandis rebus pre-**  
**ter aliisve bonis quorum valor superest summam tri-**  
**centa millia francorum seu libellarum, vel de contrahendis**  
**rebus et obligationibus ultra indicatam summam ».** —  
*l., c. 534, § 1.*

a) « *Seous*, requiritur et sufficit licentia, in scripta, *Superioris*, ad normam constitutionum, cum consensu sui Capituli seu Consilii, per secreta suffragia manifestato;

» Sed, si agatur de *monialibus* aut *sororibus juris diccesani*, accedat necesse est consensus, in scriptis præstiti Ordinarii loci, necnon Superioris regularis, si monialium monasterium eidem subjectum sit. » — *Ibid.*

b) In precibus pro obtinendo consensu ad contrahenda debita vel obligationes, « *exprimi debent alia debita* vel obligationes quibus ipsa persona moralis, religio vel provincia vel domus, ad eum diem gravatur; secus obtinenda *invalida* est ». — *Ibid.*, § 2. — *Cf. n. 1503.*

c) De *pœnis* quibus obnoxii sunt religiosi qui contra hæc præscripta bona alienare præsumpserint, *cf. n. 1504.*

#### 1308. IV. Administrationis ratio :

a) In quolibet *monialium* monasterio, etiam exempli gratia, « reddatur *semel in anno*, aut etiam sæpius si id in constitutionibus præscribatur, ab Antistita Ordinario loci, et itemque Superiori regulari si monasterium sit eidem subjectum ». — *Cod.*, c. 535, § 1, n. 1.

« Si ratio administrationis Ordinario *non probetur*, ipse potest adhibere, etiam removendo, si res postulat, *oconomam* aliosque administratores;

» Quod si monasterium sit *Superiori regulari subjectum*, eadem ratio Ordinarius, uti prospiciat, moneat; quod si ille neglexerit, ipse se consulat. » — *Ibid.*, n. 2.

b) In *aliis mulierum religionibus*, « ratio administrationis bonorum quæ *doles* constituunt, Ordinario loci reddatur occasione visitationis, et etiam sæpius si Ordinarius id necessarium duxerit. ». — *Ibid.*, § 2.

c) « Loci Ordinario jus insuper esto cognoscendum 1° de rationibus *œconomicis* domus religiosæ *juris diccesani*; 2° de administratione fundorum legatorumque contributioni legative sint ad *Dæi cultum* beneficentiamve *ipso loco* impendendam. » — *Ibid.*, § 3.

1309. **V. Debita contrahenda** ne permittant Superiori religiosi, « nisi certo constet ex *consuetis redditibus* posse ius fœnus solvi, et; intra tempus non nimis longum, per iustitiam *amortizationem* reddi summam capitalem ». — *Cod., c. 536, § 5.*

a) « Si *persona moralis* (sive religio, sive provincia, sive domus) debita et obligationes contraxerit etiam cum Superiorum licentia, ipsa *tenetur* de eisdem respondere. » — *Cod., c. 536, § 1.*

b) « Si contraxerit *regularis* cum licentia Superiorum, respondeat debet *persona moralis* cuius Superior licentiam dedit; si *religiosus votorum simplicium*, ipse respondere debet, nisi de Superioris licentia negotium religionis gesserit. » — *Ibid., § 2.*

c) « Si contraxerit religiosus *sine ulla Superiorum licentia*, ipse respondere debet; non autem religio vel provincia vel domus. » — *Ibid., § 3.*

d) « Firmum tamen semper esto: contra eum in cuius rem aliquid ex inuito contractu versum est, semper posse actionem institui. » — *Ibid., § 4.*

1310. **VI. Largitiones** ex bonis domus, provinciæ, religionis « non permittuntur nisi ratione *eleemosynæ*, vel *ad justa de causa*, de venia Superioris et ad normam constitutionum ». — *Cod., c. 537.*

---

## CAPUT VI

## DE PRIVILEGIIS RELIGIOSORUM

Ubi : de privilegiis religiosorum in genere, — et speciatim de eorum exemptione.

## ARTICULUS I

## DE PRIVILEGIIS RELIGIOSORUM IN GENERE

1311. I. **Olim** innumera fuerunt privilegia Regularibus per Pontificias constitutiones concessa, præsertim per constitutionem Sixti IV « *Regimini universalis Ecclesiæ* » quæ « *Mare magnum* » dici solebat quia ab ea innovata erant et aucta omnia antiqua Regularium privilegia, sive directo per sive communicationem acquisita. — Cf. *S. Lig. De privilegiis*.

Non pauca per Tridentinos canones et posteriores constitutiones abrogata sunt.

1312. II. **Hodie** « quælibet religio iis tantum privilegiis gaudet quæ, vel in novo Codice continentur, vel a Sede Apostolica directe eidem concessa fuerint, exclusa in posterum qualibet communicatione ». — *Cod., c. 613, § 1.*

a) Privilegia quibus gaudet *Ordo regularis*, « competunt quoque *monialibus* ejusdem Ordinis, quatenus eorum sint capaces ». — *Ibid., § 2.*

b) Religiosi, etiam laici ac noviiti, « fruuntur *clericorum privilegiis* de quibus in can. 119-123 ». — *Cod., c. 614.* — Cf. n. 440,

c) Per indultum ab *Ordinario loci* legitime concessum, « obligatio legis communis cessat quoque pro *religionis omnibus* in diocesi commorantibus, salvo votis et constitutionibus propriis cujus religionis ». — *Cod., c. 620.*

1313. III. **Abbatibus regulares de regimine**, legitime electi

a) « Debent, intra tres menses ab electione, *beneficiationem* accipere ab Episcopo diocesis in qua monasterium situm est ;

b) » Postquam vero benedictionem receperint, præquam potestate conferendi *ordines* ad normam can. 964, 1 (*cf. n. 367*), fruuntur *privilegiis* de quibus in can. 325 *f. n. 794*), excepto pileolo violaceo ». — *Cod., c. 625*.

## ARTICULUS II

### DE EXEMPTIONE RELIGIOSORUM

i de generali exemptionis privilegio, nempe de utilitate exemptionis religiosorum; — et de subjecto hujus exemptionis.

#### § I. DE UTILITATE EXEMPTIONUM

Inductæ sunt exemptiones præsertim :

##### 1314. I. Ne sodalitatum unitas dissolvatur.

Hoc ipso enim quod unusquisque conventus Episcopo i subjaceret, Episcopus *verus* ipsius *Superior* foret, et idem *supremus*, utpote a quolibet alio Episcopo, et a quolibet religiosæ Congregationis Superiore generali *independentem* in sua diœcesi jurisdictionem exercens. — Hinc, exstarent *supremi* et ab invicem *independentes* Superiores quot forent Episcopi aliquem in diœcesi sua contentum habentes.

Id autem, si semel induceretur, *destructionem* earum Congregationum quæ per totum mundum sub unitatis regimine diffundendæ institutæ sunt, ipso facto secum traheret. — *Bouix, de jure Regularium, tom. 2, pag. 112*.

##### 1315. II. Ut disciplina religiosa servetur.

Ad conservandam enim et promovendam in unaquaque Provincia religiosa disciplinæ regularis integritatem, necesse est ut ii quibus id muneris incumbit diu in ejusdem regulæ disciplina *sese exercuerint*. — Ergo, ad id præstandum, apti non sunt regulariter loquendo Episcopi, tum quia *regulam non servant*, tum quia, pro varietate ingenii multorum in diversis mundi partibus constitutorum, aut in eadem Provincia civitate sibi succedentium Episcoporum, moraliter impossibile est eos in spirituali conventuum directione *severanter concordare*. — *Bouix, ibid.*

1316. III. **Ut gravamina quæcumque arceantur.**

Equidem, attenta status Episcopalis excellentia, *ha frequens* supponi debet gravamen monasteriis a Præsubus inferendum; verumtamen, pro humana fragilitate, quando hoc incommodum occurrere, sæculorum *experientia* testatur: et, ad componendas lites inter Episcopos Religiosos, *specialis* etiam Cardinalium *Congregatio* Romæ olim constituenda visa est.

Naturam et præfatas exemptionum causas perbelle declarat *S. Pont. Leo XIII*, in constitutione « *Romanos Pontifices* », 8 *id. maii* 1881:

« Quamvis in ecclesiastica hierarchia, quæ est divina ordinati constituta, presbyteri et ministri sint inferiores Episcopis, horumque auctoritate regantur (*Trid., sess. 23, De Ordine, can.*) tamen, quo melius in religiosis Ordinibus omnia essent inter apta et connexa, ac sodales singuli pacato et æquabili vitæ cultu uterentur; denique, ut esset incremento et perfectioni *religiosæ conversationis* consultum, haud immerito Romani Pontifices, quorum est diœceses describere ac suos cuique subditos sacra potestate regendos attribuerent, clerum regularem Episcoporum jurisdictioni *exemptum* esse statuerunt.

» Cujus rei non ea fuit causa quod placuerit religiosas sodalitates potiore conditione frui quam clerum sæcularem, sed quod earum domus habitæ fuerint, *juris fictione*, quasi territoria quædam a ipsis diœcesibus *avulsa*. Ex quo factum est ut religiosæ Familias, quas, jure communi, et *Episcopis* propter hieraticum principatum et *Pontifici Maximo* propter primatum Pontificium immediate subesse oporteret, in *Ejus* potestate esse perrexerint, ex *Episcoporum* potestate per privilegium exierint. » — *Cf. epist. Pii IX ad R. D. Darboy, Archiepisc. Parisiensem, 26 oct. 1865.*

1317. IV. **Non obstante hac exemptione,**

a) « Decet ut omnes qui ejusdem sunt corporis, uniusque etiam sint voluntatis, et, sicut *fratres*, ad invicem vinculo charitatis sint adstricti ». — *Clement. unic., De excessibus Prælat. — Cf. Pii IX enc. Ubi primum, 16 jun. 1864.*

b) Aliquando, ad vitandum scandalum et fugiendam difformitatem, tenentur Regulares obtemperare constitutionibus synodalibus a quibus ceteroquin, ratione s...



emptionis, essent soluti. — *Cf. Ben. XIV. De syn., lib. 1, cap. 4, n. 5.*

c) Et « quum religiosæ Familiæ re ipsa intra fines diocesis vitam degant, sic hujus privilegii *temperata* vis est ut sarta tecta sit diocesana disciplina, adeoque ut clerici regularis *in multis subesse* debeat episcopali potestati, *re ordinariæ sive delegatæ.* » — *Leonis XIII constit. Romanos Pontifices.* — Quæ, sua loco, in harum *Prælectionum* decursu notata sunt.

## § II. DE SUBJECTO EXEMPTIONIS

1318. I. **Regulares**, « novitiis non exclusis, sive viri et mulieres, cum eorum domibus et ecclesiis, exceptis in specialibus quæ Superioribus regularibus non subsunt, ab Ordinarii loci jurisdictione *exempti sunt, præterquam* in casibus a jure expressis ». — *Cod., c. 615.*

« In omnibus in quibus religiosi subsunt Ordinario loci, non sunt ab eodem etiam *pænis* coerceri. » — *Cod., c. 619.*

a) Regulares « extra domum *illegitime degentes*, etiam sub pretextu accedendi ad Superiores, exemptionis privilegio non gaudent ». — *Cod., c. 616, § 1*

Et « si extra domum *delictum* commiserint, nec a proprio Superiore præmonito puniantur, a loci Ordinario puniri possunt, etsi homo legitime exierint et domum reversi fuerint ». — *Ibid., § 2.*

b) « Si in regularium aliorumve religiosorum exemptorum domus eorumve ecclesiis *abusus* irreperint, et Superior monitus respicere neglexerit, Ordinarius loci obligatione tenetur rem ad eam Apostolicam statim deferendi. » — *Cod., c. 617, § 1.*

c) Domus autem *non formata* « manet sub *peculiari vigilantia Ordinarii loci*, qui, si abusum irreperint et fidelibus scandalo fuerint, ipse per se potest interim providere ». — *Ibid., § 2.* — *Cf. Leonis XIII const. Romanos Pontifices, 8 id. maii 1881.*

d) Si loci Ordinarius, ob causam publicam, sonitum campanarum preces aliquas vel sacra sollemnia indicat, « religiosi omnes, non exempti, *obedire debent*, salvo constitutionibus et privilegiis cujusque religionis ». — *Cod., c. 612.*

1319. II. **Religiones votorum simplicium** « exemptionis privilegio non gaudent, nisi *specialiter* eisdem fuerint concessum ». — *Cod., c. 618, § 1.*

In religionibus tamen *juris Pontificii* « Ordinario loci non licet » 1° *Constitutiones* ullatenus immutare, aut de re *œconomica* cognoscere, salvo præscripto can. 533-535 », ubi de auctoritate Ordinarii loci quoad bonorum administrationem (*cf. n. 1306, sq.*)

» 2° Sese ingerere in regimen *internum* ac disciplinam, exceptis casibus in jure expressis ;

» Nihilominus, in religionibus *laicalibus*, ipse potest ac debet inquirere num disciplina ad constitutionum normam vigeat, num quid sana doctrina morumve probitas detrimenti ceperit, num contra clausuram peccatum sit, num Sacramenta æqua stataque frequentius suscipiantur ; et, si Superiores, de gravibus forte abusibus admoniti opportune non providerint, ipse *per se* consulat ;

» Si qua tamen *majoris momenti* occurrant quæ *moram* non patiantur, decernat statim ; decretum vero ad Sanctam Sedem deferat. » — *Cod., c. 618, § 2.* — *Leonis XIII constit. Conditæ a Christo*

1320. III. **Locorum Ordinarii ac parochi** « libenter utantur opera religiosorum, præsertim in diœcesi degentium, in *sacro ministerio* et maxime in administrando sacramento pœnitentiæ ». — *Cod., c. 608, § 2.*

Vicissim « curent Superiores ut religiosi subditi, a se designati, præsertim in diœcesi in qua degunt, cum a locorum Ordinariis vel parochis eorum ministerium *requiritur* ad consulendum populi necessitati, tum intra tum extra proprias ecclesias aut oratoria publica, illud, salva religiosa disciplina, *libenter* præstent ». — *Ibid., § 1.*

a) Si ecclesia, apud quam residet communitas religiosa, simul *parœcialis*, « servetur, congrua congruis referendo, præscriptum can. 415 » de relationibus juridicis inter Capitulum, parochum ecclesiæ cathedralis aut collegialis (*cf. n. 831*). — *Cod. can. 609, § 1.*

« In ecclesia *religiosarum*, a votis sive sollemnibus sive simplicibus, parœcia erigi nequit. » — *Ibid., § 2.*

b) « Advigilent Superiores ne divinorum officiorum in propriis ecclesiis celebratio catechetici instructioni aut Evangelii explanationi in ecclesia parœciali tradendæ *nocumentum* afferat.

» Judicium autem utrum *nocumentum* afferat necne, ad loci Ordinarium pertinet. » — *Ibid., § 3.*

## CAPUT VII

## DE CONFESSARIIS ET CAPPELLANIS

Ubi : de virorum ac mulierum domibus, distinctis articulis.

## ARTICULUS I

## DE RELIGIOSORUM CONFESSARIIS

1321. I. « In singulis religionis clericalis domibus utentur plures, pro sodalium numero, confessarii legitime approbati, cum potestate, si agatur de religione exempta, absolvendi etiam a casibus in religione reservatis. » — *Cod., c. 518, § 1.*

Superiores religiosi, potestatem audiendi confessiones habentes, tenentur, servatis de jure servandis, confessiones audire subditum, qui ab illis sponte sua ac motu proprio id petant, at sine gravi causa id per modum habitus ne agant ». — *Ibid., § 2.*

« caveant Superiores ne quem subditum, aut ipsi per se aut alium, vi, metu, importunis suasionibus aliave ratione inducant peccata apud se confiteatur ». — *Ibid., § 3.*

1322. II. In laicalibus virorum religionibus « deputatur confessarius ordinarius et extraordinarius ;

a) » Et si religiosus aliquem specialem confessarium postulet, illum Superior concedat, nullo modo petitionis rationem inquirens, neque id ægre se ferre demonstrans. » — *Cod., c. 528. — Cf. n. 969.*

b) Imo, « firmis constitutionibus quæ confessionem subditum temporibus præcipiunt vel suadent apud determinatum confessarios peragendam, si religiosus, etiam exemptus, sine conscientie quietem, confessarium adeat ab Ordine loci approbatum, etsi inter designatos non recensentur, confessio, revocato quolibet contrario privilegio, valida et licita est ; et confessarius potest religiosum absolvere

etiam a peccatis et censuris in religione reservatis ». *Cod.*, c. 519 ; *S. C. de Relig.*, 5 aug. 1913.

Hoc decretum « comprehendit etiam confessiones quas Religiosus *ritus latini* faciunt apud confessarios *ritus orientalis*, et vicissim itemque « *Novitios* cujuscunque Ordinis vel Congregationis ». *S. C. de Religiosis*, 3 maii 1914 (*Acta*, VI, 232).

**1323. III. Sacerdotem a sacris designare et a confessoribus probare :**

a) Ad Ordinarium loci pertinet « si agatur de *religionibus laicalibus non exemptis* » ;

b) « Si de *exemptis*, Superior regularis eosdem sacerdotes designat, ejusque negligentiam supplet Ordinarius. » — *Cod.*, c. 529.

## ARTICULUS II

### DE RELIGIOSARUM CONFESSARIIS

**1324. I. Ad confessiones quarumcunque religionum ac novitiarum valide et licite recipiendas, sacerdotes, tum sæculares tum religiosi, « peculiari jurisdictione indigent », revocata « qualibet contraria particulari loci seu privilegio ». — *Cod.*, c. 876, § 1. — Attamen :**

a) « Si aliqua religiosa, ad suæ conscientiae tranquillitatem, confessarium adeat ab Ordinario loci *pro mulieribus approbatum*, confessio in qualibet ecclesia vel oratorio etiam semi-publico peracta, *valida et licita* est, vocato quolibet contrario privilegio ;

» Neque Antistita id *prohibere* potest aut de ea re *inquirere*, ne indirecte quidem ; et religiosæ nihil Antistitæ offerre tenentur. » — *Cod.*, c. 522.

b) Et « religiosæ omnes, cum *graviter ægrotant*, licet mortis periculum absit, quemlibet sacerdotem ad *mutuas confessiones excipiendas approbatum, etsi non de iure naturæ religiosis*, arcessere possunt, eique, perdurante gravitate, *quoties voluerint*, confiteri, nec Antistita potest eas sive directe sive indirecte prohibere ». — *Cod.*, c. 523.

1325. II. « **Singulis religiosarum domibus unus dumtaxat detur confessarius ordinarius**, qui sacramentales confessiones *universæ communitatis* excipiat, nisi, propter exiguum ipsarum numerum, vel aliam justam causam, sit in alio vel pluribus. » — *Cod., c. 520, § 1.*

a) « Si qua religiosa, ad animi sui quietem, et ad majorem in Dei progressum, aliquem *specialem* confessarium vel moderatorem spirituales postulet, eum facile Ordinarius concedat.

Qui tamen invigilet ne ex hac concessione *abusus* irrepant; sed si irrepserint, eos caute et prudenter eliminet, salva conscientie libertate. » — *Ibid. § 2. S. C. de Relig. decret. Cum de sacramentalibus, 3 feb. 1913.*

b) Specialis confessarius, seu moderator spiritualis, concedendus est, non ad tempus præfixum, sed *donec perduret* justa causa necessitatis vel utilitatis spiritualis religiosæ quæ postulaverit. — *S. C. de Religiosis, 22 apr. 1917, ad 1 (Acta, IX, 276).*

Et deputari valet in confessarium specialem, seu conscientie moderatorem alicujus religiosæ, « qui in decurso triennio *confessarii ordinarii* communitatis munere functus sit, nondum a cessatione prædicti officii anno completo ». — *Ibid., ad 2.*

1326. III. « **Unicuique religiosarum communitati detur confessarius extraordinarius** qui, *quater* saltem in anno, ad domum religiosam accedat, et cui *omnes* religiose sistere debent, saltem benedictionem recepturæ. » — *Cod., c. 521, § 1.*

Nil enim requiritur a professis et novitiis nisi ut extraordinarius confessarius *se sistant*, sive ad sacramentalem confessionem ad ipsum si placuerit peragendam, sive ad salutaria monita, sive extra sacramentalem confessionem, ab ipso accipienda.

Atque ita *prudenter* consultum est, ne, si Moniales aliquæ extraordinarium confessarium adirent, aliæ autem coram ipso non parerent, suspiciones atque oblocutiones excitarentur, et illæ se censerentur necessarias habuisse causas ob quas ad extraordinarii confessarii opem confugere coactæ essent, aliæ vero ab huiusmodi necessitatibus et causis immunes censerentur vel iudicarentur. — *Bened. XIV const. Pastoralis curæ, § 3.*

1327. IV. Item, pro singulis domibus, Ordinarii locorum « **aliquot sacerdotes designent**, ad quos pro sacramento poenitentiae in *casibus particularibus* recurrere

æ facile possint, quin necessarium sit ipsum Ordinarium toties quoties adire ». — *Cod.*, c. 521, § 2.

a) « Si qua religiosa aliquem ex iis confessariis expectat, nulli Antistitæ liceat, nec per se nec per alios, neque directe neque indirecte, *petitionis rationem* inquirere, petitioni verbis aut factis *refragari*, aut quavis ratione ostendere se id *ægre ferre*. » — *Ibid.*, § 3.

b) Antistita quæ *contra præscriptum* in superioribus canonibus, de libero accessu religiosarum ad confessarium se gesserit, « a loci Ordinario *moneatur*; si iterum deliquerit ab eodem *officii privatione* puniatur, illico tamen certior facta Sacra Congregatione de Religiosis ». — *Cod.*, c. 24.

c) « Confessarii autem speciales, ad monasterium seu domum religiosam vocati, « si intelligant Religiosas nulla justa causa necessitatis vel utilitatis spiritualis ad ipsos accedere, *eas prudenter dimittant*.

» Monentur præterea omnes Religiosæ, ut facultate sibi concessa specialem petendi Confessarium sic utantur ut, rationibus humanis sepositis, tantummodo *spirituale bonum* et majorem in religione virtutibus progressum intendant. » — *S. C. de Relig. decret. C. de sacramentalibus*, n. 13.

**1328. V. Eligit sacerdotes a confessionibus, tum Ordinarios tum extraordinarios :**

a) Ordinarius loci, si religiosarum domus immediata *ipsi* vel *Sedi Apostolicæ* subjecta sit. — *Cod.*, c. 525.

b) Si hæc Superiori regulari subjecta sit, Superior regularis « confessarios Ordinario *præsentat*, cujus est eosdem pro audiendis illarum monialium confessionibus *approbare* et Superioris negligentiam, si opus sit, supplere ». — *Ibid.*

**1329. VI. In munus confessarii religiosarum, et Ordinarii et extraordinarii, « deputentur sacerdotes, sive clerici sæculares, sive religiosi de Superiorum licentia et morum integritate ac *prudentiâ* præstantes ;**

» Sint insuper annos nati *quadraginta*, nisi justa causa in iudicio Ordinarii, aliud exigat, nullam potestatem in eis habentes ». — *Cod.*, c. 525, § 1. — *Cf. Ben. XIV const. Pastoralis curæ*, 5 aug. 1748.

a) Religiosarum confessarius ordinarius « suum munus ne exerceat ultra *triennium* ;

Ordinarius tamen eum ad *secundum*, imo etiam ad *tertium* triennium confirmare potest, si, vel ob sacerdotum hoc officium idoneorum *penuriam* aliter providere nequeat, vel *major religiosarum pars*, earum quoque quæ in his negotiis jus non habent ferendi suffragium, in ejusmodi confessarii confirmationem, per secreta suffragia, venerit ; dissentientibus tamen, si velint, aliter procedendum est. » — *Cod.*, c. 526.

b) « Confessarius *ordinarius* non potest renuntiari *extraordinarius* nec, præter casus supra recensitos, *rursus* *mutari* ordinarius in eadem communitate, nisi post annum ab expleto munere ; *extraordinarius* vero *immediate* ut ordinarius renuntiari potest. » — *Cod.*, c. 524, § 2.

c) Confessarii religiosarum, tum ordinarii tum *extraordinarii*, « *interno* vel *externo* communitatis *regimini* nullo modo sese immisceant ». — *Ibid.*, § 3.

1330. VII. Religiosarum confessarium, tam ordinarium quam *extraordinarium*, amovere potest loci *Ordinarius* gravem ob causam « etiamsi monasterium regulari subdatur, et ipse sacerdos a confessionibus sit regularis ; Nec tenetur *causam amotionis* cuiquam significare, præterquam *apostolica* Sede, si ab ea requiratur ;

De amotione autem debet Superiorem regularem *monasterium*, si moniales regularibus subdantur ». — *Cod.*, c. 527.

1331. VIII. Ad conscientiam manifestationem sibi *manifestandam*, personas sibi subditas quoquo modo *inducere*, districte vetantur omnes religiosi Superiores. — *Cod.*, c. 530, § 1.

Non tamen prohibentur subditi quominus *libere* ac *liberè* aperire animum suum Superioribus valeant ; imo *liberè* ut ipsi filiali cum fiducia Superiores adeant, eis, si *sacerdotes*, dubia quoque et anxietates suæ conscientiam exponentes. » — *Ibid.*, § 2.

## CAPUT VIII

## DE EGRESSU E RELIGIONE

Ubi : de indultis manendi extra claustra ; — de transitu ad religionem ; — de apostatis et fugitivis.

## ARTICULUS I

## DE INDULTIS MANENDI EXTRA CLAUSTRA

1332. I. **Sola Sedes Apostolica, in religionibus Pontificii**, dare potest indultum manendi extra claustra « sive *temporarium*, idest indultum *exclaustrationis*, *perpetuum*, idest indultum *sæcularizationis* » ;

« In religionibus *juris diæcesani* » id potest etiam Ordinarius. — *Cod.*, c. 638.

a) « Qui e religione, expleto votorum temporarium tempore, aut obtento sæcularizationis indulto, *egredian* vel ex eadem fuerint *dimissi*, nihil possunt *repetere* quamlibet operam religioni præstitam. » — *Cod.*, c. 643,

b) « Si tamen religiosa *sine dote* recepta fuerit, ne propriis bonis sibimet providere valeat, religio *ex cari* eidem dare debet ea quæ requiruntur ut modo tuto convenienti domum redeat, ac providere ut, naturali æquitate servata, per aliquod tempus, mutuo consensu vel in casu dissensus ab Ordinario loci determinando honeste vivere possit. » — *Ibid.*, § 2.

1333. II. **Qui indultum exclaustrationis ab Apostolica Sede impetravit :**

a) « Votis ceterisque suæ professionis obligationibus quæ cum suo statu *componi* possunt, manet obstricta exterior tamen debet *habitus religiosi* formam deponere »

b) » Perdurante tempore indulti, *caret* voce activa



siva, sed *gaudet* privilegiis mere spiritualibus suæ religionis ; et Ordinario territorii ubi commoratur, loco Superiorum propriæ religionis, *subditur* etiam ratione vocationis ». — *Cod.*, c. 639.

1334. III. Qui, impetrato sæcularizationis indulto, religionem relinquit :

a) « A sua religione *separatur*, habitus ejusdem exteriorem formam debet *deponere*, et in Missa et horis canonicis, in usu et dispensatione Sacramentorum, *sæculari-assimilatur* ;

b) » A *votis* liberatus manet, firmis oneribus *ordini* adnexis si in sacris fuerit ; non tenetur obligatione iurum canonicas *vi professionis* recitandi, nec aliis *regulis* constitutionibus adstringitur ». — *Cod.*, c. 640, § 1.

c) Si ex apostolico indulto in religionem *rursus recitatur*, « novitiatum ac professionem *instaurat* et locum per professos obtinet a die novæ professionis ». — *Ibid.*, § 2.

1335. IV. Religiosus in sacris constitutus :

a) Si propriam diocesim ad normam can. 585 *non deserit* (scilicet quia nondum votis perpetuis ligatus est), potest, non renovatis votis, vel obtendo sæcularizationis indulto, ad propriam redire diocesim, et a proprio Ordinario recipi ;

b) » *Si amiserit*, nequit extra religionem sacros ordines exercere, donec Episcopum benevolum receptorem inveniat, aut Sedes Apostolica aliter providerit ». — *Cod.*, c. 641, § 1.

c) Episcopus religiosum recipere potest « sive pure *simpliciter*, sive pro *experimento* ad triennium :

In priore casu, religiosus eo ipso est diocesi *incardinatus* in altero, Episcopus potest *probationis tempus* prorogare, non ultra tamen aliud triennium ; quo etiam transacto, religiosus, nisi antea dimissus fuerit, ipso facto diocesi *incardinatus* manet ». — *Ibid.*, § 2.

1336. V. Quilibet professus, ad sæculum regressus, valeat sacros ordines exercere,

a) « *Prohibetur* tamen sine novo et speciali Sanctæ Sedis indulto :

» 1<sup>o</sup> Quolibet beneficio in *basilicis* majoribus vel minoribus, et in ecclesiis *cathedralibus* ;

» 2<sup>o</sup> Quolibet magisterio et officio in *Seminariis* majoribus et minoribus seu collegiis in quibus clerici educantur itemque in *Universitatibus* et Institutis quæ privilegio apostolico gaudent conferendi gradus academicos ;

» 3<sup>o</sup> Quocunque officio vel munere in *Curiis episcopalibus*, et in *religiosis domibus* sive vivorum sive mulierum utamur, atiamsi agatur de Congregationibus diocesanis ». — *Cod. can. 642, § 1.*

b) « Hæc valent quoque de iis qui *vota temporaria*, et *juramentum perseverantiæ*, vel peculiare quædam præmissio ad normam suarum constitutionum ediderunt et ab eisdem dispensati fuerunt, si per *sex integros annos* eisdem ligati fuerint. » — *Ibid.*, § 2.

## ARTICULUS II

### DE TRANSITU AD ALIAM RELIGIONEM

1337. I. **Sine auctoritate Apostolicæ Sedis** religiosus nequit « ad aliam religionem, etiam strictiorem, vel e monasterio sui juris ad aliud transire ». — *Cod., c. 632.*

a) Transiens ad aliam religionem « *novitiatum* peragere debet ; quo durante, manentibus votis, jura et obligationes particulares, quas in religione derelicta habuit *suspensa* manent, et ipse obligatione tenetur *Superioribus* *novæ religionis* et ipsi novitiorum Magistro parentibus etiam ratione voti obedientiæ ». — *Cod., c. 633, § 1.*

b) Si in religione ad quam transiit *professionem novam* non emittit, « ad pristinam religionem redire debet, nisi inter votorum tempus exspiraverit ». — *Ibid.*, § 2.

c) Transiens ad aliud monasterium *ejusdem Ordinis* « nec novitiatum peragit, nec novam emittit professionem ». — *Ibid.*, § 3.

1338. II. **Sollemniter professus, aut professus a votis simplicibus perpetuis**, « si transierit ad aliam religionem votis *sollemnibus* vel *simplicibus perpetuis* :

a) » Post novitiatum, prætermissa professione temporaria, vel *admittatur* ad professionem sollemnem aut simplicem perpetuam, vel ad pristinam *redeat* religionem ;

b) » Jus tamen est Superiori eum *probandi diutius*, sed ultra annum ab expleto novitiatu ». — *Cod., c. 634.*

1339. III. **Transeuntes ad aliud monasterium ejusdem religionis**, « a die transitus; ad aliam vero religionem, *oblata nova professione* :

a) » 1<sup>o</sup> Amittunt omnia jura et obligationes *prioris religionis* vel *monasterii*, et *alterius* jura et officia suscipiunt ;

b) » 2<sup>o</sup> Religio vel monasterium *a quo* bona servata ipsius *religiosi* ratione jam ei quæsitæ fuerunt ; Quod spectat ad *dotem* ejusve fructus, et alia bona *immovebilia* si qua habeat religiosus, servandum præscribitur *can. 551, § 2 (cf. n. 1222, d)* ;

Demum nova religio jus habet pro *novitiatus* tempore *retributionem*, si eidem locus sit ad normam *can. 570, § 1.* » — *Cod., c. 635.* — *Cf. n. 1232, b.*

c) *Sollemnitas* votorum « in eo qui legitime, secundum superiores canones, vota simplicia in Congregatione religiosa nuncupat, eo ipso *extinguitur*, nisi aliud in *statuto* indulto expresse caveatur ». — *Cod., c. 636.*

## ARTICULUS III

### DE APOSTATIS ET FUGITIVIS

1340. I. **Apostata a religione dicitur** « professus a votis simplicibus perpetuis, sive sollemnibus sive simplicibus, qui e domo religiosa *illegitime* egreditur cum animo *non redeundi*, vel etsi *legitime* egressus, *non redit* eo animo ut religiosæ *professionis* sese subtrahat ». — *Cod., c. 644, § 1.*

a) « *Malitiosus animus, de quo in § 1, jure prætur si religiosus, intra mensem, nec reversus fuerit ne periori animum redeundi manifestaverit.* » — *Ibid.*

b) *Religiosus apostata a religione* « ipso jure incur *excommunicationem*, proprio Superiori majori, vel, si religio sit laicalis aut non exempta, Ordinario loci in quo moratur, *reservatam*, ab actibus legitimis ecclesiasticis *exclusus*, privilegiis omnibus suæ religionis *privatus* »

» Et, si redierit, perpetuo caret *voce activa et passiva* præterea *aliis pœnis*, pro gravitate culpæ, a Superiori puniri debet, ad normam constitutionum ». — *Cod., c. 644*.

1341. II. **Fugitivus** est « qui, sine Superiorum licentia, domum religiosam *deserit* cum animo ad religionem *redeundi* ». — *Cod., c. 644, § 3.*

a) *Religiosus fugitivus* « ipso facto incurrit in *privatationem officii*, si quod in religione habeat, et in *suspensionem* a ministerio proprio Superiori majori *reservatam*, si sit in sacro ministerio »

b) » Cum autem redierit, *puniatur* secundum constitutiones, et, si constitutiones nihil de hoc cavèant, Superior major pro gravitate culpæ pœnas infligat ». — *Canon. 2386.*

Societatibus clericalibus *sine votis* applicatur canon 2386 tenus sodales vitam communem degant. — *Commiss. Poen. 2-3 jun. 1918 (Acta, X, 347).*

1342. III. **Apostata et fugitivus** « ab obligatione *gulgæ et votorum minime solvuntur*, et debent *sine ministerio* ad religionem redire ». — *Cod., c. 645, § 1.*

a) « Superiores debent eos sollicite *requirere*, et ipsos, si vera pœnitentia acti redeant, *suscipere* ; »

b) » Reditum vero *monialis* apostatæ vel fugitivi caute curet loci Ordinarius, et, si agatur de monasterio exempto, etiam Superior regularis. » — *Ibid., § 2.*

## CAPUT IX

## DE DIMISSIONE RELIGIOSORUM

*facto* habendi sunt tanquam legitime dimissi religiosi : « 1° Pu-  
ci *apostatæ* a fide catholica ; 2° Religiosus qui *fugam* arripue-  
cum muliere ; aut religiosa quæ cum viro ; 3° Attentantes aut  
trahentes *matrimonium*, aut etiam vinculum, ut aiunt, ci-  
e. » — *Cod.*, c. 646, § 1.

In his casibus sufficit ut Superior major, cum suo Capitulo vel  
consilio, ad normam constitutionum, emittat *declarationem* facti ;  
et ret autem *probationes* facti collectas in domus regestis asser-  
re. » — *Ibid.*, § 2.

## ARTICULUS I

DE DIMISSIONE RELIGIOSORUM QUI VOTA TEMPORARIA  
NUNCUPARUNT

## 1343. I. Professum a votis temporariis :

a) « Sive in *Ordinibus* sive in *Congregationibus juris  
diocæsanis*, dimittere potest supremus religionis Moderator  
Abbas monasterii sui juris, cum consensu sui cujusque  
consilii per secreta suffragia manifestato ; vel, si agatur de  
*regularibus*, Ordinarius loci, et, si monasterium sit *regula-  
ris obnoxium*, Superior regularis, postquam monasterii  
consilia cum suo Consilio fidem de causis scripto fecerit ;

b) » In *Congregationibus vero juris diocæsanis*, Ordina-  
rius loci in quo religiosa domus sita est, qui tamen jure  
consilii utatur, Moderatoribus insciis vel juste dissentien-  
tibus. » — *Cod.*, c. 647, § 1.

1344. II. « Ii omnes, graviter eorum onerata consilia,  
religiosum dimittere nequeunt nisi servatis quæ  
sequuntur :

a) » Causæ dimissionis debent esse *graves* ; et possunt  
esse, sive ex parte *religionis*, sive ex parte *religiosi*.  
*Defectus spiritus religiosi* qui aliis *scandalo* sit, est

sufficiens dimissionis causa si repetita monitio, una salutari pœnitentia, incassum cesserit ; non vero *in valetudo*, nisi certo constet eam ante professionem fidei dolose reticitam aut dissimulatam ;

b) » Licet Superiori dimittenti *certo* innotescant, non est tamen necesse ut *formali iudicio* probentur. At religioso semper manifestari debent, eidem plena *respondendi licentia* ; ejusque responsa Superiori dimittenti fideliter subjiciantur ;

c) » Contra dimissionis decretum, est religioso factas *recurrendi* ad Sedem Apostolicam ; et, pendente recursu, dimissio nullum habet juridicum effectum.

» Si de *mulieribus* agatur, servari debet præscriptum can. 643, § 2. » — *Cod.*, c. 647, § 2. — *Cf. n. 1332, b.*

1345. III. **Religiosus dimissus** ad normam præscriptam canonis « *ipso facto* solvitur ab omnibus *votis* religionis, et a vis oneribus ordini majori adnexis si sit *in sacris* », et a votis præscriptis can. 641, § 1 (de reditu ad propriam dimissionem), et can. 642 (de officiis quibus, ad sæculum regressus prohibetur). — *Cod.*, c. 648. — *Cf. n. 1335 et 1336.*

Clericus autem in *minoribus ordinibus* constitutus ipso redactus est in statum laicalem ». — *Ibid.*

Vota religiosa simplicia *perpetua ex parte votantis*, emissa promulgationem Codicis in Religionibus votorum sollemnium sive virorum sive mulierum, « moderanda sunt quoad modum dimissionis religiosorum, et quoad *effectus* dimissionis, a jure quo vigente ante Codicem ». — *Commiss. Pontif.*, 16 oct. 1919, (Acta, XI, 476).

## ARTICULUS II

DE DIMISSIONE RELIGIOSORUM QUI VOTA PERPETUA  
NUNCUPARUNT IN RELIGIONE CLERICALI NON EXEMPTA  
VEL IN RELIGIONE LAICALI.

1346. I. **In virorum religionibus clericalibus exemptis et laicalibus**, « ut professus a votis *perpetua* dimitti possit, *præcedant* necesse est tria delicta,

ci monitione, ac defectu emendationis, ad normam 656-662 ». — *Cod.*, c. 649. — *Cf. n. 1349, sq.*

a) Hæc si constiterint, « supremu religionis Moderatum suo Consilio, perpensis omnibus facti adjunctis, eret num locus sit dimissioni ». — *Cod.*, c. 650, § 1.

b) « Si major suffragiorum numerus pro dimissione erit :

° In religione *juris diæcesani*, res tota deferatur ad ariarium loci in quo religiosa professi domus sita est, est dimissionem pro suo prudenti arbitrio decernere;

° In religione *juris pontificii*, ipse supremus religionis rator dimissionis decretum ferat ; quod tamen, ut sortiatur effectum, debet a Sede Apostolicâ confir- » — *Ibid.*, § 2.

c) « Religioso jus est suas rationes *libere exponendi* ; ue responsiones in actis fideliter referendæ sunt. » — § 3.

347. II. **Etiam ad dimittendas religiosas professas a perpetuis, sive sollemnibus sive simplicibus, « exi- r graves causæ exteriores una cum incorrigibilitate, imento prius habito, ita ut spes resipiscentiæ eva- , judicio Antistitæ ». — *Cod.*, c. 651, § 1.**

pariter religiosæ jus est suas rationes *libere expo- quæ in actis fideliter referendæ sunt. — Ibid.*, § 2.

d) Si agatur de religiosis *juris diæcesani*, « Ordinarii n quo sita est sororis professæ domus, est causas sionis expendere et decretum dimissionis ferre ». — c. 652, § 1.

e) Si de *monialibus*, « Ordinarius loci omnia acta et menta transmittat ad Sacram Congregationem, cum Superioris regularis voto, si monasterium regulari- t subjectum ». — *Ibid.*, § 2.

f) Si de aliis religiosis *juris pontificii*, « suprema reli- Moderatrix rem totam ad Sacram Congregationem e deferat, cum omnibus actis et documentis ; cra autem Congregatio, tum in hoc tum in præce-

denti casu, quod magis expedire censuerit decernet ». *Ibid.*, § 3. — *Cf. n. 1222, e.*

1348. III. « In casu gravis scandali exterioris, gravissimi nocimenti communitati imminentis, relisus *statim* potest a Superiore majore, cum consensu Consilii, vel etiam, si periculum sit in mora et tempus adsit adeundi Superiorem majorem, a Superiore locali cum consensu sui Consilii et Ordinarii loci, *ad sæculum rem* habitu religioso illico deposito, ita tamen ut res per ipsum Ordinarium aut per Superiorem majorem, si adsit, Sanctæ Sedis iudicio sine mora subiciatur. » — *Cod.*, c. 653.

### ARTICULUS III

DE PROCESSU JUDICIALI IN DIMISSIONE RELIGIOSORUM QUI VOTA PERPETUA, SIVE SOLLEMNIA SIVE SIMPLICIA NUNCUPARUNT IN RELIGIONE CLERICALI EXEMPTA

1349. I. **Nonnisi processu instituto** dimittatur « professus a votis *sollemnibus* aut a votis simplicibus *perpetuis* in religione clericali exempta », modo non sit, normam can. 646, *ipso facto* legitime dimissus, « revocari quolibet contrario privilegio ». — *Cod.*, can. 654.

a) Ad sententiam dimissionis ferendam « *competens* est summus religionis vel monasticæ Congregationis Moderator, cum Consilio seu Capitulo, quod *quatuor* saltem religiosis constet ;

» Si qui deficient, eorum loco totidem religiosos eligat præses consensu aliorum qui cum ipso tribunal collegiale constituent » — *Cod.*, can. 655, § 1.

« Præses de aliorum consensu *promotorem justitiæ* nominari qui sit « ejusdem religionis alumnus ». — *Ibid.*, § 2 ; et c. 1589,

b) « Ad processum instruendum deveniri nequit nisi *præcedentibus* ; 1° Gravia delicta externa, sive contra jus commune, sive contra speciale religiosorum jus ; 2° Monitiones ; 3° Defectus emendationis. » — *Cod.*, c. 656.

1350. II. « **Delicta debent esse saltem tria**, ejusdem speciei, vel, si diversæ, talia ut simul sumpta manifestent perversam voluntatem in malo perveracem, aut un-



*um permanens quod ex repetitis monitionibus virtua-*  
*triplex fiat.* » — *Cod., c. 657.*

1351. III. « **Duæ debent esse monitiones,** scilicet sin-  
 pro singulis duobus primis delictis ; in delictis autem  
*nuatis* seu permanentibus, intercedat necesse est,  
 primam et alteram monitionem, saltem trium die-  
 integrum spatium. » — *Cod., c. 660.*

) Ad monitionem faciendam « necesse est ut, aut delictum sit  
*um,* aut de eodem *constet* ex rei confessione extrajudiciali,  
 x aliis sufficientibus probationibus quas prævia inquisitio sup-  
 averit ». — *Cod., c. 658, § 1.*

n inquisitione peragenda servantur, congrua congruis refe-  
 , præscripta can. 1939, sq. » — *Ibid., § 2.*

) Monitio fieri debet « ab *immediato Superiore majore,* per  
 per alium de ejus mandato ;  
 ed Superior mandatum ne det nisi *prævia* informatione facti ;  
 n vero mandatum pro prima monitione valeat etiam pro al-  
 . — *Cod., c. 659.*

1352. IV. **Monitionibus Superior « addat opportunas**  
**rationes et correptiones,** præscriptis insuper *pæni-*  
*s* aliisque *remediis* pœnalibus quæ apta censeantur  
 mendationem rei et scandali reparationem ». — *Cod.,*  
*661, § 1.*

) Præterea « tenetur Superior reum ab occasionibus relabendi  
*ere,* etiam per translationem, si opus fuerit, ad aliam do-  
 ubi facilius sit vigilantia et remotior delinquendi occasio ». —  
 § 2.

« Singulis monitionibus adjiciatur dimissionis comminatio. »  
*d., § 3.*

1353. V. **Postquam monitiones et correctiones incas-**  
**esserint,** immediatus Superior « omnia acta et docu-  
 a diligenter *colligat,* et ad supremum Moderatorem  
*nittat ;* hic autem ea tradere debet *promotori justii-*  
 ui ea examinet et suas conclusiones proponat ». —  
*c. 663.*

ligiosus censetur *se non emendasse* si, post secundam mon-  
 , novum delictum commiserit, vel in eodem permanenter  
 erit ;

» Post ultimam monitionem, *sex* saltem *dies* erit expectanda antequam ad ulteriora progressus fiat. » — *Cod., c. 662.*

1354. VI. « Si promotor justitiæ, cui fas est etiam ulteriores inquisitiones, quas opportunas judicaverit peragere, accusationem proponat, *instruatur* processus servatis præscriptis canonum 1552, sq. » ubi de processu judiciali generatim, « congrua congruis referendo ». — *Cod., c. 664, § 1.*

a) « Ex processu *constare debet* de delictis patratis, de processu missa duplici monitione, et de defectu emendationis. » — *Ibid.,*

b) Tribunal, « diligenter *perpensis* allegationibus tum pro reo justitiæ tum rei, si quidem judicaverit ea esse satis probata, *sententiam dimissionis* pronuntiet ». — *Cod., c. 665.*

c) Sententia *executioni* mandari nequit « nisi fuerit a Sacra Congregatione *confirmata* ; ad quam tribunalis præses et sententia et omnia acta processus quamprimum transmittere curabit ». — *Cod., c. 666.*

d) Pro *dissitis regionibus*, « etiam in casibus ordinariis, premi Moderatores, cum consensu sui Consilii seu Capituli, potestatem dimittendi facultatem *demandare* probis ac prudentibus religiosis qui saltem *tres* esse debent, firmo præscripto can. 663-666 », ut supra. — *Cod., c. 667.*

1355. VII. In casu gravis scandali exterioris, vel gravissimi nocumenti communitati imminentis :

a) « Religiosus *statim* potest a Superiore majore, si periculum sit in mora, et tempus non adsit recurrere ad Superiorem majorem, a Superiore quoque locali, cum consensu sui Consilii, *ad sæculum remitti*, habitu religioso illico deposito ;

b) » Religioso autem dimisso, statim *processus* nondum fuerit institutus, instituatur ad normam canonum qui præcedunt ». — *Cod., c. 668.*

## ARTICULUS IV

DE RELIGIOSIS DIMISSIS QUI VOTA PERPETUA  
NUNCUPARUNT

## 1356. I. Professus qui vota perpetua emisit :

a) « A religione dimissus, votis religiosis *manet ad-*  
*us*, salvis constitutionibus aut Sedis Apostolicæ indul-

b) Si clericus est in *minoribus ordinibus* constitutus,  
ipso reducitur ad statum laicalem ». — *Ibid.*, § 2.

## 1357. II. Clericus in sacris :

a) « Qui aliquod delictum commisit quod *ipso facto*  
issionem inducit, aut dimissus est ob delictum quod  
communi punitur infamia juris, vel depositione vel  
radatione, *perpetuo* prohibetur deferre habitum eccle-

b) Si vero dimittatur ob *delicta iis minora* :

1° Ipso facto *suspensus* manet, donec a Sancta Sede  
olutionem obtinuerit ;

2° Sacra Congregatio, si id expedire judicaverit, di-  
o præcipiat ut, habitu *cleri sæcularis* indutus, com-  
etur in *certa diœcesi*, indicatis Ordinario causis ob  
dimissus fuit ;

3° Si dimissus huic præcepto *non paruerit*, religio ad  
tenetur, et dimissus eo ipso privatus est jure defe-  
i habitum ecclesiasticum ;

4° Ordinarius diœcesis pro ejus commoratione designatæ,  
iosum in *domum pœnitentiæ* mittat, vel eum commit-  
uræ et *vigilantiæ* pii ac prudentis sacerdotis ; et, si  
iosus non paruerit, servetur præscriptum n. 3 ;

5° Religio, per manus Ordinarii loci commorationis,  
*ativum subsidium* dimisso suppeditet pro necessariis  
itæ sustentationem, nisi ipse aliunde sibimet provi-  
valeat ;

6° Si dimissus vitæ rationem *ecclesiastico viro dignam*

non agat, transacto anno, aut etiam prius, iudicio Ordinarii, *privetur* caritativo subsidio, *ejiciatur* e domo pœnitentiæ, eique auferatur jus deferendi *habitus ecclesiasticus* ab ipso Ordinario, qui statim mittere curet opportunam relationem tum ad Sedem Apostolicam tum ad religionem.

» 7<sup>o</sup> Si vero dimissus prædicto tempore tam laudabiliter se gesserit ut merito haberi possit *vere emendatus*, Ordinarius ejus preces apud Sanctam Sedem commendabit per *absolutionem* a censura suspensionis, et, ea obtenta, eidem in sua diœcesi permittat, adhibitis opportunis cautelis limitationibus, *Missæ celebrationem*, et etiam, pro suo arbitrio et prudentia, *aliud sacrum ministerium* unquam honeste vivere queat; quo in casu, religio caritativo subsidium intermittere potest.

» Quod si agatur de *diacono* aut *subdiacono*, res ad Sanctam Sedem deferatur. » — *Cod., c. 671.*

1358. III. Dimissus, votis in religione emissis non solutus, « tenetur ad claustra redire; »

a) » Et, si argumenta plenæ emendationis per *trium annorum* dederit, religio *tenetur* eum recipere;

» Quod si graves *obstant* rationes, sive ex parte religionis, sive ex parte religiosi, res iudicio Sedis Apostolicæ subijciatur. — *Cod., c. 672, § 1.*

b) Quoties vero vota in religione emissa *cessaverint*, « si dimissus Episcopum benevolum *receptorem* invenerit, sub ejus jurisdictione et speciali vigilantia maneat, servato præscripto can. 642 (ad cujus normam quibusdam beneficiis et officiis prohibetur); secus res ad Sanctam Sedem deferatur. » — *Ibid., § 2. — Cf. n. 1336.*

## CAPUT X

DE SOCIETATIBUS VIVENTIUM IN COMMUNI  
ABSQUE VOTIS

359. **I. Non est proprie religio** « societas, sive viro-  
sive mulierum, in qua sodales vivendi rationem reli-  
giorum *imitantur*, in communi degentes *sub regimine*  
*riorum*, secundum probatas constitutiones, sed tri-  
consuetis votis publicis *non obstringuntur* ». — *Cod.*,  
673, § 1.

Nec ejus sodales nomine *religiosorum* proprie desi-  
tur. » — *Ibid.*

ujusmodi societas « est *clericalis* vel *laicalis*, juris  
*ficii* vel *diœcesani*, ad normam can. 488, nn. 3, 4 ». —  
§ 2. — *Cf. n. 1198, a.*

360. **II. Circa erectionem et suppressionem socie-**  
**ejusque provinciarum vel domorum**, « eadem va-  
quæ de *Congregationibus religiosis* constituta sunt ». —  
*od.*, c. 674.

) *Regimen* determinatur « in uniuscujusque socie-  
constitutionibus ; sed in omnibus servantur, con-  
congruis referendo, can. 499-530 » de religionum  
ine. — *Cod.*, c. 675. — *Cf. num. 1289; sq.*

) In *admittendis* candidatis « servantur constitu-  
tiones, salvo præscripto can. 542 » de iis qui *invalidè* vel  
ad novitiatum admittuntur. — *Cod.*, c. 677. —  
1218, sq.

) In iis quæ ad *studiorum rationem* et ad *suscipiendos*  
sodales pertinent, « sodales iisdem legibus tenentur ac  
sacerdotes clerici, salvis peculiaribus præscriptionibus a  
Sede datis ». — *Cod.*, c. 678.

1361. III. **Societas ejusque provinciæ et domus** « paces sunt acquirendi et possidendi bona temporalia — *Cod.*, c. 676, § 1.

a) *Administratio* bonorum « regitur præscriptis can. 532-537 ». — *Ibid.*, § 2. — *Cf. n. 1305, sq.*

b) « Quidquid sodalibus obvenit *intuitu societatis* eidem acquiritur ; *cetera bona* sodales secundum constitutiones retinent, acquirunt et administrant. » — *Ibid.*,

1362. IV. **Communibus clericorum obligationibus** tenentur sodales societatis, præter obligationes quibus *sodales* obnoxii sunt secundum constitutiones, « nisi natura rei vel ex sermonis contextu aliud constet ». — *Cod.*, c. 679, § 1.

a) « Pariterque stare debent præscriptis can. 561-612 (de *religiosorum* obligationibus), nisi constitutiones aliud ferant. » — *Cod.*, *ibid.*

Ideo « *clausuram* servant ad normam constitutionum sub Ordinarii loci vigilantia ». — *Ibid.*, § 2.

b) Vicissim « iidem, etiam laici, gaudent *clericorum privilegiis* de quibus in can. 119-123 (*cf. n. 440, sq.*), aliaque societati directe concessis, non autem privilegiis *religiosorum* sine speciali indulto ». — *Cod.*, c. 680.

1363. V. **Circa dimissionem sodalium**, servantur, præter proprias cujusque societatis constitutiones, « congruis referendo, præscripta can. 646-672 », ubi de *religiosorum* dimissione. — *Cod.*, c. 681. — *Cf. n. 1343,*

Item, « circa *transitum* ad aliam societatem vel ad aliam quam religionem, aut circa sodalium *exitum* a societate etiam juris Pontificii », servantur eodem modo præscriptis can. 632-635, 645, ubi de *religiosis*. — *Cod.*, *ibid.* — *n. 1337, sq. et 1342.*



# TRACTATUS IX

## DE LAICIS

---

laicorum et laicorum distinctione diximus ubi de divina Ecclesie constitutione. — Hic agendum est : de fidelium associationibus in genere ; — et de iisdem in specie.

### CAPUT I

#### DE FIDELIUM ASSOCIATIONIBUS IN GENERE

1364. I. **Associationes distinctæ a religionibus vel statutibus de quibus supra**, « ab Ecclesia constitui possunt, vel ad perfectiorem vitam christianam inter socios promovendam, vel ad aliqua pietatis aut caritatis opera agenda, vel denique ad incrementum publici cultus ». *Cod., c. 685.*

Fideles *laude digni* sunt si sua dent nomina associationibus ab Ecclesia erectis, vel saltem commendatis. » — *Cod., c. 684.*

1365. II. « **Nulla in Ecclesia recognoscitur associatio a legitima auctoritate ecclesiastica erecta vel saltem approbata non fuerit.** » — *Cod., c. 686, § 1.*

Ad normam can. 100, tunc tantum fidelium associationes *juri* in Ecclesia *personam* acquirunt, cum a legitimo Superiore ecclesiastico formale obtinuerunt erectionis decretum. » — *Cod., c. 687.*

a) Associationes *erigere* vel *approbare* pertinet, « præsumptum Romanum Pontificem, ad loci Ordinarium, exceptis locis quorundam instituendarum jus, apostolico ex privilegio reservatum est ». — *Cod., c. 686, § 2.*

b) Licet privilegium concessum probetur, « semper tamen, nisi aliud in ipso privilegio cautum sit, requiritur ad validitatem erectionis *consensus Ordinarii loci*, scriptus datus ;

» Consensus tamen ab Ordinario præstitus pro erectione *domus religiosæ*, valet etiam pro erigenda in eadem domo vel ecclesia ei adnexa, *associatione* quæ non sit constituta ad modum organici corporis, et illius religionis sit propria ». — *Ibid.*, § 3.

c) « *Vicarius Generalis* ex solo mandato generali, et *Vicarius Capitularis*, nequeunt associationes erigere aut consensum præbere pro earum erectione aut aggregatione. » — *Ibid.*, § 4.

d) *Erectionis litteræ* ab iis qui ex privilegio apostolico associationem erigunt, « *gratis* concedantur, sola excepta taxa pro expensis necessariis ». — *Ibid.*, § 5.

1366. III. Quælibet associatio « sua statuta habet a Sede Apostolica vel ab Ordinario loci *examinata et approbata* ». — *Cod.*, c. 689, § 1.

a) Statuta quæ non sint confirmata a Sede Apostolica « moderationi et correctioni *Ordinarii loci* semper subiecta manent ». — *Ibid.*, § 2.

b) Associatio *titulum* seu *nomen* ne assumat « quod levitatem aut absonam novitatem sapiat, vel speciem devotionis a Sede Apostolica non probatam exprimat ». — *Cod.*, c. 688.

c) Associationes legitime erectæ « *jus habent*, ad nominationem statutorum et sacrorum canonum, celebrandi comitia, edendi peculiare normas quæ ipsum sodalium respiciant, eligendi administratores honorum, officiales et ministros, firmo præscripto can. 715 », de *Ordinarii loci* juribus. — *Cod.*, c. 697, § 1. — *Cf. n. 1383.*

d) In iis quæ *convocationem* ad comitia et electionem respiciunt, « servantur jus commune, quod prostat in can. 161-182, et statuta juri communi non contraria ». — *Ibid.*, § 2. — *Cf. n. 284, sq.*



1367. IV. **Jurisdictioni subsunt et vigilantiae Ordinarii loci** « omnes associationes, etiam ab Apostolica Sede erectae, nisi speciale obstet privilegium ». — *Cod.*, c. 690, § 1.

a) Associationes tamen quae, vi privilegii apostolici, a *religiosis impensis* in suis ecclesiis institutae sunt, « Ordinariis locorum facta est visitare quod attinet ad ea quae *internam disciplinam* seu rituales associationis directionem spectant ». — *Ibid.*, § 2.

b) « Ob graves causas, et salvo jure recursus ad Apostolicam Sedem, potest loci Ordinarius *supprimere*, non solum associationem factam vel a decessoribus suis erectam, sed etiam associationem ex apostolico indulto a religiosis erectam de consensu Ordinarii loci. » — *Cod.*, c. 699, § 1.

Associationes vero ab *ipsa Apostolica Sede* erectae « non nisi ab eadem suppressi possunt ». — *Ibid.*, § 2.

1368. V. **Bona temporalia possidere et administrare potest associatio legitime erecta, nisi aliud expresse cautum sit, sed** « sub auctoritate *Ordinarii loci, cui rationem administrationis* saltem quotannis reddere debet, ad normam can. 1525, minime vero *parochi*, licet in ejus territorio erecta sit, nisi aliud Ordinarius ipse statuerit ». — *Ibid.*, c. 691, § 1.

a) Potest, ad normam statutorum, « *oblationes* recipere, et reas erogare ad pios ipsius associationis usus, salva semper officium voluntate ». — *Ibid.*, § 2.

b) Nulli associationi *eleemosynas* colligere licet, « nisi id auctoritate permittant, aut necessitas postulet, et loci Ordinarii consensus accedat, ac servetur forma ab eodem praescripta ». — *Cod.*, c. 691, § 3.

c) *eleemosynas extra territorium* colligendas, « uniuscujusque Ordinarii venia, scripto data, requiritur ». — *Ibid.*, § 4.

d) « Oblationum quoque ac eleemosynarum fidelis erogationis rationem associatio reddat Ordinario loci. » — *Ibid.*, § 5.

1369. VI. **Ad fruendum associationis juribus, privilegiis, indulgentiis, aliisque gratiis spiritualibus,** « necesse est et sufficit ut quis in eam valide *receptus* sit secundum propria associationis statuta, et ab ea legitime expulsus ». — *Cod.*, c. 692.

a) « A catholici et damnatæ sectæ adscripti, aut censura notori irretiti, et in genere publici peccatores, *valide* recipi nequeunt. » — *Cod.*, c. 693, § 1.

b) « Eadem persona potest adscribi *pluribus* associationibus salvo præscripto can. 705 » (de Tertiariorum sodalitatibus). — *Ibid.*, § 2.

c) *Absentes* « ne adscribantur associationibus ad modum organi corporis constitutis ; *præsentes* autem, non nisi scientes ac volentes adscribi possunt ». — *Ibid.*, § 3.

d) « Salvo præscripto can. 704 (de tertiis Ordinibus), *religiosi* possunt piis associationibus nomen dare, exceptis iis quarum lege Superiorum iudicio, cum observantia regulæ et constitutionum conciliari nequeant. » — *Ibid.*, § 4. — *Cf. n. 1376.*

1370. VII. **Receptio fiat « ad normam juris ac statutorum uniuscujusque associationis ».** — *Cod.*, c. 694, § 1.

a) « Ut autem de receptione constet, *inscriptio* in albo associationis fieri omnino debet ; imo hæc inscriptio si associatio in personam moralem erecta fuerit, est a *validitatem* necessaria. » — *Ibid.*, § 2.

Attamen, firma remanente in conscientia obligatione inscribendi et transmittendi nomina, fideles, eo ipso quo a legitime deputati admittuntur, *rite adscripti* censentur, ad *effectum* tantummodo ut indulgentias lucrari, aliarumque gratiarum spiritualium participare fieri valeant, etiamsi eorum nomina, quacumque ex causa, in album Sodalitatis relata non fuerint. — *S. C. S. Offic.*, 23 apr. 1914 (*Acta VI*, 307).

b) Occasione receptionis in associationem « nihil *directe* vel *indirecte* exigatur, præter id quod in statutis legitime approbatis designatum sit, aut ab Ordinario loci, ratione specialium circumstantiarum, expresse permissum in associationis favorem ». — *Cod.*, c. 695.

c) Ille qui habet facultatem adscribendi socios in aliquam confraternitatem vel piam associationem, *seipsum* illi adscribere valeat ita ut possit indulgentias quæ eidem adnexæ sunt lucrari, modo hæc facultas habeatur *indiscriminatim*, non vero *taxative*. — *S. C. Indulg.*, 16 jul. 1887. — *Cf. n. 60, d.*

Non sustinentur autem adscriptiones *defunctorum* piis Unionibus piisque Operibus. — *S. C. Indulg.*, 25 aug. 1897.

1371. VIII. **Nemo legitime adscriptus, ab associatione mittatur « nisi justa de causa ad normam statutorum ».** — *od., c. 696, § 1.*

Qui in casum inciderint de quo in can. 693, § 1 (scilicet amnatæ sectæ adscripti, aut censura notorie irretiti, et genere publici peccatores), « *expungantur*, præmissa motione, servatis propriis statutis, et salvo jure recursus ad ordinarium ». — *Ibid., § 2.*

« Etiam si in statutis nihil expresse caveatur, etiam *loci Ordinarius* quod ad omnes associationes, et *Superior religiosus* quod ad associationes ex apostolico indulto a religiosis erectas attinet, possunt socios dimittere. » — *Ibid., § 3.*

1372. IX. **Nominatio Moderatoris et Cappellani, nisi privilegium apostolicum aliud expresse caveat, « pertinet ad loci Ordinarium in associationibus ab ipso vel ab Apostolica Sede erectis aut approbatis, et in associationibus a religiosis vi apostolici privilegii erectis extra proprias ecclesias ;**

» In associationibus vero erectis a *religiosis* in propriis ecclesiis, requiritur tantum Ordinarii loci *consensus* si a superiore moderator et cappellanus e clero sæculari eligantur ». — *Cod., c. 698, § 1.*

a) Moderator et cappellanus *possunt*, durante munere, « benedicere associationis habitum seu insignia, scapularia, etc., eaque adscribendis imponere ;

» Quod vero ad *conciones* attinet, servantur præscripta can. 1337-1342. » — *Ibid., § 2. — Cf. n. 621, sq.*

b) « Moderatorem et cappellanum *revocare* ex justa causa possunt qui illos nominaverunt, eorumque successores vel Superiores. » — *Ibid., § 3.*

c) « Idem potest esse moderator et cappellanus. » — *Ibid., § 4.*

1373. X. « **Omnes fideles caveant ab associationibus hereticis, damnatis, seditiosis, suspectis, aut quæ studeant se a legitima Ecclesiæ vigilantia subducere.** » — *Cod., n. 684.*

a) Harum *antevertenda est contagio* rationibus omnibus, iis nominatim quas litteræ encyclicæ Leonis XI<sup>i</sup> alias indicavere. — De qua re tanto major cura adhibenda est quanto plus istæ numero, opibus, potestate valent ejus generis societates. — *Enc. Quod multum.*

Cf. Leonis XIII enc. « *Humanum genus* », 20 apr. 1884, ubi, funestæ pestis prohibenda contagia, in *Massonicam ipsam societatem*, in *doctrinam* ejus universam, et *consilia*, et *sentiendi consuetudinem et agendi*, perniciososque ejus *fructus* maxima acerbitate permixtos, animum intendit, et Apostolica sua auctoritate, quæcumque contra Massonum sectam decreverunt Romani Pontifices ejus decessores, omnia et singula rata habet et confirmat. — Cf. *ejusd. Pontificis epistolam ad Episcopos Italiæ*, 8 dec. 1892; et num. 1079, a.

b) « Nomen dantes sectæ *massonicæ*, aliisve ejusdem generis associationibus, quæ contra Ecclesiam vel leges civiles potestates machinantur, contrahunt ipso facto *excommunicationem*, Sedi Apostolicæ *simpliciter* reservatam. » — *Cod., c. 2335.*

Porro, præfatæ excommunicationi subjacent *adscripti sectis damnatis*, nempe quicumque, *scientes* et *volentes*, in eas admittuntur quocumque *ritu* vel quamvis sine ritu initientur.

1° Utrum secta aliqua inter damnatas referenda sit, colligendum est : tum ex *S. Sedis Præsulorumque declarationibus*, tum ex *ipsorum adscriptorum* responsionibus, si his nempe exploratum sit societatem cui nomen dederunt aliquid contra Ecclesiam, vel civile Gubernium, machinari.

Nec refert utrum secta agat *palam* vel *clandestine*, utrumve exigat juramentum de *secreto* servando necne. — *Instructio S. Officii 10 maii 1884.*

2° Satis non est, ut declaravit Sacra Congregatio Sancti Officii 5 jul. 1837, quod sectarium emissi juramenti *pœniteat* ut possit absolvi, si externe cum iisdem sociis adhuc communicet. Debet vel sectam *abjurare*, eique valedicere, itemque libros ac signa omnia *tradere*, ut ad Episcopum vel Inquisitorem transmittantur, a saltem *comburere*, si justæ gravesque causæ id postulent.

3° *Prohibetur* quoque omnis societas, nec absque gravi culpa ullus ei nomen dare potest, quæ ab asseclis exigit *secretum* et *omnem modum obsequium* suis ducibus ; at non eo ipso incurritur præfata  *censura*. — *Cit. Instruct. S. Officii, 10 maii 1884.*

c) « Clerici et religiosi, nomen dantes sectæ massonialiisque similibus associationibus, *denuntiari* debent ræ Congregationi S. Officii. » — *Cod.*, c. 2336, § 2. nsuper *clerici* qui delictum hoc commiserunt, præter nas superius statutas, « pœna *suspensionis* vel *privatiõ-* ipsius beneficii, officii, dignitatis, pensionis aut mune- si qua forte in Ecclesia habeant ;

*Religiosi* autem privatione officii et vocis activæ ac sivæ aliisque pœnis ad normam constitutionum plec- tur ». — *Ibid.*, § 1.

## CAPUT II

## DE FIDELIUM ASSOCIATIONIBUS IN SPECIË

- « Triplex distinguitur in Ecclesia associationum species : *tertii Ordines sæculares, confraternitates, piæ uniones.* » — *Cod., c. 700.*
- « Inter pias laicorum associationes, *ordo præcedentiæ* est qui sequitur, firmo præscripto can. 106, nn. 5, 6 (*cf. n. 579*) : 1° Termini Ordines ; 2° Archiconfraternitates ; 3° Confraternitates ; 4° Piæ uniones primariæ ; 5° Aliæ piæ uniones. » — *Cod., c. 701, § 1.*
- « Confraternitas *sanctissimi Sacramenti*, si agatur de processione in qua defertur sanctissimum Sacramentum, præcedit ipsis archiconfraternitatibus. » — *Ibid., § 2.*
- « Omnes autem tunc solummodo jus præcedentiæ habent cum *legaliter* incedunt, sub propria cruce vel vexillo, et cum habent suum signum seu insignibus associationis. » — *Ibid., § 3.*

## ARTICULUS I

## DE TERTIIS ORDINIBUS SÆCULARIBUS

1374. I. **Tertiarium sæculares sunt** « qui *in sæculo*, sub moderata alicujus *Ordinis*, secundum ejusdem spiritum ad christianam perfectionem contendere nituntur, modo sæculari vitæ consentaneo, secundum regulas ab Apostolica Sede pro ipsis approbatas ». — *Cod., c. 702, § 1.*

« Si tertium sæcularis Ordo in plures associationes dividatur, harum quælibet legitime constituta dicitur *soliditas tertiariorum.* » — *Ibid., § 2.*

1375. II. **Nulla religio potest absque Apostolico privilegio adducto tertium Ordinem sibi adjungere.** — *Cod., c. 703, § 1.*

a) « Dato etiam apostolico privilegio, Superiores religiosi possunt quidem personas *particulares* tertio Ordini adscribere, sed nequeunt *sodalitatem* tertiariorum validè erigere sine consensu Ordinarii loci. » — *Ibid., § 2.*

b) « Nec *sodalitatibus* a se erectis possunt concedere

m particularium *vestium*, in publicis sacris functioni-  
deferendarum, sine speciali ejusdem Ordinarii licen-  
» — *Ibid.*, § 3.

1376. III. Qui vota nuncupavit, vel ad tempus, in ali-  
religione, « nequit simul ad ullum tertium Ordinem  
tinere, etsi eidem antea fuerit adscriptus ». — *Cod.*, c.  
, § 1.

si solutus a votis ad sæculum redierit, « antiqua adscriptio  
reviviscit ». — *Ibid.*, § 2.

Ecce ulla tertiariorum sodalitas, « sine apostolico indulto, adscri-  
bitur potest sodales *alius tertii Ordinis* in eodem remanentes ;  
Singulis tamen sodalibus licet justa de causa *transire*, sive ab  
ad alium tertium Ordinem, sive ab alia ad aliam sodalitem  
dem tertii Ordinis ». — *Cod.*, c. 705.

1377. IV. Publicis processionibus, funeribus aliisque  
lesiasticis functionibus « tertiarium *possunt*, sed *non te-  
tur*, collegialiter interesse ;

At, si intersint, cum suis insignibus, sub cruce pro-  
cedant, incedant necesse est ». — *Cod.*, c. 706.

1378. V. Obligationes et privilegia Tertiariorum præ-  
scribuntur regulis a S. Sede approbatis, et variis decretis  
summi Pontificum.

a) *Absolutio generalis* est benedictio specialis cui S. Sedes be-  
nignè *indulgentiæ plenariæ* conjungit.

Statutis diebus conceditur, *publice* quidem a Rectore Congregatio-  
nis vel confessario delegato ; *privatim* autem a *quolibet confessa-  
rio* saltem post absolutionem sacramentalem datam in ipsis festis  
sacramentalibus, vel in horum pervigilio.

b) Quo *facilius* Tertiarium ex utroque sexu cujuscumque Ordini-  
s non exceptis qui vitam communem agunt, diebus statutis  
absolutionem, seu Papalem Benedictionem recipere va-  
lent, Pius X clementer indulget « ut quoties ad hunc finem *una-  
nimè convenierint*, et Sacerdos cujus est illam impertiri, quacum-  
libet causa, abfuerit, eandem Absolutionem seu Benedictionem  
impertire possint a *quolibet sacerdote*, sive sæculari, sive regulari,  
ad sacramentales confessiones audiendas sit approbatus ». —  
*S. Off.*, *Decret.*, 15 dec, 1910 (*Acta*, III, 22).

Et « Superiores Regulares possunt, ad Absolutionem generalis et Benedictionem papalem impertiendam Tertiariis sæcularibus propriis ecclesiis, delegare sacerdotes sui Ordinis etiam non approbatos ad confessiones audiendas ». — *S. C. S. Off.*, 27 maii 18 (Acta, VI, 347).

c) Tertiariis sæcularibus S. Francisci data est facultas benedictionis seu absolutionis recipiendæ intra octiduum festivitatum quibus est adnexa. — *Bened. XV litt.*, 14 apr. 1917 (Acta, I, 262).

## ARTICULUS II

### DE CONFRATERNITATIBUS ET PIIS UNIONIBUS

« Associationes fidelium quæ ad exercitium alicujus operis pietatis aut caritatis erectæ sunt, nomine veniunt *piarum unionum* quæ, si ad modum organici corporis sint constitutæ, *sodalitates* audiunt. » — *Cod.*, c. 707, § 1.

« Sodalitiam vero in incrementum quoque publici cultus erectam speciali nomine *confraternitates* appellantur. » — *Ibid.*, § 2.

1379. I. « **Confraternitates nonnisi per formale erectionis decretum constitui possunt :**

» Pro piis autem *unionibus*, sufficit Ordinarii *approbatio* qua obtenta, ipsæ, licet morales personæ non sint, capacitate tamen sunt obtinendi gratias spirituales, ac præsertim indulgentias. » — *Cod.*, c. 708.

a) Confraternitates vel piæ uniones ne erigantur « nisi in ecclesia aut oratorio *publico*, vel saltem semi-publico » — *Cod.*, c. 712, § 1.

« Nec instituantur sine Capituli consensu in ecclesia *cathedrâli* aut collegiali. » — *Ibid.*, § 2.

b) In ecclesiis vel oratoriis *religiosarum* « Ordinarius loci permittere potest erectionem associationis mulierum tantum, aut piæ unionis quæ nonnisi precepcionibus incurbat et gratiarum dumtaxat spiritualium communicatio gaudeat ». — *Ibid.*, § 3.

c) Imo, « mulieres confraternitatibus adscribi tantum possunt ad lucrandas indulgentias et *gratias spirituales* confratribus concessas ». — *Cod.*, c. 709, § 2.



1380. **II. Titulus seu nomen confraternitatis vel piæ unionis** « desumatur, vel a Dei attributis, vel a christianæ religionis mysteriis, vel a festis Domini et Beatæ Virginis Mariæ, vel a Sanctis, vel a pio opere ipsius sodalitiis ». — *Cod., c. 710.*

a) *Plures* confraternitates vel piæ uniones ejusdem loci ac instituti, « nisi id eis specialiter concessum sit jure cautum, ne erigantur neve approbentur in eodem loco »;

Si vero agatur de *magnis civitatibus*, id licet dummodo per ipsas intercedat conveniens, judicio Ordinarii loci, « *quantia* ». — *Cod., c. 711, § 1.*

b) « *Curent* locorum Ordinarii ut in *qualibet parœcia* constituantur confraternitates *sanctissimi Sacramenti*, ac *doctrinæ christianæ*; quæ, legitime erectæ, ipso jure aggregatæ sunt eisdem Archiconfraternitatibus in Urbe a Cardinali Urbis Vicario erectis. » — *Ibid., § 2.*

1381. **III. Omnes et solas gratias spirituales** quæ « in locis ultatibus a Sede Apostolica receptis *specificè* et nominatim *communicabiles* declarentur », *Religiosi* cum confraternitatibus piisve unionibus a se erectis possunt et debent communicare; « eæque in actu erectionis manifestandæ sunt singulis ». — *Cod., c. 713, § 1. — Cf. n. 739.*

1382. **IV. Proprium habitum vel insignia** sine licentia Ordinarii loci confraternitas « ne dimittat neve immutet ». — *Cod., c. 714.*

a) Confraternitatibus, a *Religiosis* erectis, « non licet vestem propriam seu *insignia*, quæ in publicis processionibus aliisque officiis functionibus deferenda sunt, assumere sine speciali Ordinarii licentia ». — *Cod., c. 713, § 2.*

b) Confratres nequeunt *sacris functionibus* operam præstare nisi confraternitatis habitum seu insignia deferant ». — *Cod., c. 709, § 1.*

c) Confraternitates *processionibus* consuetis et aliis, quas Ordinarius loci indixerit, « tenentur *collegialiter*, cum propriis insignibus et sub proprio vexillo, interesse, nisi Ordinarius aliud præscripserit ». — *Cod., c. 718.*

1383. V. **Pertinet ad loci Ordinarium :**

a) « *Comitiis confraternitatum*, etsi in regularium ecclesiis et oratoriis celebrandis, per se vel per delegatum præesse, sine jure tamen suffragii, dignos et idoneos *officiales* et *ministros* electos confirmare, indignos vel non idoneos respuere aut remove, *statuta* aliasve normas, nisi a Sede Apostolica approbatæ fuerint, corrigere et approbare ». — *Cod.*, c. 715, § 1.

b) De comitorum extraordinariorum celebratione « confraternitas Ordinarium loci ejusve delegatum tempore *præmoneat* ; secus, Ordinario jus est comitia imperandi, vel eorum decreta penitus infirmandi ». — *Ibid.*, § 1.

1384. VI. **Si confraternitates et piæ uniones in suis ecclesiis erectæ sint :**

a) Functiones *non parœciales*, « servatis servandisque independenter a paroco exercere possunt, dummodo ministerio parœciali in parœciali ecclesia non noceant ». — *Cod.*, c. 716, § 1.

b) « Idem servetur etiam in casu quo parœcia erecta sit in ipsa confraternitatis ecclesia. » — *Ibid.*, § 2.

c) In *dubio* utrum functiones confraternitatis vel piæ unionis noceant necne ministerio parœciali, « ad Ordinarium loci spectat jus decidendi, itemque statuendi practicas normas servandas ». — *Ibid.*, § 3.

1385. VII. **Si in ecclesiis non suis erectæ sint :**

a) « Proprias functiones ecclesiasticas in sacello tantum vel altari *in quo sunt erectæ* peragere possunt, ad normam can. 716 et peculiarium statutorum ». — *Cod.*, c. 717, § 1.

b) *Patrimonium* confraternitatis et piæ unionis quæ erecta sit in ecclesia non sua, aut cujus ecclesia sit similis ecclesia parœcialis, « debet esse *separatum* a bonis fabricæ vel communitatis ». — *Ibid.*, § 2.

1386. VIII. De alia ad aliam sedem transferri potest, de Ordinarii loci licentia », confraternitas vel pia unio, nisi jure, aut statutis a Sede Apostolica probatis, translatio prohibeatur ». — *Cod.*, c. 719, § 1.

a) Quoties agatur de transferenda confraternitate vel pia unione cui *religioni* reservata, « Superioris consensus est requirendus ». — *Ibid.*, § 2.

b) *Archiconfraternitas* vel primaria unio « de alia ad aliam sedem non nisi ab Apostolica Sede transferri potest ». — *Cod.*, c. 724.

### ARTICULUS III

#### DE ARCHICONFRATERNITATIBUS ET PRIMARIIS UNIONIBUS

« Sodalitia quæ jure pollent alias ejusdem speciei associationes sibi aggregandi, *archisodalitia*, vel *archiconfraternitates*, vel piæ uniones, congregationes, societates *privatæ* appellantur. » — *Cod.*, c. 720.

« Titulus *archisodalitii* vel *archiconfraternitatis* vel *unionis privatæ*, etiam honoris tantum causa, potest associationi ab una Sede Apostolica concedi. » — *Cod.*, c. 725.

1387. I. « Nulla associatio potest sine apostolico invito alias sibi valide aggregare. » — *Cod.*, c. 721, § 1.

Archiconfraternitas vel primaria unio « eas tantum potest aggregare vel piæ uniones sibi aggregare quæ sint *eiusdem tituli ac finis*, nisi indultum apostolicum aliud obtineat ». — *Ibid.*, § 2.

1388. II. Per aggregationem :

a) « *Communicantur* omnes indulgentiæ, privilegia et gratiæ spirituales communicabiles quæ associationi aggreganti *directe et nominatim* a Sede Apostolica concesserint vel in posterum concedantur, nisi aliud in invito apostolico caveatur ». — *Cod.*, c. 722, § 1.

b) Ex hac communicatione « nullum jus associatio aggregans acquirit supra aggregatam ». — *Ibid.*, § 2.

1389. III. Ad aggregationis validitatem « requiritur ut :

» 1° Associatio jam fuerit *canonice erecta*, nec alii archiconfraternitati vel primariæ unioni aggregata ;

» 2° Fiat *de consensu Ordinarii loci*, scriptis dato, ut cum ejus litteris testimonialibus ;

» 3° Indulgentiæ, privilegia et aliæ gratiæ spirituales quæ per aggregationem communicantur, *enumerentur* in elencho, ab Ordinario loci in quo archiconfraternitas sita est recognito, et societati aggregatæ tradendo ;

» 4° Aggregatio fiat *formula* in statutis præscripta, et in perpetuum ;

» 5° Litteræ aggregationis expediantur *gratis* omnino, et nulla prorsus mercede etiam sponte oblata, exceptis necessariis expensis ». — *Cod., c. 723.*

# TRACTATUS X

## DE REBUS ECCLESIASTICIS



de rebus et locis sacris in genere ; — de ecclesiis, — altari-  
bus, — et sacra suppellectili ; — de cœmeteriis ; — de bonis Eccle-  
siæ temporalibus in genere ; — et de iisdem in specie.

### CAPUT I

#### DE REBUS ET LOCIS SACRIS IN GENERE

1390. I. **Res ecclesiasticæ dicuntur** omnia quæ, præ-  
ter personas et judicia, « totidem sunt media ad Ecclesiæ  
bonum obtinendum ». — *Cod.*, c. 726.

a) Duplicis generis sunt : aliæ *spirituales*, quæ nimirum  
*recte* cultum Dei et sanctificationem animarum respi-  
ciunt ; aliæ *temporales*, quæ immediate destinantur ad sus-  
tentationem ministrorum Ecclesiæ, sublevamen pauperum  
et comparationem eorum omnium quæ cultui inserviunt.  
*Res spirituales* sunt præcipue sacramenta et divini verbi  
predicatio, de quibus supra, ubi de Episcoporum et paro-  
chiorum officiis.

b) « Res sacræ ne commodentur ad usum qui earum-  
que naturæ repugnet. » — *Cod.*, c. 1537.

1391. II. **Simonia, vel juris divini est, vel juris ec-  
clesiastici.**

a) Simonia *juris divini* est « studiosa voluntas emendi  
et vendendi, pro *pretio temporali*, rem *intrinsece spiri-*

*tua*lem, ex. gr. Sacramenta,, ecclesiasticam jurisdictionem consecrationem, indulgentias, etc., vel rem temporalem *re spirituali adnexam* ita ut res temporalis sine spirituali nullo modo esse possit, ex. gr., beneficium ecclesiasticum etc., aut res spiritualis sit *objectum*, etsi *partiale*; contractus, ex. gr., consecratio in calicis consecrati venditione — *Cod.*, c. 727, § 1.

b) Simonia vero *juris ecclesiastici* est « dare res temporales spirituali adnexas pro temporalibus spirituali adnexis, vel res spirituales pro spiritualibus, vel etiam temporales pro temporalibus, si id *ob periculum irreverentiae* erga res spirituales ab Ecclesia prohibeatur ». — *Ibid.*, § 2.

c) Non habetur simonia « cum temporale datur, non pro re spirituali, sed ejus *occasione*, ex justo titulo a sacri canonibus vel a legitima consuetudine recognito ;

» Item cum datur res temporalis pro re temporali quamquam subjectum habeat adnexum aliquid spirituale, ex. gr., calix consecratus, dummodo *pretium non augeatur* propter adnexam rem spiritualem ». — *Cod.*, c. 730.

d) Cum de simonia agitur, emptio, venditio, permutatio, etc., « *late accipiendæ sunt* pro qualibet conventionem licet ad effectum non deducta, etiam tacita, in qua scilicet animus simoniacus expresse non manifestetur, sed ex circumstantiis colligatur ». — *Cod.*, c. 728.

e) « Contractus ipse simoniacus, et, si simonia committatur circa beneficia, officia, dignitates, subsequens provisio, *omni vi caret* licet simonia a *tertia persona* commissa fuerit etiam *in scio* proviso, dummodo hoc non fiat in fraudem ejusdem provisi aut eo contradicente. Quare :

» 1° Ante quamlibet judicis sententiam, res simoniace data et accepta, si restitutionis sit capax, nec obstat reverentia rei spirituali debita, *restitui* debet, et beneficium officium, dignitas *dimitti* ;

» 2° Simoniace provisos *non facit fructus suos* ; quod si eos bona fide perceperit, prudentiæ judicis vel Ordinarii permittitur fructus perceptos ex toto vel ex parte eidem condonare ». — *Cod.*, c. 729.

f) « Delictum perpetrantes simoniæ in quibuslibet beneficiis, beneficiis aut dignitatibus ecclésiasticis :

1° Incurrunt in *excommunicationem* latæ sententiæ Apostolicæ simpliciter reservatam ;

2° Ipso facto *privati* in perpetuum manent jure eligendi, præsentandi, nominandi, si quod habeant ;

3° Si *clerici* sint, præterea suspendantur. » — *Cod.*, c. 2392.

1392. III. **Loca sacra ea sunt** « quæ divino cultui fidei-  
me sepulturæ deputantur *consecratione* vel *benedic-  
tione* quam probati liturgici libri ad hoc præscribunt ». —  
*Ibid.*, c. 1154.

« Loca sacra *exempta* sunt a jurisdictione auctoritatis ci-  
vilitatis, et in eis legitima Ecclesiæ auctoritas jurisdictionem  
libere exercet. » — *Cod.*, c. 1160.

1393. IV. **Consecratio alicujus loci**, quanquam ad re-  
siones pertinentis,

a) « Spectat ad *Ordinarium territorii* in quo locus ipse  
reperitur, dummodo Ordinarius caractere episcopali sit  
ignitus, non tamen ad Vicarium Generalem sine speciali  
mandato, firmo jure S. R. E. Cardinalium consecrandi ec-  
clesiam et altaria sui tituli ». — *Cod.*, c. 1155, § 1.

b) Ordinarius territorii, licet caractere episcopali ca-  
ret, « potest cuilibet ejusdem ritus Episcopo *licentiam*  
et consecrationes peragendi in suo territorio ». — *Ibid.*,

1394. V. **Jus benedicendi locum sacrum**, si hic perti-  
net ad clerum *sæcularem* vel ad religionem *non exemp-  
tam*, vel ad *laicalem*, « spectat ad *Ordinarium territorii* in  
quo locus reperitur ; si ad religionem clericalem *exemptam*,  
Superiorem majorem ; uterque vero potest alium sacer-  
dotem ad hoc delegare ». — *Cod.*, c. 1156.

a) « Non obstante quolibet privilegio, nemo potest lo-  
cum sacrum consecrare vel benedicere sine Ordinarii con-  
suetudine. » — *Cod.*, c. 1157.

b) De peracta consecratione vel benedictione « redigatur *documentum*, cujus alterum exemplar in Curia episcopali, alterum in ecclesiae archivo servetur ». — *Cod., can. 1158.*

1395. VI. **Nec consecratio nec benedictio iterari potest** « si de ea legitime constet ». — *Cod., c. 1159, § 2.*

a) Consecratio vel benedictio alicujus loci, « modum nemini damnum fiat, satis probatur per *unum testem* omnium exceptione majorem ». — *Ibid., § 1.*

b) Si de consecratione aut de benedictione dubitetur, hæc « peragatur ad cautelam ». — *Ibid., § 2.*

---



## CAPUT II.

## DE ECCLESIIS

pe : de ecclesiarum notione ; — de ædificandis et reparandis ecclesiis ; — de oratoriis ; — de consecratione et benedictione ecclesiarum ; — de earum exsecratione, violatione et reconcilia-  
one ; — de ipsarum immunitate ; — et de relativo jure civili in  
alia.

## ARTICULUS I

## DE ECCLESIARUM NOTIONE

1396. I. **Vocabulum ecclesia**, Ἐκκλησία (ἐκκαλέω) :

a) Hic in sensu *metaphorico* sumitur, non pro cœtu  
lium congregatorum, sed pro *templo manufacto* in quo  
les *convocantur* ad sacrificia Deo offerenda, preces fun-  
das et sacramenta recipienda, seu ad cultum externum  
m Ecclesia Christi, utpote societas visibilis, Deo exhi-  
e tenetur. — Cf. Wernz, *Jus decret.*, t. 3, n. 427, sq.

b) Ideo *ecclesiæ* nomine intelligitur « ædes sacra di-  
o cultui dedicata eum potissimum in finem ut *omnibus*  
*istifidelibus* usui sit ad divinum cultum publice exer-  
dum ». — *Cod.*, c. 1161.

1397. II. **Basilicæ** nomen, quasi *antonomastice*, iis ec-  
is datum est quæ per totum orbem erant *magis insi-*  
*s*, vel ob antiquitatem, vel ob magnitudinem aut celebri-  
m, quæque ideo majori veneratione dignæ habebantur.

a) Sed cum, ob aliquam peculiarem rationem, *Basilicæ* nomen  
mmis Pontificibus aliis etiam ecclesiis concessum fuit quæ per  
c antiquitatis aut celebritatis nota non gaudebant, tum, facta  
vetustiores et novas Basilicas distinctione, illæ *maiores*, hæ  
*res* nuncupari cœperunt.

b) *Quatuor* tantum primariæ ecclesiæ *Romæ* Basilicæ *maiores*  
atur, nempe : *Lateranensis*, in qua S. Pontifex instituitur ;

*Vaticana ; Sancti Pauli in via Ostiensi ; et Liberiana, seu Sanctae Mariæ Majoris.*

c) Nulla ecclesia potest basilicæ titulo decorari « nisi ex *apostolica concessione* aut *immemorabili consuetudine* ; cujusque privilegia ex alterutro capite colligantur ». — *Cod., c. 1180.*

1398. III. De situ et forma ecclesiarum nihil lege ecclesiastica definitum est.

a) Sed « curent Ordinarii, audito etiam, si opus fuerit, peritorum consilio, ut in ecclesiarum ædificatione vel refectio serventur formæ a *traditione christiana* receptæ, *artis sacræ leges* ». — *Cod., c. 1164, § 1.*

Plurimum juverit quod in diocesi instituat *concilium virorum architectonicæ christianæ peritorum*, ex quorum sententia cavetur ne quid absonum, aut ædificii instaurandi generi parum conveniens, extruatur.

b) « In ecclesia nullus aperiatur aditus vel fenestra *laicorum* domus ; locaque si adsint *subter* ecclesiæ pavementum, aut *supra* ecclesiam, ad usum *mere profanum* adhibeantur. » — *Cod., c. 1164, § 2.*

1399. IV. Ingressus in ecclesiam ad sacros ritus « omnino gratuitus, reprobata qualibet contraria consuetudine ». — *Cod., c. 1181.*

a) « Potest magistratibus, pro eorum *dignitate et gradu*, locus in ecclesia esse distinctus, ad normam legum *turgicarum*. » — *Cod., c. 1263, § 1.*

b) « Sine expresso Ordinarii loci consensu, nemo filius locum habeat in ecclesia sibi suisque *reservatum* ; Ordinarius autem consensum ne præbeat ni ceterorum filiorum commoditati sit sufficienter consultum. » — *Ibid.,*

« Ea semper factis in concessionibus inest tacita conditio, ut Ordinarius possit, ex justa causa, concessionem *retractare*, non obstante quolibet temporis decursu. » — *Ibid.,*

c) « Optandum ut, congruenter antiquæ disciplinae, mulieres in ecclesia *separatæ* sint a viris. » — *Cod., c. 1262, § 1.*

« Viri in ecclesia vel extra ecclesiam, dum sacris riti-

istunt, *nudo capite* sint, nisi aliud ferant probati populum mores aut peculiaria rerum adjuncta ;

Mulieres autem, *capite cooperto* et modeste vestitæ, xime cum ad mensam Dominicam accedunt. » — *d.*, § 2.

## ARTICULUS II

### DE ÆDIFICANDIS ET REPARANDIS ECCLESIIS

1400. I. **Ecclesia jus habet templa ædificandi, ut publicus rite exerceatur.**

Nam jure, et quidem *independenti*, pollet ea acquirendæ sibi *necessaria* sunt. — *Cf. n. 19, sq.* — Hinc potest, et sine assensu Gubernii civilis, templa erigere quæ fini rituali directe inserviant, eisque eam formam dare quam expedire putaverit, servatis tantum *justis* ædilitatis libus. — *Cf. Cavagnis, Instit. jur. pub., lib. 4, n. 217, sq.*

1401. II. « **Nulla ecclesia ædificetur sine expresso Ordinarii loci consensu scriptis dato, quem tamen Vicarius generalis præstare nequit sine mandato speciali.** » — *d.*, c. 1162, § 1.

a) Ordinarius consensum ne præbeat « nisi prudenter evidenter *necessaria non defutura* ad novæ ecclesiæ ædificationem et conservationem, ad ministrorum sustentationem aliasque cultus impensas ». — *Ibid.*, § 2.

erum, pro sufficienti dotatione assecuranda, non attenditur immo ad redditus *certos* quos fundator constituerit, sed ad *mosynas* et *oblaciones* quoque fidelium quæ *probabiliter* obveniant occasione divinorum officiorum et administrationis sacramentorum. — *Cf. can. 1415, § 3.*

b) Ne nova ecclesia ceteris jam existentibus *detrimtum* afferat, majore fidelium spirituali utilitate non pensatum, « Ordinarius antequam consensum præbet, *audire* debet vicinarum ecclesiarum rectores quoniam intersit ». — *Cod.*, c. 1162, § 3.

et qui ex ædificatione gravatum se existimat, novum opus nundi jus habet, ad normam can. 1676. — *Cf. n. 1588.*

c) « Etiam sodales *religiosi*, licet consensum constituendæ novæ domus in diœcesi vel civitate ab Ordinario loci retulerint, antequam tamen ecclesiam vel oratorium publicum in certo ac *determinato loco* ædificent, Ordinarius loci liventiam obtinere debent. » — *Cod., c. 1162, § 4.*

1402. III. **Ordinarii loci est benedicere et imponere primarium ecclesiæ lapidem** si ecclesia sit *sæcularis* vel pertineat ad religionem *non exemptam*, vel ad *laicales*. Superioris vero majoris, si ad religionem clericalem exemptam. — « Uterque vero potest sacerdotem ad hoc delegare. » — *Cod., c. 1163 et 1156.*

1403. IV. **Onus ecclesias reparandi**, « salvis peculiaribus legitimisque consuetudinibus et conventionibus, firma obligatione quæ ad aliquem spectet etiam ex constituto legis civilis »:

a) Si agatur de reficienda *ecclesia cathedrali*, « incumbit ordine qui sequitur :

1° » Bonis *fabricæ*, salva ea parte quæ necessaria est ad cultum divinum celebrandum et ad ordinariam ecclesiasticam administrationem ;

2° » *Episcopo* et *Canonicis* pro rata proventuum, detrahitis necessariis ad honestam sustentationem ;

3° » *Diœcesanis*, quos tamen Ordinarius loci *suasione* magis quam coactione inducat ad sumptus necessario pro eorum viribus præstandos ». — *Cod., c. 1186, n.*

b) Onus reficiendi *ecclesiam parœciale* « incumbit ordine qui sequitur :

1° » Bonis *fabricæ* ecclesiæ, ut supra ;

2° » *Patrono* ;

3° » Iis qui *fructus aliquos* ex ecclesia provenientes percipiunt, secundum taxam pro rata reddituum ab Ordinario statuendam ;

4° » *Parœcianis*, quos tamen Ordinarius loci, ut supra magis hortetur quam cogat ». — *Ibid., n. 2.*

c) « Hæc cum debita proportione servantur etiam quod attinet ad alias ecclesias. » — *Ibid., n. 3.*

1404. V. Si qua ecclesia nullo modo ad cultum divinum adhiberi possit, et omnes aditus interclusi sint ad reficiendam, « in usum profanum, non sordidum, abinario loci redigi potest, et onera cum redivibus titule parœciæ, si ecclesia sit parœcialis, in aliam ecclesiam ab eodem Ordinario transferantur ». — *Cod.*, c. 1187.

## ARTICULUS III

### DE ORATORIIS

1405. I. Oratorium est « locus divino cultui destinatus, tamen eo potissimum fine ut universo fidelium ulo usui sit ad religionem publice colendam ». — *Cod.*, c. 1188, § 1.

a) *Publicum* est oratorium « si præcipue erectum sit in commodum alicujus collegii, aut etiam privatorum, ita tamen ut omnibus fidelibus, tempore saltem divinorum officiorum, jus sit, legitime comprobatum, illud adeundi ». — *Ibid.*, § 2, n. 1.

b) *Semi-publicum* est oratorium « si in commodum alicujus communitatis vel cœtus fidelium eo convenienter erectum sit, neque liberum cuique sit illud adire ». — *Cod.*, c. 1188, § 2, n. 2.

Ad hæc sunt oratoria semi-publica : cappellæ *navium* si in loco fixum inibi habeant ; item sacella legitime erecta in *locis religiosis* vel piis, aut in locis *non proprie privatis*, sicut in collegiis aut convictibus juventuti instituendæ destinata, gymnasia, lycea, arces, præsidia militum, carceres, xenodochia, etc.

Ad hæc etiam « oratoria *S. R. E. Cardinalium* et *Episcoporum* et *residentialium* sine titularium, licet privata, fruuntur tamen omnibus juribus et privilegiis quibus oratoria publica gaudent ». — *Cod.*, c. 1189.

c) *Privatum* seu *domesticum* est oratorium « si in privatis ædibus in commodum alicujus tantum *familiæ* vel *domus privatæ* erectum sit ». — *Cod.*, c. 1188, § 2, n. 3. Ad hæc etiam « *ædiculæ in cœmeterio* a familiis seu personis pri-

vatis ad suam sepulturam erectæ, sunt oratoria privata  
— *Cod.*, c. 1190.

In dictis tamen cœmeteriorum ædiculis « Ordinarius loci per  
tere *habitualiter* potest etiam plurium Missarum celebrationem  
— *Cod.*, c. 1194.

1406. II. « Oratoria publica eodem jure quo eccle  
reguntur. » — *Cod.*, c. 1191, § 1.

Quare in oratorio publico, dummodo auctoritate Or  
narii ad publicum Dei cultum perpetuo per benedictionem  
vel consecrationem dedicatum fuerit, « omnes sacræ fu  
tiones celebrari possunt, salvo contrario rubricarum pr  
cripto ». — *Ibid.*, § 2.

1407. III. « Oratoria semi-publica erigi nequeunt s  
Ordinarii licentiâ. » — *Cod.*, c. 1192, § 1.

a) Ordinarius hanc licentiam ne concedat « nisi pr  
per se vel per alium ecclesiasticum virum, oratorium *u  
taverit*, et decenter instructum repererit ». — *Ibid.*,

Data autem licentiâ, « oratorium ad *usus profanos* c  
verti nequit sine ejusdem Ordinarii auctoritate». — *Ibid.*,

b) In collegiis aut convictibus juventuti instituent  
in gymnasiis, lyceis, arcibus, præsiidiis militum, carc  
bus, xenodochiis, etc., « præter oratorium principale,  
*minora* ne erigantur nisi, Ordinarii judicio, necess  
aut magna utilitas id exigat ». — *Ibid.*, § 4.

c) In oratoriis semi-publicis legitime erectis « *om  
divina officia* functionesve ecclesiasticæ celebrari possu  
nisi obstant rubricæ, aut Ordinarius aliqua exceperit »  
*Cod.*, c. 1193.

1408. IV. In oratoriis privatis seu domesticis :

a) Missa *habitualiter* celebrari nequit nisi ex spec  
*Sanctæ Sedis* concessioné. Nec potest *Episcopus* Mi  
celebrationem permittere « nisi per modum *actus*, in c  
aliquo extraordinario, justa et rationabili de causa »  
*Cod.*, can. 1194.

b) In oratoriis domesticis ex indulto Apostolicæ Se

aliud in eodem indulto expresse caveatur, « celebrari potest, postquam Ordinarius oratorium visitaverit et fuerit ad normam can. 1192, § 2 (cf. n. 1407, a), a Missa, eaque lecta, singulis diebus, *exceptis festis solemnioribus*; sed aliæ functiones ecclesiasticæ ibidem continentur ». — *Cod.*, c. 1195, § 1.

Ordinarius vero, « dummodo justæ adsint et rationabiles causæ, diversæ ab eis ob quas indultum concessum est, etiam sollemnioribus festis permittere potest *per se ipsum actus* Missæ celebrationem ». — *Ibid.*, § 2.

Sollemniora festa intelliguntur ea quæ de præcepto servantur. — *S. C. Rit.*, 10 apr. 1896; et *S. C. de Sacram.*, 11 apr. 1913.

c) Missæ assistentes in oratoriis privatis non satisfaciunt *legi de audiendo sacro*, « nisi hoc privilegium a Sede Apostolica concessum fuerit ». — *Cod.*, c. 1249. — *Cf. n. 696.*

1409. V. Indultum oratorii privati solet ad Episcopum committi, ut ipse sit quidem exsecutor gratiæ, sed exsecutio *necessarius*.

Episcopus quoque non potest facultatem denegare si vere sint narretur et oratorium satisfaciat omnibus rescripti clausulis.

Indulta has clausulas, licentia « *arbitrio Episcopi duratura* » est. Licentia autem hic de arbitrio *justo* seu *rationabili*; igitur, sicut ab Episcopo non potest Episcopus licentiam denegare si omnia se recte gerunt, ita nec eam suspendere potest si omnia rite se habere perferunt. — *Many, De locis sacris*, n. 86.

## ARTICULUS IV

### CONSECRATIONE ET BENEDICTIONE ECCLESIARUM

1410. I. Nova ecclesia debet « vel sollemni consecratione, vel saltem benedictione », divino cultui dedicate, antequam divina officia in eadem celebrentur. — *Cod.*, c. 1165, § 1.

b) Si prudenter prævideatur ecclesiam conversum iri in usus profanos, « Ordinarius consensum ejus ædificationi præbeat, aut saltem, si forte ædificata fuerit, eam benediciat neque benedicat ». — *Cod.*, c. 1165, § 2.

b) Ecclesia ex ligno vel ferro aliove *metallo* « bene potest, non autem consecrari ». — *Ibid.*, § 4.

Sed ecclesia constructa ex materia quæ *cementum arma* nuncupatur, consecrari valet, dummodo duodecim crucium loci postes januæ principalis, sint ex lapide. — *S. C. Rit.*, 12 nov. (Acta, I, 797).

1411. II. Sollemni consecratione dedificentur « ecclesie cathedrales et, quantum fieri potest, ecclesie collegiatae, conventuales, parociales ». — *Cod.*, c. 1165, § 1.

a) Oratoria *domestica* « nec consecrari nec bene possunt more ecclesiarum ». — *Cod.*, c. 1196, § 1.

b) Licet oratoria domestica et semi-publica communi locorum domorumve benedictione aut nulla benedictione donentur, « debent tamen esse *divino tantum cultui* reservata, et ab omnibus domesticis usibus libera ». — *Ibid.*, § 1.

1412. III. Ecclesiarum consecratio « quolibet tempore fieri potest; decentius tamen diebus dominicis aliisque festis de præcepto peragitur ». — *Cod.*, c. 1166, § 1.

a) « Episcopus consecrans, et qui petunt ecclesiam sibi consecrari, per eum diem qui consecrationem præcedit, jejurent. » — *Ibid.*, § 2.

b) *Substantialis ritus* consecrationis consistit in unguendo sacro chrismate duodecim crucibus insculptis vel depictis in parietibus, cum prolatione verborum « *Sanctificetur et consecretur hoc templum, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, in honorem, etc.* »

*Duodecim cruces*, quæ in dedicatione ecclesie pinguntur vel insculpuntur, « omnino perpetuis temporibus futuris remanere debent in testimonium consecrationis ecclesie. — *S. C. Rit.*, 18 feb. 1888.

c) Consecrationem fieri posse a pluribus simul Episcopis, colligitur ex cap. *Cum eo*, 14, De pœnit. et rem.

Non desunt exempla dedicationum in quibus duo, tres, aut res Episcopi, partem rituum singuli expleverunt. — Quapropter nullum dubium moveri debet de valore consecrationis ecclesie cujus in parietibus cruces aliæ ab uno, aliæ ab altero Episcopo



o chrismate unctæ sunt. — *Cf. Bened. XIV constit. Peracta, op. 1748.*

, cum plura altaria possint intra ritus dedicationis ecclesiæ creari (*cf. cap. 5, De consecr. eccl.*), eorum consecratio pluri-Episcopis aliquando demandatur.

d) Festum consecrationis ecclesiæ « quotannis celebrandum ad normam legum liturgicarum ». — *Cod., c. 1167.*

1413. IV. **Unaquæque ecclesia consecrata vel benedicta « suum habeat titulum; qui, peracta ecclesiæ dedicatione, mutari nequit ».** — *Cod., c. 1168, § 1.*

Etiam festum tituli quotannis celebretur, ad normas legum liturgicarum. » — *Ibid., § 2.*

a) *Titulus* est *Mysterium, Sanctus*, vel aliquid ad ritum pertinens, ex. gr. *Conceptio Immaculata Beatæ Mariæ Virginis, Vincula Sancti Petri*, etc., a quo *inscribitur* et appellatur ecclesia.

Designatur *in ipsa primarii lapidis benedictione*, ut constat in Rituali Pontificali Romano.

Ecclesiæ *dedicari Beatis* nequeunt sine *Sedis Apostolicæ* indulto. » — *Cod., c. 1168, § 3.*

b) *Patronum* cum *Titulo* ecclesiarum confundi non debet, etsi detur discrimen inter utrumque :

*Patronus loci* dicitur ille *Sanctus* qui, sive perpetuo usu traditione a majoribus accepta, sive legitima facta electione, ut peculiaris apud Deum intercessor propriusque advocator ab universo illius loci clero et populo colitur. *Patronus loci* totum afficit *territorium*, et fieri potest ut *locus* habeat sibi dicatam ecclesiam.

Quod si titularis ecclesiæ sit aliquis *Sanctus*, etiam *Patronus* dici potest, sed bene distinguendus est a *Patrono loci*, nisi idem sit *Patronus* ac *Titularis*. — *Cf. Rit., 27 sept. 1857.*

1414. V. **In sacra æde legitime dedicata « omnes ecclesiastici ritus perfici possunt, salvis juribus parœciali-privilegiis et legitimis consuetudinibus.**

*Ordinarius* autem, præsertim *horas* sacrorum rituum,

potest, justa de causa, præfinire, dummodo ne agatur de ecclesia quæ ad religionem exemptam pertineat ». — *Cod., can. 1171.*

## ARTICULUS V

### DE ECCLESIARUM EXSECRATIONE, VIOLATIONE ET RECONCILIATIONE

*Exsecratio* est amissio sanctitatis quæ per consecrationem fuit data. — *Violatio* est moralis contaminatio ejusdem sanctitatis, per actus quosdam turpes aut illicitos.

1415. I. **Exsecratur ecclesia**, seu consecrationem vel benedictionem amittit, si « tota destructa fuerit, vel major pars parietum corruerit, vel in usus profanos ab Ordinario loci redacta sit ad normam can. 1187 » (*cf. num. 1404*). — *Cod., c. 1170.*

a) Non idem dicas si *tecta* solummodo et *partes lignæ* comburantur vel alio modo concidant; vel si ecclesia per partes renovetur, ita ut eadem semper consistat, aut saltem eadem judicio hominum reputetur. — *Cap. 6, De consecr. ecclesiæ vel altaris.*

b) Et ecclesia consecrata remanet, quamvis in ejus parietibus opus tectorium sit renovatum. — *Sac. Cong. Rit., 19 maii 1896, et 9 aug. 1897.*

Ideo ecclesia non exsecratur etsi deletæ sint *cruces* in parietibus depictæ; sed, si tota incrustatio renovata sit, « iterum depingantur *cruces*, in testimonium peractæ consecrationis ». — *S. C. Rit., 5 maii 1882.*

1416. II. **Ecclesia violatur** « infra recensitis tantum actibus »:

a) « *Delicto homicidii* » nec non « *injuriosa et gravi sanguinis effusione* », non tamen si quis, ob justam sui defensionem, cum moderamine inculpatæ tutelæ, vim vi repellat et aggressorem etiam occidat. — *Cod., c. 1172, § 1, num. 1 et 2*; — *cap. 4, De consecr. eccl.*

b) « *Impiis vel sordidis usibus* quibus ecclesia addicta fuerit. » — *Ibid., n. 3.*

c) « Sepultura *infidelis* vel *excommunicati* post sententiam declaratoriam vel condemnatoriam. » — *Ibid.*, n. 4.  
 Ecclesiæ vel cœmeterii *violatores* « interdicto ab ingressu ecclesiæ, aliisque congruis pœnis ab Ordinario, pro gravitate delicti, uniantur ». — *Cod.*, c. 2329.

1417. III. Præfatis actibus non violatur ecclesia nisi certi sint, *notorii*, et in ipsa ecclesia positi ». — *Cod.*, an. 1172, § 1.

a) Ideo, quia odiosa sunt restringenda, *ecclesiæ partes* quidem sunt : omnes cappellæ interiores, chorus, locus organorum, sedes ubi confessiones fidelium audiuntur ; non vero turris, nec sacristia, nec spatium quod habetur inter tectum inferius et tectum superius (*combles*), nec pars externa januarum ecclesiæ, licet ibi sit porticus sicut alia janua.

*Crypta ipsa*, seu cappella inferior, non censetur facere quid unum cum ecclesia, nisi a parte interiori ecclesiæ liber ad eam pateat ingressus. — *Many*, op. cit., n. 38.

b) Nec, violato cœmeterio, ecclesia, etsi contigua, violatur. — *Cod.*, c. 1172, § 2.

1418. IV. In violata ecclesia, antequam reconcilietur, nefas est divina celebrare officia, Sacramenta ministrare, mortuos sepelire ». — *Cod.*, c. 1173, § 1.

a) Si violatio accidat *tempore divinorum officiorum*, « hæc statim cessent ; si ante Missæ canonem vel post communionem, Missa dimittatur ; secus, sacerdos Missam prosequatur usque ad communionem ». — *Ibid.*, § 2.

b) Ecclesia violata ob sepulturam *excommunicati* vel *infidelis* non reconcilietur antequam cadaver exinde *removeatur*, si remotio sine gravi incommodo fieri possit ». — *Cod.*, c. 1175.

1419. V. Ecclesia violata « reconcilietur quam citissime poterit, secundum ritus in probatis liturgicis libris descriptos ». — *Cod.*, c. 1174, § 1.

Si *dubitetur* num ecclesia sit violata, « reconciliari potest ad cautelam ». — *Ibid.*, § 2.

a) Ecclesiam *benedictam* « reconciliare potest rector eiusdem, vel quilibet sacerdos de consensu saltem præsumpto rectoris ». — *Cod.*, c. 1176, § 1.

b) *Ecclesiæ consecratæ* valida reconciliatio spectat a *Ordinarius loci* si hæc pertineat ad clerum, sæcularem, vel ad religionem non exemptam, vel ad laicalem; ad *Superiorem* autem *majorem* si pertineat ad religionem clericalem exemptam.

Uterque potest alium sacerdotem ad hoc delegare. — *Cod., c. 1176, § 2; et c. 1156.*

In casu tamen gravis et urgentis *necessitatis*, si *Ordinarius* adiri nequeat, « rectori *ecclesiæ consecratæ* eandem reconciliare fas est, certiore facto postea *Ordinario* ». — *Cod., c. 1176, § 3.*

c) « Reconciliatio *ecclesiæ benedictæ* fieri potest aqua lustrali communi; reconciliatio vero *ecclesiæ consecratæ* fiat aqua ad hoc benedicta secundum leges liturgicas quam tamen, non solum *Episcopi*, sed etiam *presbyteri* qui *ecclesiam* reconciliant, benedicere possunt. » — *Cod. can. 1177.*

## ARTICULUS VI

### DE IMMUNITATE ECCLESiarUM

*Ecclesiarum* immunitas duo complectitur, nempe jus ad singularem *honorem*, et *jus asyli*.

1420. I. *Ecclesiarum* immunitas importat libertatem ab eo quod *loci sanctitatem* dedecet. — Ipsæ etenim sunt *ædes Deo sacræ*, et *domus orationis*, ut omnia in eis debeant ad religionem et sanctitatem conspirare. — *C. Trid., sess. 22, De observ., etc.* — Unde :

a) Procul ab eis arcendi sunt quilibet actus, non modò *illiciti*, sed etiam simpliciter *profani*, quales sunt negotiationes et nundinæ, quanquam ad finem pium habitæ, judicia sæcularia, civiles conventus, convivia, profana colloquia, multoque magis ludi theatrales, choreæ, cantus lascivi, et demum omnia quæ, vel divinum turbent officium, vel oculos divinæ majestatis offendant. — *Cap. 2 De immunit. eccles., in 6º.* — *Pii V constit. Cum primum*

apr. 1566 ; — *Urbani VIII const. Cum ecclesiæ, 30 jan. 1642. — Cod., c. 1178.*

b) Attamen, veræ *necessitatis* causa, cum beneplacito ecclesiæ, templa ad profanos usus occupari poterunt, ex. r., tempore belli, pestilentiæ, inundationis, etc. ; necessitas enim non habet legem, et tunc, *ratione caritatis*, usus illuc *pious* dici potest. — *Cavagnis, Institutiones juris publici, lib. 4, n. 228.*

c) Non debent admitti in ecclesia, occasione exsequiarum aut quorundam festorum quibus laicæ sodalitates intersunt, nisi *vexilla religiosa*, et pro quibus habeatur formula benedictionis in Rituali Romano. — *S. C. R., 4 jul. 1887, et 17 jan. 1890.*

Porro, benedicenda non sunt « nisi vexilla earum societatum quam statuta ab auctoritate ecclesiastica *adprobata* fuerint, ab eaque aliquo modo *dependeant*, et aliquod *religionis signum*, nullum item emblemata reprobandum, præ se ferant ». — *S. C. S. Officii, sept. 1887.*

Verumtamen vexilla ita dicta *nationalia* admitti possunt in quibusdam circumstantiis, « quatenus absit omnino quilibet Ecclesiæ sacræ Liturgiæ contemptus ». — *S. Pœnit., 4 apr. 1887 ; Offic., 22 mart. 1911. — Cf. R. O. D., VIII, pag. 590.*

d) Si extollantur in pompa funebri vexilla quæ præ se ferunt emblemata *manifeste impia*, vel perversa, clerus de recedat.

Si in ecclesiam per *vim* inducantur, tunc : si *Missa* non inchoata fuerit, clerus recedat ; si inchoata sit, postquam absolutam auctoritas ecclesiastica sollemnem protestationem emittat de violata templi et sacrarum functionum sanctitate. — *S. C. S. Officii, 4 apr. 1887, et 24 nov. 1897.*

e) Deputatio unius ejusdemque ecclesiæ simul *cultui catholico acatholicæ Protestantium*, a mente Ecclesiæ catholicæ est aliena ; atque non potuit, nisi ad tempus, propter tristem necessitatem, in quibusdam Germaniæ regionibus *tolerari*.

Et Pius IX, 12 mart. 1873, hanc tolerantiam non extendit ad eam simultaneum ejusdem ecclesiæ per catholicos et asseclesiarum sectæ « *Veterum catholicorum* » ; sed potius ecclesiis usur-

patas ita interdicendas esse censuit ut omnis cultus catholicus iis penitus prohiberetur. — *Wernz, Jus decretalium, tom. 3, num. 4.*

1421. II. « **Ecclesia jure asyli gaudet** ita ut rei, qui illam confugerint, inde non sint extrahendi, nisi *necessitas* urgeat, sine assensu Ordinarii, vel saltem rectoris ecclesiae. » — *Cod., c. 1179.*

a) Hæc immunitas, licet rationem habeat in æquitate naturali fundatam, ex jure tamen canonico derivatur, et dein accessit juris civilis confirmatio. — *Cf. Many, in locis sacris, n. 47, sq. ; — et Syllab. prop. 30.*

b) Plures tamen *excepti sunt* a beneficio immunitatis, ne privilegio malefactores abuterentur, ex. gr. homicidæ qui animo deliberato occiderint, latrones publici et viarum grassatores, rei læ majestatis, falsificantes litteras Apostolicas, etc. — *Cf. Benedicti XIV constit. Ex quo divina, 8 jun. 1725.*

c) Sedes Apostolica, pro locorum et circumstantiarum adjunctis, illud jus asyli *œconomice temperavit.*

Sic, ex concessionem Pii VI et Gregorii XVI, *asyli jure fuerunt destituta* atria, scalæ et limina ecclesiarum, ne in eis otiosi et vana flagitia impune committerent.

In *Concordato Austriaco*, an. 1855, statutum est sacrorum templorum immunitatem in tantum servandam esse « in quantum publica securitas, et ea quæ justitia exigit, fieri sinant ».

d) Imo, non desunt *regiones* in quibus lex asyli ecclesiastici, secundum omnem suam rationem, a longissimo tempore *in desuetudinem abiit.*

## ARTICULUS VII

### DE DOMINIO ET USU SACRARUM ÆDIUM, AD TRAMITE JURIS CIVILIS IN GALLIA

#### 1422. I. Propriété des églises.

a) *Avant la loi du 9 décembre 1905*, les édifices culturels pouvaient, suivant leurs origines diverses, avoir des *propriétaires distincts*. Quelques-uns étaient la propriété de particuliers ou de sociétés. La plupart appartenaient soit aux Fabriques, soit aux communes, soit même aux départements ou à l'État.

le législateur de 1905-1908 n'a touché qu'à la propriété de celles dépendaient des *établissements publics* ecclésiastiques.

b) *La loi du 13 avril 1908*, modifiant par son article 1<sup>er</sup> la loi du décembre 1905, relative à l'attribution des biens ecclésiastiques, a décrété que « les édifices affectés au culte lors de la promulgation de la loi du 9 décembre 1905, et les meubles les garnissant, deviennent la *propriété des communes* sur le territoire desquelles ils sont situés, s'ils n'étaient pas restitués ou revendiqués dans le délai de six mois ».

Les communes sont donc aujourd'hui *légalement propriétaires* de la plupart des édifices culturels et des meubles les garnissant, sans qu'il y ait désormais lieu de distinguer s'ils proviennent des restitutions faites en exécution du Concordat, ou s'ils ont été construits dans les établissements ecclésiastiques supprimés.

c) Mais la nouvelle législation ne concerne en aucune façon les biens appartenant à des *particuliers*, à des *sociétés* ou à des établissements d'utilité publique.

Le fait d'avoir réalisé une acquisition ou une construction d'un édifice culturel au moyen de *souscriptions* ne saurait, en lui-même, servir pour conséquence d'empêcher un particulier de devenir ou de rester propriétaire. — *Cf. Trib. civ. de Poitiers, 5 mars 1906. — Cass. civ., 6 fév. 1888.*

## 1423. II. Maintien de l'affectation culturelle.

L'attribution des édifices culturels à l'État, aux départements ou aux communes, n'a pas été tellement complète que le *droit de jouissance* n'en ait été réservé aux prêtres et aux fidèles.

En effet, quoique les catholiques aient refusé de constituer des *associations culturelles* qui auraient eu la jouissance *gratuite* des édifices religieux, néanmoins la loi du 2 janvier 1907, par son article 5, a laissé les églises, ainsi que les meubles les garnissant, à la *disposition des fidèles et des ministres du culte* pour la pratique de la religion. — *Cf. num. 174.*

En outre, si la commune peut, en sa qualité de propriétaire, effectuer sur l'édifice les travaux qu'elle juge utiles, elle ne peut le faire sans sous la réserve expresse qu'ils n'apporteront aucune entrave à l'exercice du culte tel qu'il se pratiquait avant 1905. — *Cour d'appel d'Amiens, 3 avril 1912.*

Il doit être rangé au nombre des édifices du culte visés par l'article 5 de la loi du 2 janvier 1907, un local qui *de fait*, avant la loi de réparation, était occupé par le clergé paroissial, par exemple une chapelle de catéchismes, alors même qu'on ne retrouverait

point la décision administrative qui a prononcé l'affectation tuelle. — *Conseil d'État, 30 janv. 1914.*

#### 1424. III. Réparations. — Constructions.

a) « L'État, les départements et les communes *pourront* engager les *dépenses nécessaires* pour l'entretien et la conservation des édifices du culte dont la propriété leur est reconnue par la présente loi. » — *Loi du 13 avril 1908, art. 5, modifiant l'art. 13 de la loi du 9 décembre 1905.*

b) *Avant la séparation*, étaient *obligatoires* pour les communes « les grosses réparations aux édifices communaux, sauf, lorsqu'ils sont consacrés aux cultes, l'application préalable des revenus et des ressources disponibles des Fabriques à ces réparations ». — *Loi du 5 avril 1884, art. 136, § 12.*

Le gouvernement a toujours prétendu que, la loi du 9 décembre 1905 ayant abrogé ce paragraphe de la loi municipale, le caractère obligatoire de ces dépenses a disparu, et le conseil d'État a récemment accueilli cette thèse. — *Cf. Arrêt du 26 mai 1911.*

On peut néanmoins faire remarquer que, si la loi de 1905 a *en fait* abrogé l'article 136, § 12, et non pas seulement ce paragraphe, *contrairement à la loi nouvelle*, c'est-à-dire le concours de la Fabrique, il faudrait en conclure que les réparations aux autres édifices ne sont plus obligatoires pour les communes, qui pourraient impunément laisser tomber en ruines toutes leurs propriétés.

c) Les communes pourraient-elles prendre l'initiative d'*une nouvelle construction* ou *reconstruction* d'église ?

Le ministre des cultes objectait, dans l'affaire d'Ancenis, que, la loi du 13 avril 1908, article 5, dispose que les communes ont le *droit* de voter les fonds nécessaires à l'*entretien* et à la *réparation* des églises, ce texte interdit, par voie de conséquence, toute *dépense* de reconstruction ». — *Cf. R. O. D., V, 653.*

Pendant, dans son arrêt du 1<sup>er</sup> juillet 1910, le Conseil d'État s'est pas prononcé sur l'illégalité de ces subventions.

#### 1425. IV. Mobilier cultuel.

a) L'affectation des édifices et objets mobiliers cultuels à l'usage des fidèles et des ministres du culte (*art. 5 de la loi du 2 janvier 1907*) ne saurait enlever aux communes le *droit* de pourvoir à raison de leur qualité de *propriétaires*, à l'*entretien* de ces biens. Ce droit ayant d'ailleurs été expressément consacré par l'article 5 de la loi du 9 décembre 1905, modifié par l'article 5 de la loi du 13 avril 1908.



Il suit de là que les dépenses afférentes à cet objet ne rentrent dans les dépenses relatives à l'exercice des cultes, qui, aux termes de l'article 2 de la loi de 1905, sont supprimées des budgets des communes. — *Conseil d'État, 10 nov. 1911.*

b) Les églises devant, jusqu'à désaffectation régulière, demeurer consacrées à l'exercice du culte, il en résulte, pour le curé, le droit d'assurer cet exercice, et, dès lors, de procurer d'une manière quelconque le mobilier tendant à ce but.

Par conséquent, si l'édifice communal n'en a subi aucun dommage, le maire n'a pas le droit de faire enlever les meubles placés dans les églises par le curé lui-même ou de son consentement, qu'il s'agisse de simples chaises, ou de tableaux, d'ornements, etc. — *Rivet, Propriété des églises (R. O. D., VI, 71).*

c) La sauvegarde du mobilier cultuel appartenant à des particuliers pourra se faire par la comparaison avec l'inventaire officiel fait au moment de l'application des lois de séparation, ou plus simplement par les factures et quittances concernant lesdites acquisitions. — *Ibid.*

d) En principe, le curé ne pourrait imposer un prix de location pour les bancs et chaises des églises, dont il n'est ni propriétaire ni locataire. Mais une taxe fondée sur les services rendus s'expliquerait juridiquement. — *Cf. R. O. D., vol. VI, 542.*

Il est évident que rien ne s'oppose à ce que le curé fixe une redevance pour l'usage d'objets qui n'appartiennent pas aux communes qu'il a placés lui-même dans l'église.

1426. V. Assurances. — Le curé et les particuliers peuvent librement assurer dans les formes ordinaires le mobilier de l'église qui leur appartient.

a) Quant à l'assurance contre la destruction partielle ou totale des immeubles grevés d'affectation cultuelle, il est à craindre que la prime stipulée au contrat ne soit pas consacrée par la commune à la restauration et surtout à la reconstruction de l'édifice.

On a donc recommandé un contrat d'assurance qui garantirait, non pas la commune contre la perte de son immeuble, mais le curé et les fidèles contre la privation de jouissance de l'église.

Cette assurance pourrait même être prise par l'Évêque, traitant en son nom en tant que chef du diocèse, intéressé à la conservation des édifices cultuels et à la continuation régulière de l'exercice du culte dans le diocèse. — *Rivet (R. O. D., tom. VI, pag. 481, sq.).*

b) Les compagnies d'assurances ne se prêteraient peut-être

pas à la prévision des diverses désaffectations prévues par la loi de 1905, article 13 ; et, dans le cas de désaffectation pour cause d'utilité publique, les communes ne seraient pas obligées de reconstruire une nouvelle église. C'est pourquoi M. Rivet propose d'ajouter à toutes ces hypothèses la prévoyance et l'assurance par la création de *mutuelles interdiocésaines* qui seraient comme la première pierre du nouvel édifice de la propriété ecclésiastique. Cf. R. O. D., IX, pag. 129, sq.

1427. VI. Affiches. — La loi du 2 janvier 1907 maintient aux édifices servant à l'exercice public du culte leur *destination antérieure*.

a) C'est pourquoi la disposition de la loi du 29 juillet 1881, article 16, interdisant de placarder les professions de foi, circulaires et affiches électorales, sur les édifices publics consacrés aux cultes, n'est pas inconciliable avec la situation nouvelle résultant de la loi du 9 décembre 1905, et ne saurait, dès lors, être considérée comme abrogée. — Cassation, 2 nov. 1911.

b) Et il n'appartient qu'aux ministres du culte de placer des affiches à l'intérieur de l'église.

Même apposées sur les murs extérieurs, les affiches contenant simplement l'annonce de cérémonies ou d'exercices religieux sont dispensées du timbre. — Cf. Trib. correct. de Béziers, 10 mai 1907 (R. O. D., V, 338).

c) Les affiches établies en exécution de la loi du 3 mai 1884 sur l'expropriation pour cause d'utilité publique, peuvent toujours être apposées sur les murs, ou à la porte de l'église, sans qu'il soit besoin d'un arrêté pour autoriser ce placement.

Mais les affiches administratives ne peuvent l'être sans qu'un arrêté municipal autorise cette apposition à défaut d'un autre emplacement convenable. — Cf. circ. minist., juin 1883 (R. O. D., tome VI, 193).

d) La loi du 20 avril 1910 interdit tout affichage sur les monuments classés, et autorise à l'interdire dans un périmètre à déterminer par arrêté préfectoral.

1428. VII. Pavoisement. — Le droit de décorer et pavoiser extérieurement l'église à certains jours, tels que celui de la fête nationale du 14 juillet, était reconnu aux communes dès avant la loi de Séparation.

Aux termes de la circulaire ministérielle du 13 juillet 1882, « les églises étant des propriétés communales dont l'intérieur seuleme

affecté à l'usage du culte, les *municipalités peuvent exiger* que le drapeau national orne la façade pendant le jour, et que des illuminations y soient entretenues pendant la nuit, pourvu qu'elles incombent à leur charge les dépenses qui peuvent en résulter ».

1429. VIII. Monuments et objets classés comme ayant un intérêt historique ou artistique.

a) Le classement *ne déroge pas* à l'affectation culturelle des édifices et des meubles les garnissant.

b) « L'immeuble classé ne peut être détruit ou déplacé même en totalité, ni être l'objet d'un travail de restauration, de réparation ou de modification quelconque, si le *ministre des beaux-arts* n'y a donné son *consentement*.

Les travaux autorisés par le ministre s'exécutent sous la surveillance de son administration. » — *Loi du 31 déc. 1913, art. 9.*

Aucune construction neuve ne peut être adossée à un immeuble classé, sans autorisation spéciale du ministre des beaux-arts.

Nul ne peut acquérir de droit par *prescription* sur un immeuble classé. » — *Ibid., art. 12.*

c) « Tous les *objets mobiliers* classés sont *imprescriptibles*. Les objets classés appartenant à l'État sont *inaliénables*.

Les objets classés appartenant à un département, à une commune, à un établissement public, ou d'utilité publique, ne peuvent être aliénés qu'avec l'*autorisation* du ministre des beaux-arts. » — *Ibid., art. 18.*

Les objets classés ne peuvent être modifiés, réparés ou restaurés sans l'*autorisation* du ministre des beaux-arts, ni hors la surveillance de son administration. » — *Ibid., art. 22.*

d) « Les différents services de l'État, les départements, les communes, les établissements publics ou d'utilité publique sont chargés d'*assurer la garde et la conservation* des objets mobiliers classés dont ils sont propriétaires, affectataires ou dépositaires, et de prendre à cet effet les mesures nécessaires.

Les dépenses nécessitées par ces mesures sont, à l'exception des frais de reconstruction des locaux, *obligatoires* pour le département ou la commune. » — *Ibid., art. 25.*

Cependant des *subventions* peuvent être accordées sur les budgets publics ; et la loi du 9 décembre 1905 prévoyait, à l'article 19, des subventions aux associations culturelles pour réparations aux monuments classés.

## CAPUT III

## DE ALTARIBUS

Agendum est : de notione altaris ; — de altarium consecratione, et execratione.

## ARTICULUS I

## DE NOTIONE ALTARIS

*Altare (alta ara)* in genere est sedes aut locus in quo sacrificium offertur ; altare autem christianum est mensa super quam conficitur *Eucharistiæ sacramentum*, et *Missæ sacrificium* offertur. — Cf. Wernz, *Jus decret.*, tom. num. 461, sq. ; Many, *De locis sacris*, n. 108, sq.

1430. I. **Altaria sunt immobilia vel mobilia.**

a) Nomine altaris *immobilis* seu *fixi*, sensu liturgico intelligitur : « mensa superior una cum stipitibus per medium unius cum eadem consecratis ». — *Cod.*, c. 1197, § num. 1.

b) Nomine altaris *mobilis* seu *portatilis*, « petra, plurimum, parva, quæ sola consecratur, quæque dicitur etiam *ara portatilis* seu *petra sacra* : vel eadem petra cum stipite qui tamen non fuit una cum eadem consecratus ». — *Ibid.*, num. 2.

c) « In ecclesia *consecrata*, saltem unum altare, præsertim majus, debet esse immobile ; in ecclesia autem *benedicta*, omnia altaria possunt esse mobilia. » — *Cod. can.* 1197, § 2.

1431. II. « **Unico lapide naturali, integro et non friabili** », constare debent, tum mensa altaris immobilis, tum petra sacra. — *Cod.*, c. 1198, § 1.

Ideo altaria *portatilia* quæ constant ex vero lapide duro et com-  
cto, etsi *non marmoreo*, ex. gr. ex schisto lapide, retineri qui-  
m possunt. — *S. C. Rit.*, 29. apr. 1885.

Quæ autem confecta sunt ex *lapide puniceo*, sive ex *gypso*, aut  
a simili materia, illicita prorsus sunt. — *S. C. Rit.*, 24. nov. 1885;  
jun. 1899.

a) In altari immobili « *tabula* seu mensa lapidea ad in-  
grum altare protendi debet, et apte cum stipite cohærere;  
» *Stipes* autem sit lapideus, vel saltem latera seu colu-  
ellæ quibus mensa sustentatur sint ex lapide ». — *Cod.*,  
n. 1198, § 2.

b) Petra sacra « sit tam *ampla* ut saltem hostiam et  
ajorem partem calicis capiat ». — *Ibid.*, § 3.

c) Tum in altari immobili tum in petra sacra « sit, ad  
ormam legum liturgicarum, *sepulcrum* continens reli-  
quias Sanctorum, lapide clausum ». — *Ibid.*, § 4.

1432. III. Sicut ecclesia, ita « quodlibet etiam eccle-  
siæ altare, saltem immobile, proprium sibi titulum ha-  
beat ». — *Cod.*, c. 1201, § 1.

a) Titulus primarius *altaris majoris* « idem debet esse  
titulus ecclesiæ ». — *Ibid.*, § 2.

b) « De Ordinarii licentia *mutari* quidem potest altaris  
titulus mobilis, non autem altaris immobilis titulus. » — *Ibid.*, § 3.

c) « Altaria *Beatis*, etiam in ecclesiis et oratoriis qui-  
bus eorum officium et Missa concessa sunt, dedicari ne-  
queunt sine Sedis Apostolicæ indulto. » — *Ibid.*, § 4.

1433. IV. « Divinis tantum officiis et præsertim Missæ  
celebrationi » reservatam esse debet altare tum immo-  
bile tum mobile, « quodlibet profano usu prorsus ex-  
cluso ». — *Cod.*, c. 1202, § 1.

« Subtus altare nullum sit reconditum *cadaver*; cada-  
vera autem quæ prope altare sepulta forte sunt, distent ab  
altari saltem spatio unius metri; secus Missam in altari cele-  
brari non licet donec cadaver removeatur. » — *Ibid.*, § 2.

## ARTICULUS II

## DE ALTARIUM CONSECRATIONE

1434. I. **Ut Missæ sacrificium super illud celebrari possit**, altare « debet esse, secundum liturgicas leges, consecratum ; idest, vel totum si agatur de immobili, vel a tantum portatilis, si de mobili ». — *Cod., c. 1199, § 1.*

a) « Aras portatiles, salvis peculiaribus privilegiis, omnes Episcopi consecrare possunt ;

» Quod spectat vero ad altaria immobilia, servetur præscriptum can. 1155 » de consecratione alicujus loci. — *Cod., c. 1199, § 2. — Cf. n. 1393.*

b) Solus Romanus Pontifex simplicibus presbyteris juris concedere potest, quia est regula generalis : benedictiones quæ sacro chrismate perficiuntur Episcopis reservari, salvo peculiari Cardinalium privilegio. — *Cf. n. 59.*

c) *Forma et ritus* consecrationis, tum altaris fixi, tum altaris portatilis, in Pontificali Romano describuntur.

Si *crux* in medio lapidis *absit*, ac proinde in altaris consecratione *omittatur unctio* istius crucis, consecratio invalida non est.

Sed unctio in medio tabulæ nunquam omitti debet, quamvis crucem ibidem sculpta non sit. — *S. C. Rit., 2 maii 1892.*

1435. II. « **Una simul cum ecclesia debet saltem altare majus consecrari**, aut altare secundarium si majus saltem jam consecratum. » — *Cod., c. 1165, § 5.*

a) Sed « altare consecrari potest etiam sine ecclesie consecratione ». — *Ibid.*

b) Consecratio altaris immobilis, quæ fit sine ecclesie dedicatione, « quamvis *omni die* fieri possit, magis tamen decet ut fiat die dominico aliove festo de præcepto ». — *Cod., c. 1199, § 3.*

1436. III. **Nullum altare consecrandum est quin includantur sacræ reliquiæ.** — Et constans jurisprudentiæ S. C. Rit. est reliquias sub pœna nullitatis requiri. — *Cf. Instr. ad Episc. Rhedon., 6 oct. 1837.*

a) *Plurium* autem Sanctorum reliquiæ ponendæ sicut, ut verba sacerdotis in prima altaris deoscultatione pronuntiantur : « *Quorum reliquiæ hic sunt* » ; sicuti etiam in aliis quibusdam corporum reponenda est, non vestes aut aliquid aliud hujusmodi.

Ad validitatem tamen consecrationis sufficeret ut in seculo includantur reliquiæ *unius* solummodo martyris. — *C. Rit., 16 feb. 1906.*

b) *Sepulcrum* seu Confessio, est locus in quo sacræ reliquiæ recluduntur.

1° In altari *fixo* sepulcrum reliquiarum esse potest : vel *in medio tabulæ* altaris, a parte superiori, ut sit communis ; vel *in stipite* seu basi, a parte anteriori aut posteriori ; vel *in medio summitatis stipitis*, sub ipsa altaris mensa. — *Cf. Pontif. Rom.*

2° In altari vero *portatili*, cum ex solo lapide constet, sepulcrum reliquiarum effodi debet *in media superficie superiori* tabulæ ; et « altaria quorum sepulcrum, non in medio lapidis, sed in ejus fronte fuit effossum, non sunt remittenda, utpote Pontificalis Romani præscriptionibus conformia ». — *S. C. R., 24 nov. 1885.*

Quoad *præteritum*, eadem S. Congregatio voluit ut dicti lapides, non commode fieri possit, iterum breviori formula (*cf. n. 1437, a*) consecrentur. — *S. C. Rit., 13 jun. 1899.*

1437. IV. **Reliquiæ claudendæ sunt cum parvo opere, ex lapide etiam confecto.** — *S. C. R., 31 aug. 1867, jul. 1883, et 23 jun. 1892.*

a) Imo, altaria, nisi sepulcrum fuerit coopertum lapide *marmoreo*, vel saltem *duro*, nova indigent consecratione : ideoque cementum tantum adhibere non permittitur loco lapidis seu operculi pro claudendis Reliquiarum sepulcris. — *S. C. R., 9 sept. 1880, et 28 jul. 1883.*

Per S. C. Rit., attenda difficultate omnes aras haud rite consecratas denuo sollempni ritu consecrandi, *petentibus Episcopis* remissione *indulsi*, utendo facultatibus sibi specialiter a S. Pontifice concessis, ne XIII tributis, ut ipsi *sensim sine sensu*, et capta occasione, *per se*, vel *per simplices presbyteros*, hoc tantum in casu Apos-

tolicæ Sedis nomine delegandos, certas Sanctorum reliquias iisdem aris reponant, iis solummodo cæremoniis-servatis quæ Pontificali Romano præscribuntur dum in sepulcro recondunt reliquiæ et superponitur lapis, scilicet : ut signetur sacro chrismate confessio, sive sepulcrum, et interim dicatur oratio : « *Consecratur et sanctificetur, etc....* » ; postea, reconditis reliquiis cum tribus granis thuris, et superposito operculo ac firmato, dicatur altera oratio « *Deus, qui ex omnium cõhabitatione Sanctorum....* », nihil aliud.

b) Cementum, pro firmando in altari *portatili* sepulcri lapide, *benedicendum est* ritu pro altaris consecratione præscripto.

Si agatur de *unico* altari portatili consecrando, *ipse Episcopus* sepulcrum cemento linire et lapide claudere debet. — Si vero agatur de *pluribus* aris portatilibus consecrandis, satis est ut Episcopus liniat cemento labium sepulcri *unius aræ* ; et, dum ipse prosequitur in sacrarum reliquiarum repositione, *adsistentes sacerdotes* lituram et cujusque sepulcri clausuram peragant. — *S. C. R. 10 maii 1890.*

1438. V. **Sigillo episcopali** signatur vasculum in quo sacræ reliquiæ reponuntur ante consecrationem altaris fixi. — *Cf. Pontif. Rom.*

In consecratione autem *altaris portatilis*, sigillum episcopale apponi quidem potest super clausum sepulcrum, ut constet de consecratione altaris et de reliquiarum authenticitate ; attamen *non est necessario apponendum*, nam hoc nullo jure cavetur.

Unde, ob amissionem sigilli episcopalis altaria portatilia non sunt interdicenda, modo constet ea rite fuisse consecrata. — *S. C. R., Vicarien., 28 feb. 1880 ; in Bellunen., 10 maii 1890.*

## ARTICULUS III

### DE ALTARIUM EXSECRATIONE

1439. I. **Altare immobile** amittit consecrationem « tabula seu mensa a stipite, etiam per temporis momentum, separetur ». — *Cod., c. 1200, § 1.* — *Cf. cap. De consecr. eccl. et altaris.*

Ratio est, quia altare fixum habet et essentialiter importat cõ-



tionem cum sua inferiori structura seu basi, cui tabula proinde necessario debet esse unita; dum, e contra, altare portatile, de natura, importat esse a basi sejunctum.

a) Quando altare per dictam sejunctionem exsecrationem rursus perficiat, ritu formulaque brevis. — *Cod., loc. cit. — Cf. n. 1437, a.*

b) Sed non amittitur consecratio, si altare fixum *intem*, nempe cum stipite seu columnis, absque ulla disjunctione *transferatur* de uno loco ad alium locum, intra eandem tamen ecclesiam.

1440. II. Tum altare immobile tum petra sacra amittit consecrationem :

a) « Si frangantur *enormiter*, sive ratione quantitatis sive ratione loci unctionis ;

b) » Si amoveantur *reliquiæ*, aut frangatur vel amoveatur *sepulcri operculum*, excepto casu quo ipse Episcopus, vel ejus delegatus, operculum amoveat ad illud reparandum vel reparandum vel subrogandum, aut ad aliud aliud reliquias ». — *Cod., c. 1200, § 2.*

*Levis fractio* operculi non inducit exsecrationem, et debet sacerdos potest rimulam cemento firmare. »  
§ 3.

1441. III. Exsecrata ecclesia, non ideo exsecratur, sive fixum sive portatile; neque per exsecrationem ipsa exsecratur ecclesia. — *Cf. cap. 1, De consecr. eccles. altaris. — Cod., c. 1200, § 4.*

Ratio est quia utriusque consecrato fit æque principium, et potest una sine altera consistere.

## CAPUT IV

## DE SACRA SUPELLECTILI

« Circa *materiam et formam* sacræ supellectilis, serventur *scripta liturgica, ecclesiastica traditio et, meliore quo fieri potest modo, etiam artis sacræ leges.* » — *Cod., c. 1296, § 3.*

## ARTICULUS I

## DE VASIS SACRIS ET ALIIS UTENSILIBUS

1442. I. « **Caute custodiatur** in ecclesiæ sacra aliove tuto ac decenti loco, nec ad usus profanos adhibetur » sacra supellex, « præsertim quæ ad normam legum liturgicarum *benedicta* aut *consecrata* esse debet, quæ publico in cultu adhibetur ». — *Cod., c. 1296, § 1.*

a) Ad normam can. 1522, universæ sacræ supellectilis *inventarium* fiat et accurate servetur. — *Ibid., § 2. Cf. num. 1498, b.*

*Episcopus* ipse « obligatione tenetur inventarii sacrorum utensilium authentica forma conficiendi, in quo, pro rei veritate, quæ acquisita sint exprimat, distincteque describat si qua, non ecclesiæ redditibus ac proventibus, sed ex *propriis bonis* vel *donatione* sibi facta comparaverit; secus, omnia redditibus ecclesiæ comparata præsumuntur ». — *Cod., c. 1299, § 3.*

b) « Rectores ecclesiarum, aliique quibus credita cura sacræ supellectilis, sedulo debent ejusdem *consecrationi* et *decori* prospicere. » — *Cod., c. 1302.*

1443. II. De sacra supellectili ad cultum necessarium **providere** illi debent « qui officio tenentur *reparandæ ecclesiæ* ad normam can. 1186, nisi aliter sit provisum » — *Cod., c. 1297. — Cf. n. 1403.*

a) Ecclesia *cathedralis* « debet sacram supellectilium aliaque quæ ad Missæ sacrificium vel ad alias pontificis

tionem necessaria sint, gratis *Episcopo subministrare* et privatim celebranti, non solum in ecclesia cathedrali, sed in aliis quoque civitatis vel suburbii ecclesiis ». — *Cod., c. 1303, § 1.*

b) Si qua ecclesia paupertate laboret, « potest Ordinarius permittere ut a sacerdotibus, qui in proprium communitatibus celebrant, propter utensilia ceteraque ad Missæ sacrificium necessaria, *moderata stipes exigatur* ». — *Ibid., § 2.*

Episcopi, non autem Vicarii Capitularis aut Vicarii Generalis speciali mandato, est eandem *stipem definire*, et nemini, etiam vicariis etsi exemptis, licet ea majorem exigere. » — *Ibid., § 3.* Episcopus, pro tota diœcesi, ejusmodi stipem « in *diœcesana Synodo* fieri possit, definiat, aut extra Synodum, audito Capitulo ». — *Ibid., § 4.*

1444. III. « Defuncti S. R. E. Cardinalis, qui in Urbe domum non habebat, quamvis Episcopus suburbicarius aut Abbas *nullius in loco*, quælibet sacra supellex, exceptis annulis et crucibus pectoribus etiam cum sacris reliquiis, aliæque res omnes stabiliter ad cultum destinatæ, nulla habita ratione qualitatis et naturæ rerum quibus comparatæ sint, *cedunt pontificio sacrario*, nisi Cardineas donaverit aut testamento reliquerit alicui ecclesiæ vel loco publico vel loco pio vel alicui personæ ecclesiasticæ seu seculari ». — *Cod., c. 1298, § 1.*

Optandum ut Cardinalis, qui hujusmodi facultate uti velit, non ex parte præferat illas ecclesias quas in *titulum*, administrationem seu commendam, obtinuerit. » — *Ibid., § 2.*

1445. IV. « Defuncti Episcopi residentialis, etiamsi cardinalis dignitate fulserit, sacra supellex cedit *ecclesiæ cathedrali*, exceptis annulis et crucibus pectoralibus etiam cum sacris reliquiis, præscripto can. 1288 (de reliquiis SS. Crucis Episcopo successori transmittendis), et iis omnibus utensilibus cujusvis generis legitime probetur ab Episcopo defuncto comparata fuisse bonis ecclesiæ cuiusdam *non pertinentibus* neque constet in ecclesiæ dignitatem transiisse. » — *Cod., c. 1299, § 1.*

c) « Si quando Episcopus duas vel plures diœceses successive administravit, aut simul præfuerit duabus vel pluribus diœcesibus unitis, et si perpetuam administrationem concessis, cathedralem ecclesiam habentibus propriam et distinctam, quæ sacra utensilia consuetudine *unius tantum diœcesis* fuisse comparata, ea *ejusdem cathedrali ecclesiæ* cedunt.

b) » Secus dividi debent, *æquis partibus*, inter singulas ecclesias cathedrales, dummodo diocesium redditus ne sint divisi, s unam episcopalem mensam perpetuo constituent.

» Si vero redditus divisi sint ac separati, divisio fiat inter singulas ecclesias cathedrales pro ratione fructuum quos in *singulis* diocesisibus Episcopus perceperit, ac *temporis* quo eisdem præfuerit. — *Ibid.*, § 2.

1446. V. Clerico qui in aliqua ecclesia beneficium sæculare vel religiosum obtinuerit, ea quoque « apponantur quæ in can. 1299 præscripta sunt ». — *Cod.*, c. 130. — *Cf. n. 1445.*

a) Quapropter, eo defuncto, ecclesiæ cedit quidquid legitime probetur fuisse comparatum bonis ad ipsam ecclesiam pertinentibus.

b) Et « S. R. E. Cardinalis, Episcopus residentialis aliique *clerici beneficiarii*, obligatione tenentur curam *testamento* vel alio instrumento, in forma *juris civilis* validi, ut canonica præscripta, de quibus supra, debitum effectum etiam in *foro civili* sortiantur ». — *Cod.*, c. 130. § 1.

c) Quamobrem « tempestive, ac forma jure civili valida, personam integræ famæ *designent* ad normam can. 380 (*cf. n. 848, d*), quæ, adveniente ipsorum morte, non solum sacram suppellectilem, sed etiam libros, documenta aliaque quæ ad ecclesiam pertinent et in eorum domo reperiuntur, occupet, et cui debentur remittat ». — *Ibid.*, § 1.

1447. VI. **Benedictionem** illius sacræ suppellectilis quæ ad normam legum liturgicarum benedici debet, antequam ad usum sibi proprium adhibeatur, *impertire possunt* ;

« 1º S. R. E. *Cardinales* et *Episcopi* omnes ;

» 2º *Locorum Ordinarii*, caractere episcopali carentes, pro ecclesiis et oratoriis proprii territorii ;

» 3º *Parochus*, pro ecclesiis et oratoriis in territorio sue parœciæ positis, et *rectores* ecclesiarum pro suis ecclesiis ;

» 4º Sacerdotes a loci Ordinario *delegati*, intra fines delegationis et jurisdictionis delegantis ;

» 5º *Superiores religiosi*, et sacerdotes ejusdem religionis ;

psis *delegati*, pro propriis ecclesiis et oratoriis, ac pro  
 esis monialium sibi subjectarum ». — *Cod.*, c. 1304.

1448. VII. **Sacra suppellex benedicta aut consecrata,  
 edictionem aut consecrationem amittit :**

a) « Si. tales læsiones vel mutationes subierit ut  
*tinam amiserit formam*, et jam ad suos usus non  
 eatur idonea ;

b) » Si ad usus *indecoros* adhibita, vel publicæ *vendi-  
 i* exposita fuerit ». — *Cod.*, c. 1305, § 1.

c) Sed « calix et patena non amittunt consecrationem  
 consumptionem vel renovationem *auraturæ*, salva ta-  
 , priore in casu, gravi obligatione rursus ea inau-  
 di ». — *Ibid.*, § 2.

1449. VIII. **Nonnisi a clericis, vel ab iis qui eorum  
 odiam habent, tangantur** « calix cum patena, et, ante  
 onem, purificatoria, pallæ ac corporalia, quæ adhibita  
 e in sacrificio Missæ ». — *Cod.*, c. 1306, § 1.

a) Purificatoria, pallæ ac corporalia in Missæ sacrificio adhi-  
 « ne tradantur *lavanda* laicis, etiam religiosis nisi prius abluta  
 nt a *clerico* in majoribus Ordinibus constituto ;

b) » Aqua autem *primæ lotionis* mittatur in sacrarium, vel, si  
 desit, in ignem ». — *Ibid.*, § 2.

## ARTICULUS II.

### DE CAMPANARUM BENEDICTIONE ET USU

1450. I. **Campanas pulsandi jus habet Ecclesia :** tum  
 fideles invitant ad ecclesiam, et, ruri præsertim, cons-  
 unt meliorem modum *plebem congregandi* ; tum quia  
 sonitus campanarum est actus cultus publici, et *pu-  
 fidei manifestatio*, fidelesque excitat ad lætitiâ spi-  
 lem, vel ad dolorem aut alios pios animi sensus.

a) Ideo « cuilibet ecclesiæ campanas esse *convenit*,  
 us fideles ad divina officio aliosque religionis actus  
 entur ». — *Cod.*, c. 1169, § 1.

Et campanarum usus « unice subest ecclesiasticæ auctoritati ». — *Ibid.*, § 3.

b) Circa *modum* autem, curandum est ne *importu* pulsentur, sive quoad horam, sive quoad temporis productionem. Verum de his judicare ad Ecclesiam spectat. — *Cavagnis, Instit. jur. pub. lib.*, 4, n. 282, sq.

1451. « **II. Etiam ecclesiarum campanæ debent consecrari vel benedici** secundum ritus in probatis liturgiis libris traditos. » — *Cod.*, c. 1169, § 2.

a) Jus impertiendæ hujus consecrationis vel benedictionis ad eos spectat de quibus in can. 1155, 1156. — *Ibid.* § 5. — *Cf. n. 1393 et 1394.*

b) Attamen, si campana ad usum ecclesiæ *insevit non debeat*, adhiberi potest, a quolibet sacerdote, *benedicti simplex*, cujus formula approbata est a Sacra Congregatione Rituum, 4 mart. 1892.

Hæc eadem formula potest adhiberi etiam ad campanas *in usu sacrum* benedicendas, ab Episcopo vel ab aliis facultatem habentibus, non tamen in ecclesiis consecratis. — *S. C. R. 22 jan. 1908.*

c) Campanæ *nomen* imponitur ut distinguatur a non benedictis, tutelæ Sancti commendetur, et populus quoque voce alicujus Sancti ad ecclesiam vocari videatur. — *Bened. XIV, Instit. 47, § 4.*

d) Etsi non ex præcepto, solent in ipsius benedictione assistere vir et femina, sub *patrini* et *matrinæ* denominatione.

Hanc ob causam, et etiam quia adhibetur aqua in hujusmodi benedictione, vulgo ipsa *baptismus* appellatur.

1452. **III. Campana benedicta** « ad usus mere profanos adhiberi nequit nisi ex causa *necessitatis*, aut ex *licentia* Ordinarii, aut denique ex legitima *consuetudine* », salvo conditionibus, « probante Ordinario, appositis ab illis qui campanam ecclesiæ forte dederint ». — *Cod.*, c. 1169, § 2.

1453. **IV. Hodie, in Gallia :**

a) « Les sonneries des cloches seront réglées par *arrêté municipal* ; et, en cas de désaccord entre le maire et le président »

ecteur de l'association cultuelle, par arrêté préfectoral. » — *Loi 9 déc. 1905, art. 27.*

Les cloches des édifices servant à l'exercice public du culte peuvent être employées aux *sonneries civiles* dans le cas de péril commun qui exige un prompt secours.

Si elles sont placées dans un édifice appartenant à l'État, au département ou à la commune..., elles peuvent en outre être utilisées dans les circonstances où cet emploi est prescrit par les dispositions des lois ou règlements, ou autorisé par les usages locaux. »

*Décret du 16 mars 1906, art. 51.*

Une *clé du clocher* sera déposée entre les mains du président ou directeur de l'association cultuelle, une autre entre les mains du maire, qui ne peut en faire usage que pour les sonneries civiles mentionnées à l'article précédent et l'entretien de l'horloge publique.

Si l'entrée du clocher n'est pas indépendante de celle de l'église, une clé de la porte de l'église est déposée entre les mains du maire. » — *Ibid., art. 52.*

b) Le maire est tenu de *concilier* l'exercice de son pouvoir avec respect de la *liberté des cultes* garantie par l'article 1<sup>er</sup> de la loi 9 décembre 1905 et par l'article 5 de la loi du 2 janvier 1907. Il ne peut pour quoi la réglementation des sonneries religieuses « ne doit aboutir à leur suppression ou à leur réduction dans des conditions telles que la pratique de la religion se trouve entravée ». — *Dec. minist. du 21 janvier 1907.*

Le Conseil d'État a souvent annulé des arrêtés municipaux pour excès de pouvoir. — *Cf. ex. gr. séance du 3 fév. 1911.*

Le *recours* au Conseil d'État, suivant l'article 24 de la loi du 4 avril 1900, doit être formé, à peine de déchéance, dans les *deux mois* qui suivent la publication ou la notification faite conformément à l'article 96 de la loi municipale du 5 avril 1884.

c) Le *ministre du culte seul* a qualité pour faire exécuter, conformément aux règles canoniques, les *sonneries religieuses* ; et il seul appartient de juger si, suivant des cas déterminés que les tribunaux n'ont pas à apprécier, les sonneries doivent ou non être exécutées à l'occasion d'une cérémonie qu'il vient d'accomplir.

Donc le fait par un *particulier* de sonner les cloches malgré l'opposition du curé constitue une atteinte au droit exclusif du ministre du culte (*cf. loi du 2 janv. 1905, art. 5*) et lui cause un préjudice, sinon matériel, du moins moral, qui suffit pour motiver une demande en dommages-intérêts. — *Trib. civ. de Paris, 21 juin 1910 ; de Béthune, 20 déc. 1910.*

2° Il en serait de même de l'acte par lequel un *maire* prescrirait de faire sonner les cloches, ou livrerait la clé du clocher pour permettre la sonnerie dans une circonstance qui ne se rattache pas à l'une de celles qui sont énumérées limitativement dans l'article du règlement du 16 mars 1906, et qui ne comprennent pas, par exemple, les *mariages* ou *enterrements civils*. — Un tel acte constitue un *fait personnel* dont les conséquences peuvent être appréciées par les tribunaux judiciaires. — Cf. *Trib. des conflits*, 22 août et 4 juin 1910 ; *Trib. civil d'Amiens*, 22 déc. 1910 ; de *Laon*, 16 janvier 1911.

---



## CAPUT V

## DE CÆMETERIIS

delicet : de origine cœmeteriorum ; — de jure Ecclesiæ quoad sepulturas ; — et de legislatione civili quoad cœmeteria et sepulturas, in Gallia.

## ARTICULUS I

## DE ORIGINE CÆMETERIORUM

1454. **I. Sepulcri religio** apud ipsas barbaras gentes necte servata est, ita ut et *locus humationis* ipso facto *cer* et religiosus habitus sit.

a) Hunc hominum animis a natura inditum religionis pietatis sensum *Catholica Ecclesia* semper fovit et auxit. Ne vetustissima illa *cœmeteria* exstiterunt, et adhuc stant, in quibus tot Christi Martyrum et fidelium exuviæ inditæ sunt. — *Soglia, Instit. juris priv., § 126.*

Appellantur *cœmeteria* seu *dormitoria*, κοιμητήρια, quia Christiani monumentis non tam quiescere quam dormire dicuntur, usque in *resurrectione universali* corpora evigilent, et ad felicioram vitam a prolixiore somno suscitentur.

b) *Duplici* namque *dogmate* nituntur honores quos, e a nascentis Ecclesia sæculo, fratrum suorum cineribus impenderunt Chistifideles : futura nimirum corporum *resurrectione*, et sanctorum animæ æterna in cœlis *gloriantia*, cujus et *ipsum corpus*, post ultima tempora, participans erit.

c) « Qui cadavera vel sepulcra mortuorum ad furtum alium malum finem *violaverit*, interdicto personali puniatur, sit ipso facto infamis, et clericus præterea deponatur. » — *Cod., c. 2328.*

1455. **II. Tribus prioribus Ecclesiæ sæculis**, nulla, ne in civitatibus, neque in templis proprie dictis, loca

sepulturæ inveniuntur, sed, vel in monumentis juxta viam publicam erectis, vel in fornicibus et catacumbis, et in campis subterraneis.

Id probatur, tum jure civili Romanorum, tum historia ecclesiasticæ monumentis. — Cf. *Hornstein, Les sépultures, ch. 8 et 9*; et *Wernz, Jus decret., n. 466, sq.*

1456. **III. Sæculo quarto**, postquam ad Martyrum sepulcra ecclesiæ exstructæ sunt, illorumque reliquiæ ad basilicas translatae, sensim sine sensu, alibi citius, alibi serius, in desuetudinem abiit pristina disciplina; et consuetudo prævaluit humandi in *oppidis* et *urbibus*, imo in *ipsis ecclesiis*.

a) Et quidem primitus, ex quodam *privilegio*, Imperatoribus, Episcopis, presbyteris, viris religiosis sacrisque virginibus, nec non aliis dignitate conspicuis; successu autem temporis, hoc est sæculo nono, ex *benevola tolerantia*, omnibus indiscriminatim fidelibus humatio in ecclesiis permissa est.

b) Verumtamen, ex pluribus Synodorum statutis apparet Ecclesiam summopere exoptasse ut pristinus in *cæmeteriis* sepeliendi usus restitueretur.

Ideo *Rituale Romanum*, jussu Pauli V editum, sic decrevit, *tit. De exsequiis*: « Ubi viget antiqua consuetudo sepeliendi mortuos in cæmeterio, retineatur, et, ubi fieri potest, restituatur ». — *Moullart, dissert. de sepultura et cæmeteriis, Lövan., 1862*; — *Vecchiotti, Inst. can., l. 3, § 57.*

1457. **IV. Ad normam novi Codicis**, « in ecclesiis cadavera ne sepeliantur, nisi agatur de cadaveribus Episcoporum residentialium, Abbatum vel Prælatorum nullius in propria ecclesia sepeliendis, vel Romani Pontificis, regaliū personarum, aut S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalium » — *Cod., c. 1205, § 2.*

Idem valet de ecclesia *subterranea* quæ sit vere et proprie ecclesia, divino cultui addicta. — *Commiss. Pontif. 16 oct. 1919 (Acta, XI, 478).*

Porro, cui locus ad sepeliendum dabitur in ecclesiis, *humi* tan

detur, vel in subterraneis. Solis enim SS. Pontificibus, non  
 tis etiam personis Regalibus, competit prærogativa ut eorum  
 ra in conditoriis elevatis a terra reponantur. — Cf. Pii V  
*Cum primum*, 15 apr. 1566; — et *Rit. Rom.*  
 n comprehenditur in præfata dispositione Pii V *monumentum*  
 vere vacans, etsi supra terram elevatum.

1458. V. **Nostro sæculo**, grassante atheismo sociali,  
 bus in regionibus *auctoritas civilis* totam hanc de se-  
 lturis materiam, veluti *sibi propriam*, vindicavit.

*Galliam* quod attinet, exstat decretum organicum diei 12 junii  
 (23 prairial an XII), vi cujus *potestas municipalis* faculta-  
*clusivam* habet regendi quæ spectant ad sepulturas, sive com-  
 s, sive privatas.

ultura distincta pro *variis cultibus* sublata est lege diei 15 nov.

nique, tum lege 5 apr. 1884 de regimine municipiorum, tum  
 15 nov. 1887 » *sur la liberté des funérailles* », accedente de-  
 27 apr. 1889 quo *modus inhumationis*, imo *cremationis*, de-  
 natur, cœmeterium omnino *sæcularizatum* est. — Cf. *num.*  
*sq.*

## ARTICULUS II

### DE JURE ECCLESIE QUOAD SEPULTURAS

1459. I. **Ecclesia sibi vindicat jus constituendi, pro**  
**associatione exclusive, cœmeteria** ritu sacro purgata et  
*ificata*, id est *separata* a sepulturis tum communibus,  
 aliarum confessionum religiosarum. — Cf. *Cod.*,  
 1206, § 1.

a) Apud Christianos, ipsa cadaverum sepultura ad  
*um religiosum* elevata est, ideoque subtracta juris-  
 oni civili; nam Ecclesia, in his quæ ad finem spiritua-  
 ipsa iudice, conducunt, ab auctoritate civili non  
 idet. — Cf. *n. 19, sq.*

de, sicut habet jus pro sua communione *templa* ædifi-  
 quæ exclusive cultui catholico sint destinata, sic  
 e jus habet designandi *cœmeteria* quæ fidelium ser-  
 ris unice inserviant.

b) Per summam proinde injustitiam contra Catholicos, et contra omnes alias sectas religiosas quæ exigua cœmeteria confessionalia, status civiles et municipia contruunt cœmeteria sic dicta *civilia* vel *municipalia*, in quibus omnium demortuorum cadavera conduntur, ad *quamcumque religionem pertinuerint* illi qui decesserunt, sive nulla professi sint religionem. — *De Angelis, in tit. De sepulchris*.

c) Equidem civilis auctoritas, ratione finis sui proximi, jus habet curandi ut ea serventur quæ *hygienem* et *publicam securitatem* respiciunt, ex. gr. ne *citius sepeliantur* qui forsitan adhuc vivunt, vel *serius* cum corpora corrumpuntur, in contagiosis præsertim morbis; item jus habet cavendi ut corpora occisorum, de quorum mortis causa suspicio exstat, *deponantur* in loco determinato, medicorum investigationibus exponenda; tempore pestis, jubentur ut corpora defunctorum *recta via* ad cœmeterium deducantur, quin ad ecclesiam sint prius delata.

Verum, si ex dictis constat materiam hanc *mixtam* esse quæ utriusque societatis finem respicit, *maxime* tamen, quoad substantiam, *ad Ecclesiam* pertinet. — *Cavagnoli, Instit. jur. pub., lib. 4, n. 294.*

1460. II. **Ecclesiæ jus pariter competit admittere vel excludendi a religiosa sepultura.** — Quod *ex iisdem principiis* colligitur.

Unde, injustitiæ, et non magis servatæ libertatis conscientiæ, redargui possunt illi qui cœmeteria catholica violare præsumunt, inferentes in ea illorum cadavera qui *diversæ sint religionis*, vel ab auctoritate ecclesiastica *indigni* habeantur. — *Cf. n. 1079.*

1461. III. **Sicubi jus Ecclesiæ catholicæ violatè possidendi propria cœmeteria, nec spes sit ut violata reparentur:**

a) « Curent locorum Ordinarii ut cœmeteria, societatis civilis propria, *benedicantur* si qui in eis conditi soleant sint majore ex parte catholici, aut saltem ut in eis catholici *spatium* habeant, idque benedictum, sibi reservatum. — *Cod., c. 1206, § 2.*

b) « Si ne hoc quidem obtineri possit, *toties quoties* medicantur, secundum ritus in probatis liturgicis libris ditos, singuli tumuli. » — *Ibid.*, § 3.

1462. IV. In cœmeterio enim quod sit benedictum, sive *sollemni* sive *simplici* benedictione, secundum ritus probatis libris liturgicis traditos », et « undique apte *usum* et caute custodiendum », cadavera fidelium sepe-nda sunt. — *Cod.*, c. 1205, § 1; et c. 1210.

a) Hæc benedictio ab iis danda est de quibus in a. 1155-1156. — *Cf. n. 1393, sq.*

Et « quæ de interdicto, violatione, reconciliatione eccle-  
rum canones præscribunt, *etiam cœmeteriis* applicen-  
». — *Cod.*, c. 1207.

b) « Præter cœmeterium benedictum, *alius*, si haberi  
at, sit *locus*, clausus item et custoditus, ubi ii humen-  
quibus sepultura ecclesia non conceditur. » — *Cod.*,  
. 1212.

c) « Nullum corpus sepeliatur, præsertim si mors re-  
tina fuerit, nisi post congruum temporis intervallum,  
d satis sit ad omnem prorsus de vero obitu *dubitatio-*  
tollendam. » — *Cod.*, c. 1213.

d) Membra *amputata* Catholicorum in loco sacro sepelienda  
; et, quando in *Hospitalibus* sæpe evenit ut ægrotorum membra  
utentur, mens S. Officii est ut, si fieri potest, aliquod parvum  
e spatium deputetur ad sepelienda membra catholicorum ama-  
ta, postquam fuerit benedictum. — *S. Offic.*, 3 aug. 1897.

1463. V. « *Parœciæ suum quæque cœmeterium ha-*  
t, nisi unum pluribus commune ab Ordinario loci sit  
ime constitutum. » — *Cod.*, c. 1208, § 1.

a) *Religiosi exempti*, « possunt habere cœmeterium  
rium, a communi cœmeterio distinctum ». — *Ibid.*, § 2.

b) « *Etiam aliis personis moralibus, vel familiis pri-*  
permitteri potest ab Ordinario loci peculiare sepul-  
t, extra commune cœmeterium positum, et ad instar  
eterii benedictum. » — *Ibid.*, § 3.

1464. **VI. Sepulcra particularia** fideles sibi suis exstruere possunt : « tum in cœmeteriis *parœcialibus*, licentia scripta Ordinarii loci ejusve delegati ; tum in cœmeterio proprio alius *personæ moralis*, ex licentia scripta Superioris ».

Et « de consensu ejusdem Ordinarii aut Superioris possunt quoque ea alienare. — *Cod.*, c. 1209, § 1.

1465. **VII. Sepulcra sacerdotum et clericorum**, fieri potest, « a sepulcris laicorum *separata* sint, ac deo-  
tiorè loco sita ;

» Præterea, ubi id commodum fuerit, alia pro sacerdotibus, alia pro inferioris ordinis Ecclesiæ ministris, parantur ». — *Cod.*, c. 1209, § 2.

Etiam *infantium* corpuscula, « quatenus commode fieri potest, speciales et separatos ab aliis loculos et sepulcra habeant ». — *Ibid.*, 3. — *Cf. Rit. Rom.*, tit. De exsequiis.

1466. **VIII. Actio funeris, et deductio ad cœmeterium, est cæremonia essentialiter ecclesiastica.**

a) Unde fiet modo omnino religioso, et juxta præcepta *Ritualis Romani*, et illis tantum adhibitis pontificibus quæ mœstam hanc decent ecclesiasticam functionem.

b) Non excludit quidem Ecclesia quod in funebri pompa ratio habeatur *dignitatis civilis* aut *munerum defuncto exerciti* ;

Sed « caveant Ordinarii locorum, parochi ac Superiores, ad quos spectat, ne in cœmeteriis epitaphia, laudationes funebres, ornatusque monumentorum quidquam præ se ferant a *catholica religione* ac *pietate* absonum ». — *Cod.*, c. 1211.

1467. **IX. Exhumare** non licet ullum cadaver perfunctæ sepulturæ ecclesiasticæ ubivis traditum, « nisi de licentia Ordinarii ». — *Cod.*, c. 1214, § 1.

« Ordinarius licentiam nunquam concedat si cadaver ab aliis corporibus certo discerni nequeat. » — *Ibid.*,

1468. X. **Cremationem cadaverum** subrogare nonnulli contendunt vetustissimo modo sepeliendi defunctorum cadavera. — *Cf. decretum potestatis civilis in Gallia, 27 apr. 1889, tit. 3.*

a) Locorum autem Ordinarii « *opportune instruendos curent Christifideles circa detestabilem ab usum corpora cremandi, atque ab eo gregem sibi concreditum totis viribus deterreant* ». — *Cf. S. Offic., 19 maii 1886.*

Fidelium enim defunctorum corpora « *sepelienda sunt, reprobata eorum crematione* ». — *Cod., c. 1203, § 1.*

Et « *si quis quovis modo mandaverit ut corpus suum cremetur, illicitum est hanc exsequi voluntatem; quæ si adjecta fuerit contractui, testamento aut alii cuilibet actui, tanquam non adjecta habeatur* ». — *Ibid., § 2.*

b) Non licet *sacramenta morientium ministrare fidelibus qui massonicæ quidem sectæ non adhærent, nec ejus ducti principiis, sed aliis rationibus moti, corpora sua post mortem cremanda mandarunt, si, moniti, hoc mandatum retractare nolint*. — *Cf. n. 1079, e.*

» *Ut vero fiat aut omittatur monitio, serventur regulæ a probatis Auctoribus traditæ, habita præsertim ratione scandali vitandi*. » — *S. Offic., 27 jul. 1892.*

c) Non licet, pro fidelibus quorum corpora non sine ipsorum culpa cremata sunt, *Missæ sacrificium publice offerre. Illud tamen privatim applicare licebit*. — *Ibid.*

d) Nec licet cremationi cadaverum « *formaliter cooperari mandato vel consilio*.

» *Tolerari autem aliquando potest materialis cooperatio, dummodo crematio non habeatur pro signo protestativo massonicæ sectæ; nec aliquid in ipsa contineatur quod per se, directe, atque publice exprimat reprobationem catholicæ doctrinæ et approbationem sectæ; neque constet officiales et operarios catholicos ad opus dstringi vel vocari in contemptum catholicæ religionis*.

» *Ceterum, quamvis in hisce casibus relinquendi sint in bona fide, semper tamen monendi sunt ne cremationi cooperari intendant*. » — *Ibid.*

## ARTICULUS III

## LEGISLATIO CIVILIS QUOAD CEMETERIA ET SEPULTURA

## 1469. I. Des sépultures et des lieux qui leur sont consacrés

a) Aucune inhumation n'aura lieu dans les *églises, temples, synagogues, hopitaux, chapelles publiques*, et généralement dans aucun des édifices clos et fermés où les citoyens se réunissent pour la célébration de leur culte, ni dans l'enceinte des villes et des bourgs. — *Décret du 12 juin 1804 (23 prairial an XII), art. 1.*

Les inhumations ne peuvent avoir lieu dans l'intérieur des hospices, pas même pour les religieuses et les Supérieures qui les desservent. — *Décis. minist., 1862.*

1° L'usage s'est introduit d'inhumer les Evêques et les Archevêques dans leurs cathédrales, et quelquefois les curés dans leurs églises ; mais l'autorisation du Gouvernement est nécessaire. — *Circul. minist., 14 déc. 1831 ; — Conseil d'Etat, des 19 juillet 1872 et 8 août 1873.*

2° Lorsqu'il s'agit d'inhumations dans une chapelle qui n'a pas d'existence légale, il appartient au maire de les autoriser, en exécution des articles 14 et 16 du décret du 23 prairial an XII. — *Décis. du 3 sept. 1868.*

b) Il y aura, *hors des villes et bourgs*, à la distance de 35 à 40 mètres au moins de leur enceinte, des terrains spécialement consacrés à l'inhumation des morts. — *Décret du 12 juin 1804 article 2.*

Un décret du 7 mars 1808 déclare que « nul ne pourra, sans autorisation, élever aucune habitation, ni creuser aucun puits, à moins de 100 mètres des nouveaux cimetières transférés hors des communes ».

Le texte même de ce décret indique bien qu'il ne s'agit que des *nouveaux cimetières* qui seraient transférés hors des villes et des bourgs dans des terrains non bâtis, et que la prohibition n'est pas absolue puisque des autorisations peuvent être accordées. — *Cf. Circul. minist., 6 déc. 1843.*

1° Les terrains les plus élevés et exposés au nord seront choisis de préférence ; ils seront clos de murs, à deux mètres au moins d'élévation. On y fera des plantations, en prenant les précautions convenables pour ne point gêner la circulation de l'air. — *Décret du 12 juin 1804, art. 3.*

2° Pour éviter le danger qu'entraîne le renouvellement trop rap-



roché des fosses, l'ouverture des fosses pour les nouvelles sépultures n'aura lieu que de cinq années en cinq années ; en conséquence, les terrains destinés à former les lieux de sépulture seront cinq fois plus étendus que l'espace nécessaire pour y déposer le nombre présumé des morts qui peuvent y être enterrés chaque année. — *Décrets du 12 juin 1804, art. 6, et du 29 nov. 1889, article 14.*

c) Toute personne pourra être enterrée *sur sa propriété*, pourvu que ladite propriété soit hors et à la distance prescrite de l'enceinte des villes et des bourgs. — *Décret du 12 juin 1804, art. 14.*

1° Le droit des particuliers d'être enterrés sur leurs propriétés n'est pas absolu. Il est subordonné à l'autorisation du maire, sauf recours à l'autorité supérieure en cas de refus. — *Cass., 14 avril 1838, et 11 juillet 1856.*

L'autorisation devra être renouvelée pour l'inhumation d'un nouveau membre de la famille, la loi ne permettant pas la création de cimetières particuliers, même pour l'usage restreint d'une famille.

2° Une communauté quelconque, civile ou religieuse, ne saurait être autorisée, une fois pour toutes, à ouvrir un cimetière particulier destiné à l'inhumation de ses membres.

L'autorisation doit être spéciale, et renouvelée pour chaque personne. — *Avis du Conseil d'Etat du 12 mai 1846 ; — et décision du ministre des cultes, du 1<sup>er</sup> octobre 1851.*

#### 1470. II. De l'établissement, de l'entretien et de la translation des cimetières.

a) « Sont obligatoires pour les communes.... la clôture des cimetières, leur *entretien* et leur *translation* dans les cas déterminés par les lois et les règlements d'administration publique. » — *Loi unic. du 5 avril 1884, art. 133.*

b) « Dans les communes *rurales*, il sera réservé, devant et autour des églises, sur le terrain des anciens cimetières qui seraient fermés ou aliénés, une place et un *chemin de ronde* de dimensions convenables. » — *Conseil d'État, 25 janv. 1807.*

Le ministre des cultes, dans une lettre du 16 mai 1877, reconnaît l'établissement d'un pareil chemin, quand il n'existe pas, comme un motif suffisant d'*expropriation*.

#### 1471. III. Des concessions de terrains dans les cimetières

a) Lorsque l'étendue des lieux consacrés aux inhumations le permettra, il pourra y être fait des *concessions de terrains* aux personnes qui désireront y posséder une place distincte et séparée

pour y fonder leur sépulture et celle de leurs parents ou successeurs, et y construire des caveaux, monuments ou tombeaux. — *Décret du 12 juin 1804, art. 10.*

1° Une concession perpétuelle ne confère pas un droit de propriété, mais un droit d'usage et de jouissance, avec affectation spéciale et nominative. — *Circul. du minist. de l'int., 20 juill. 1841, et 30 déc. 1843.*

2° Une concession perpétuelle ne pourrait être ni donnée ni vendue, ni faire l'objet d'aucune transaction particulière. — *Cassation, 7 avr. 1857.*

3° Les communes n'ont pas la faculté de céder ou d'affermir le droit d'accorder des concessions dans les cimetières. — *Avis du Conseil d'État, 7 sept. 1832.*

4° Les concessionnaires doivent se conformer aux arrêtés des maires qui les concernent, sous peine d'être traduits devant le tribunal de simple police, si, par exemple, ils mettaient une clôture en maçonnerie quand le maire n'a autorisé qu'une simple balustrade. — *Cass., 14 oct. 1843.*

b) Les concessions de terrains dans les cimetières communaux, pour fondations de sépultures privées, seront à l'avenir divisées en trois classes : concessions perpétuelles, concessions trentenaires, concessions temporaires.

1° Aucune concession ne peut avoir lieu qu'au moyen du versement d'un capital, dont deux tiers au profit de la commune, et un tiers au profit des pauvres ou des établissements de bienfaisance.

2° Les concessions trentenaires seront renouvelables indéfiniment à l'expiration de chaque période de 30 ans, moyennant une nouvelle redevance qui ne pourra dépasser le taux de la première.

A défaut de paiement de cette nouvelle redevance, le terrain concédé fera retour à la commune ; mais il ne pourra cependant être repris par elle que deux années révolues après l'expiration de la période pour laquelle il avait été concédé ; et, dans l'intervalle de ces deux années, les concessionnaires, ou leurs ayants cause, pourront user de leur droit de renouvellement.

3° Les concessions temporaires seront faites pour 15 ans au plus, et ne pourront être renouvelées. — *Ordonn. du 6 déc. 1843, art. 3.*

c) En cas de translation d'un cimetière, les concessionnaires ont droit d'obtenir, dans le nouveau cimetière, un emplacement égal en superficie au terrain qui leur avait été concédé ; et les restes qui avaient été inhumés seront transportés aux frais de la commune. — *Ibid., art. 5.*

Après la jurisprudence, la dépense qu'entraîne le *transport des triaux* des tombes est également considérée comme incombant commune.

d) Les concessions, dans le cas où il n'y a point de caveau de terre, ne peuvent recevoir *plusieurs corps*, que si *cinq années* au plus séparent chaque inhumation, ou si les corps ont été placés de manière que la profondeur réglementaire soit observée dans la dernière inhumation. — *Décret du 27 avril 1889, art. 14.*

e) Aux termes des articles 68, § 7, et 69 de la loi municipale du 16 avril 1884, combinés avec le décret du 25 mars 1852, les *délimitations* des conseils municipaux sur le tarif des concessions dans les cimetières sont actuellement soumises à l'*approbation du préfet.*

#### 1472. IV. De la police des cimetières.

a) *La police municipale comprend* : « Le mode de transport des personnes décédées, les inhumations et exhumations, le maintien du bon ordre et de la décence dans les cimetières, sans qu'il soit permis d'établir des distinctions ou des prescriptions particulières à raison des croyances ou du culte du défunt, ou des circonstances qui ont accompagné sa mort ». — *Loi municip. de 1884, art. 97, § 4. — Loi du 15 nov. 1881.*

b) Aucune *inscription* ne pourra être placée sur les pierres tombales ou monuments funèbres, sans avoir été préalablement soumise à l'approbation du maire. — *Ordonn. du 6 déc. 1843.*

Le nom même du défunt et la date de la mort devraient être soumis à l'autorité administrative. Mais en pratique cela ne se fait pas. L'autorité locale pourrait faire effacer une inscription qui est jugée inconvenante.

c) Les *fossoyeurs* sont nommés et révoqués par les maires. — *Minist., 12 juin 1838, 27 juill. 1870.*

Ils sont payés par les communes. — *Avis du conseil d'État, 8 mai 1825.*

d) Sera puni d'un emprisonnement de 3 mois à 1 an, et de 50 francs à 200 francs d'amende, quiconque se sera rendu coupable de *pollution de tombeaux ou de sépultures* ; sans préjudice des peines encourues pour les crimes ou délits qui se seraient joints à celui-ci. — *Code pén., art. 360.*

#### 1473. V. Des funérailles.

a) « Toutes les dispositions légales relatives aux *honneurs funéraires* seront appliquées, quel que soit le caractère des funérailles, civil ou religieux. » — *Loi du 15 nov. 1887, art. 1<sup>er</sup>.*

« Il ne pourra jamais être établi, même par voie d'arrêté, prescriptions particulières applicables aux funérailles en raison leur caractère civil ou religieux. » — *Art. 2.*

b) » Tout majeur ou mineur émancipé, en état de tester, peut régler les conditions de ses funérailles, notamment en ce qui concerne le caractère civil ou religieux à leur donner, et le mode de sa sépulture.

» Il peut charger une ou plusieurs personnes de veiller à l'exécution de ses dispositions.

» Sa volonté exprimée dans un testament ou dans une déclaration faite en forme testamentaire, soit par-devant notaire, soit sous signature privée, a la même force qu'une *disposition testamentaire* relative aux biens ; elle est soumise aux mêmes règles quant aux conditions de la révocation.

» Un règlement d'administration publique déterminera les conditions applicables aux divers modes de sépulture. » — (Ce règlement a été porté par un décret du 28 avril 1889, dont les dispositions trouvent ci-après.)

» Toute contravention aux dispositions de ce règlement sera punie des peines édictées par l'article 5 de la présente loi. » — *Ibid. article 3.*

c) « En cas de *contestation sur les conditions des funérailles* il est statué, dans le jour, sur la citation de la partie la plus diligente, par le *juge de paix* du lieu du décès, sauf appel devant le *président du tribunal civil* de l'arrondissement, qui devra statuer dans les 24 heures. — La décision est notifiée au *maire*, qui est chargé d'en assurer l'exécution. » — *Ibid., art. 4.*

d) « Sera punie des *peines* portées aux articles 199 et 200 du Code pénal, sauf application de l'article 463 dudit Code, toute personne qui aura donné aux funérailles un caractère contraire à la *volonté du défunt*, ou à la décision judiciaire, lorsque l'acte constatant la volonté du défunt ou la décision du juge lui aura été dûment notifié. » — *Ibid., art. 5.*

La *révocation d'un testament* peut être *tacite* lorsqu'elle résulte du manifestement d'un ensemble de faits précis et concordants, démontrant que les dispositions primitives sont inconciliables avec les actes postérieurs du défunt. — *Cf., ex. gr., Trib. civ. de Nîmes, 14 fév. 1902 (R. O. D., V, 603) ; — Cassat., 23 avril 1912 (R. O. D. VII, 208).*

#### 1474. VI. Des pompes funèbres.

a) « Le *service extérieur des pompes funèbres*, comprenant ex

sivement le transport des corps, la fourniture des corbillards, cercueils, tentures extérieures des maisons mortuaires, les voitures de deuil, ainsi que les fournitures et le personnel nécessaires aux inhumations, exhumations et crémations, appartient aux *communes*, en vertu du titre de *service public*. Celles-ci peuvent assurer ce service soit directement, soit par entreprise, en se conformant aux lois et règlements sur les marchés de gré à gré et adjudications en matière de travaux publics. » — *Loi du 28 déc. 1904, art. 2.*

Le *drap mortuaire* qui recouvre le cercueil doit être considéré, malgré le silence de la loi, comme faisant partie du monopole. C'est, en effet, un accessoire du transport qu'exige rigoureusement la décence publique. — *Circ. minist., 25 fév. 1905.*

b) « Les fournitures et travaux mentionnés ci-dessus donnent lieu à la perception de taxes, dont les *tarifs* sont votés par les Conseils municipaux et approuvés par le préfet, ou par décret s'il s'agit d'une ville ayant plus de trois millions de revenus. Dans ces tarifs, aucune *surtaxe* ne peut être exigée pour les présentations et inhumations à l'église ou au temple.

« Le service est gratuit pour les indigents.

« Tous objets non compris dans l'énumération ci-dessus sont laissés aux soins des *familles*. » — *Ibid.*

c) « Le matériel fourni par les communes devra être constitué en vue aussi bien d'*obsèques religieuses* de tout culte que d'*obsèques* dépourvues de tout caractère confessionnel. » — *Ibid.*

d) « Dans les localités où les familles pourvoient directement par les soins de Sociétés charitables laïques, en vertu d'*anciennes coutumes*, au transport ou à l'enterrement de leurs morts, les mêmes coutumes pourront être *maintenues* avec l'autorisation du Conseil municipal et sous la surveillance du maire. » — *Ibid.*

e) L'article 3 de la même loi du 28 décembre 1904 conservait aux Fabriques « le droit exclusif de fournir les objets destinés au service des funérailles *dans les édifices religieux*, et à la décoration intérieure et extérieure de ces édifices ».

Ce matériel a suivi le sort de l'édifice cultuel, et, par application de l'article 1<sup>er</sup> de la loi du 13 avril 1908, il est devenu *propriété de l'État*, des *départements*, ou plus généralement des *communes*. Or, en vertu de l'article 5 de la loi du 2 janvier 1907, les meubles existant dans les églises, comme les églises elles-mêmes, et par conséquent le matériel des pompes funèbres destiné au service intérieur, doivent être laissés *à la disposition exclusive* des fidèles ou ministres du culte.

Le curé serait donc fondé à refuser, par exemple, la délivrance du drap mortuaire pour des obsèques purement civiles. — *Trib. de paix de Houeilles, 21 sept. 1911.*

f) Il résulte des travaux préparatoires de la loi du 9 décembre 1905, article 27, et de ceux de la loi du 28 décembre 1904, que l'intention manifeste du législateur a été, spécialement en ce qui regarde les funérailles, de respecter autant que possible les *habitudes* et les *traditions locales*, et de n'y porter atteinte que dans la mesure strictement nécessaire au maintien de l'ordre.

D'autre part, l'article 1<sup>er</sup> de la loi du 9 décembre 1905 garantit le *libre exercice des cultes*, sous les seules restrictions édictées dans l'intérêt de l'ordre public.

En conséquence, un *arrêté municipal* concernant les convois funèbres doit être *annulé* s'il résulte de l'instruction que dans la commune aucun motif tiré de la nécessité de maintenir l'ordre sur la voie publique ne pouvait être invoqué par le maire pour lui permettre de réglementer les convois funèbres dans les conditions fixées par son arrêté, et, notamment, d'interdire aux membres du clergé, revêtus de leurs habits sacerdotaux, d'accompagner ces convois conformément à la tradition locale. — *Conseil d'État, 19 février 1909 ; 4 mars 1910 ; 12 janvier 1912 (R. O. D., VII, 63).*

#### 1475. VII. Du transport des corps.

a) Sauf la translation à la chambre funéraire, le déplacement d'un cadavre ne peut s'effectuer s'il n'a été autorisé par le *maire* ou par le *sous-préfet*, selon que ce déplacement a lieu dans les limites de la commune ou de l'arrondissement ; dans les autres cas, il doit être autorisé par le préfet du département où a lieu le décès. — *Décret du 27 avril 1889, art. 4.*

Il peut être établi des *chambres funéraires* destinées à recevoir avant la sépulture les corps des personnes dont le décès n'a pas été causé par une maladie contagieuse. — *Ibid., art. 5. — Cf. art. 6, sq.*

b) La loi municipale du 5 avril 1884, article 97, § 4, charge le *maire* de régler le mode de *transport* des corps.

L'arrêté du maire en cette matière peut être annulé ou suspendu par le préfet. — *Ibid., art. 95.*

#### 1476. VIII. De l'inhumation et de l'exhumation.

a) Aucune inhumation ne sera faite sans une *autorisation*, sur papier libre et sans frais, de l'officier de l'état civil, qui ne pourra la délivrer qu'après s'être transporté auprès de la personne décédée pour s'assurer du décès, et que *vingt-quatre heures après le décès*, hors les cas prévus par les règlements de police. — *Code civil, art. 77.*

1° En cas d'épidémie, ou de mort causée par une maladie contagieuse, le maire peut ordonner l'inhumation immédiate, dans l'intérêt de la salubrité publique. — *Loi du 15 nov. 1887, art. 4.*

2° L'officier de l'état civil peut, s'il y a *urgence*, notamment en cas de décès survenu à la suite d'une maladie *contagieuse* ou *épidémique*, ou en cas de décomposition rapide, prescrire, sur l'avis du médecin commis par lui, la *mise en bière immédiate* après la constatation officielle du décès, sans préjudice du droit d'ordonner la sépulture avant l'expiration du délai fixé par l'article 77 du Code civil. — *Décret du 27 avril 1889, art. 1<sup>er</sup>.*

3° Si le décès paraît résulter d'une *maladie suspecte* dont la protection de la santé publique exige la vérification, le préfet peut, sur l'avis conforme, écrit et motivé, de deux docteurs en médecine, prescrire toutes les *constatations* nécessaires, et même l'autopsie. — *Ibid., art. 2.*

b) Ceux qui, *sans l'autorisation préalable de l'officier public*, dans le cas où elle est prescrite, auront fait inhumer un individu décédé, seront *punis* de 6 jours à 2 mois d'emprisonnement, et d'une amende de 16 francs à 50 francs, sans préjudice de la poursuite des crimes dont les auteurs de ce délit pourraient être prévenus dans cette circonstance. — La même peine aura lieu contre ceux qui auront contrevenu de quelque manière que ce soit à la loi ou aux règlements relatifs aux inhumations précitées. — *Code pénal, art. 358.*

c) Les cercueils doivent être déposés dans les *fosses et tranchées*, à une *profondeur* d'un mètre cinquante centimètres au moins.

1° Chaque fosse particulière doit avoir, au minimum, une *largeur* de quatre-vingt centimètres, sur une *longueur* de deux mètres. Pour l'inhumation des *enfants* en bas âge, les fosses peuvent être réduites à un mètre superficiel. — *Décret du 27 avril 1889, art. 12 et 13.*

2° Les fosses seront *distantes* les unes des autres de trente-cinq centimètres au moins. — *Ibid., art. 13.*

3° Dans les inhumations en tranchées, les cercueils doivent être *distantes* les uns des autres d'au moins vingt centimètres. — *Ibid., article 15.*

d) La sépulture dans le cimetière d'une commune *est due* : 1° aux personnes décédées sur son territoire, quel que soit leur domicile ; — 2° aux personnes domiciliées sur son territoire, alors même qu'elles seraient mortes dans une autre commune ; — 3° aux personnes non domiciliées dans la commune, mais y ayant droit à la sépulture de famille. — *Décret du 27 avril 1889, art. 10.*

A défaut de la *famille*, la commune est tenue de pourvoir à la sépulture des personnes *décédées sur son territoire*, sauf à réclamer contre qui de droit le remboursement de la dépense. — *Ibidem* article 11.

e) Les autorités locales sont spécialement chargées de maintenir l'exécution des lois et règlements qui prohibent les *exhumations* non autorisées. — *Décret du 12 juin 1804, art. 17.*

Toute exhumation, autre que celle qui est requise par la police judiciaire, doit être préalablement *autorisée* par le maire. — *Circulaire minist., 10 mars 1856.*

L'exhumation qui n'a pas été préalablement autorisée constitue le délit de violation de sépulture, puni par l'article 360 du Code pénal. — *Cassation, 10 avril 1845.*

Il en est de même d'une exhumation et d'une réinhumation pratiquées contrairement aux conditions de l'autorisation. — *Cassation, 4 déc. 1847.*



## CAPUT VI

DE BONIS ECCLESIAE TEMPORALIBUS  
IN GENERE

ona temporalia, sive *corporalia*, tum immobilia tum mobilia, ve *incorporalia*, quæ, vel ad Ecclesiam universam et Apostolicam Sedem, vel ad aliam in Ecclesia personam moralem pertineant, sunt *bona ecclesiastica*. » — *Cod.*, c. 1497, § 1.  
dicuntur *sacra*, quæ consecratione vel benedictione ad divinum cultum destinata sunt; *pretiosa*, quibus notabilis valor sit, artis vel historiæ vel materiæ causa. » — *Ibid.*, § 2.

## ARTICULUS I

## DE BONORUM ECCLESIASTICORUM ACQUISITIONE

1477. I. **Ecclesia catholica et Apostolica Sedes** « **nam jus habent** libere, et independenter a civili potestate, acquirendi, retinendi et administrandi bona temporalia, ad fines sibi proprios prosequendos ». — *Cod.*, c. 1495, § 1. — *Cf. Syll.*, n. 26.

a) Probatur ex ipso *jure divino*.

Certum enim est, ex divina institutione, Ecclesiam societatem *perfectam*, a qualibet alia societate *independentem*, omnibusque *mediis* instructam quæ necessaria sunt ad finem suum consequendum. — *Cf. n. 19, sq.*

Qui, ad Dei cultum et salutem animarum, ædificanda sunt *templa* et *altaria*, comparanda ornamenta et vasa et aliaque ad divinum cultum spectantia, *alendi* sunt sacerdotes, presbyteri et ministri qui Ecclesiæ inserviant, et qui in litteris et bonis moribus sunt *instituendi*, et alia hujusmodi procuranda: quæ quidem omnia sine *magnis sumptibus* fieri non possunt.

ergo Ecclesia, ex sua constitutione, et Divini Fundamenti voluntate, jus habet, *independentem a societate civili*, ad omnia sive bona stabilia et frugifera sibi comparandi, acquirendi ac possidendi, ut quæ ad faciendos sumptus

necessaria sunt ea in prompta habeat. — *Soglia, Instit. juris publici, p. 2, § 69.*

Ideo, quamvis Ecclesia, in acquirendis bonis temporalibus, facile quoad modos *de facto* sequatur leges in foro civili vigentes, tamen stricto jure ad observandas istas leges *vi legum civilium* non obligatur.

2<sup>o</sup> Ipse *Christus*, cum hanc societatem instituit, ei communia bona esse voluit, hoc est pecuniam fidelium oblationibus collectam, habuitque *oculos* cum quibus Apostolis, discipulis, pauperibus opitularetur. — *Marc., vi, 37*; — *Luc., ix, 13*; — *Joan., vi, 8*; *xii, 6*; *xiii, 29*.

Christi exemplum secuti sunt Apostoli eorumque successores. — *Cf. Act. ii, 44*; *iv, 34*; *v, 2*; — *I Cor., ix, 9-14*.

#### b) Probatur ex perpetua Ecclesiae praxi.

Hoc enim jure acquirendi et possidendi bona temporalia Ecclesia *semper usa est*. — *Cf. conc. Lugd. II an. 1274, can. 12*; — *et Trid., sess. 22, cap. 11, De reformatione*.

Vel itaque dicendum est Ecclesiam in errorem injustitiæ et usurpationis lapsam fuisse, vel fatendum jus ei esse seu potestatem a Deo traditam, temporalia bona, etiam contra Principum voluntatem, acquirendi ac possidendi.

Ideo Pius IX, in allocutione consistoriali *Quibus luctuosissimis 5 sept. 1851*: » *Omni studio et contentione vindicandum ac tuendum curavimus jus quo Ecclesia pollet, acquirendi scilicet et possidendi quæcumque bona stabilia et frugifera, veluti innumeris prope conciliorum acta, et SS. Patrum sententiæ et exempla, et Prædecessorum Nostrorum constitutiones apertissime loquuntur sapientissime docent ac demonstrant* ».

Et in *Syllabo*, præter propositionem 26 modo citatam, damnatum quoque est propositio quæ legitur sub numero 27: « *Sacri Ecclesie ministri, Romanusque Pontifex, ab omni rerum temporalium cura ac dominio sunt omnino excludendi* ». — *Cf. Wernz, Jus decret. tom. 3, n. 134, sq.*

1478. II. Unde « *Ecclesie jus quoque est, independens a civili potestate, exigendi a fidelibus quæ ad cultum divinum, ad honestam clericorum aliorumque ministrorum sustentationem, et ad reliquos fines sibi proprios sint necessaria* ». — *Cod., c. 1496.*

a) Ex dictis sequitur liberum perfectumque ejus Ecclesie lædi, si *potestas civilis* facultatem colligendi pias fidei oblationes *suis legibus* subiciat, aut forte *licentiam* colligendi eleemosynas vel acceptandi pia legata deneget.

En France, aucun texte de loi « n'interdit aux ministres d'un culte de réclamer et de recevoir une *rétribution* pour les frais de culte » ; l'article 31 de la loi du 9 décembre 1905 « les y autorise au moins *implicitement*, en prohibant seulement d'obtenir une rétribution de cette nature à l'aide de certains moyens portant atteinte à la liberté des personnes sollicitées ». — *Trib. civil de Bazas, 23 nov. 1909 (R. O. D., V, 116)*.

b) Potest Episcopus sub gravi parochos *adigere* ad colligendas, vel *per se*, vel *per alium*, fidelium oblationes, et, contra monitiones, pœnis canonicis inobedientes prosequi.

*C. Conc., in Carcassonen., 29 apr. 1911 (Acta, III, 277)*.

« Le Saint-Père reconnaît la nécessité de cette organisation (*Dever du culte*).... Toutefois, il tient à ce que l'on procède dans une sage manière avec la plus grande délicatesse, en évitant absolument tout ce qui pourrait avoir même l'apparence de  *vexation* ou *fiscalité*. »

Il « ne s'oppose pas à ce que, pour les cérémonies des funérailles des mariages, on réserve aux seuls paroissiens participants de l'œuvre du Denier les *honneurs de surcroît*, c'est-à-dire la pompe qui classe ces cérémonies ». — *Epist. card. Merry del Val ad Episcopos Galliarum, 8 oct. 1907*. — *Cf. ex. gr., Instruct. R. D. Marty, episc. Pontis Albani (R. O. D., V, 156)*.

c) « Vetantur *privati*, tam clerici quam laici, sine auctoritate Apostolicæ aut proprii Ordinarii et Ordinarii loci oblationes, in scriptis data, *stipem cogere* pro quolibet pio aut ecclesiastico instituto vel fine. » — *Cod., c. 1503*.

1479. III. « **Etiam ecclesiis singularibus, aliisque personis moralibus** quæ ab ecclesiastica auctoritate in *juridicam personam* erectæ sint, jus est, ad normam sacrorum canonum; bona temporalia acquirendi, retinendi et administrandi. » — *Cod., c. 1495, § 2*.

Et illud possunt « omnibus justis modis, juris sive naturalis sive positivi, quibus id aliis licet ». — *Cod., c. 1499, § 1*.

Ideo in canonibus qui sequuntur, nomine *Ecclesiæ* significatur

« non solum Ecclesia universa aut Sedes Apostolica, sed etiam quælibet persona moralis in Ecclesia, nisi ex contextu sermonis vel ex natura rei aliud appareat ». — *Cod.*, c. 1498.

1480. IV. Præscriptionem, tanquam acquirendi et liberandi modum, prout est in legislatione civili respectu nationis, « Ecclesia pro bonis ecclesiasticis recipit, salvo præscripto canonum qui sequuntur ». — *Cod.*, c. 1500.

a) « Præscriptioni *obnoxia non sunt* :

» 1<sup>o</sup> Quæ sunt *juris divini*, sive naturalis sive positivæ  
 » 2<sup>o</sup> Quæ obtineri possunt ex solo privilegio apostolico  
 » 3<sup>o</sup> Jura *spiritualia*, quorum laici non sunt capaces

si agatur de præscriptione in commodum laicorum ;

» 4<sup>o</sup> *Fines certi* et indubii provinciarum ecclesiasticarum, diocesium, parœciarum, vicariatuum apostolicorum, præfecturarum apostolicarum, abbatiarum vel prælaturarum *nullius* ;

» 5<sup>o</sup> Eleemosynæ et onera *Missarum* ;

» 6<sup>o</sup> *Beneficium* ecclesiasticum sine titulo ;

» 7<sup>o</sup> *Jus visitationis et obedientiæ*, ita ut subditi a nulli Prælato visitari possint et nulli Prælato jam subsint

» 8<sup>o</sup> *Solutio cathedratici*. » — *Cod.*, c. 1509.

b) Res sacræ quæ in dominio privatorum sunt « præscriptione acquiri a privatis personis possunt, quæ tamen eas adhibere nequeunt ad profanos usus ;

» Si vero consecrationem vel benedictionem *amiserint* libere acquiri possunt, etiam ad usus profanos, non tamen sordidos ». — *Cod.*, c. 1510, § 1

c) « Res sacræ, quæ in dominio privatorum *non sunt* non a persona privata, sed a persona morali ecclesiastica contra aliam personam moralem ecclesiasticam præscribi possunt. » — *Ibid.*, § 2.

d) Res immobiles, mobiles pretiosæ, jura et actiones, sive personales sive reales, quæ pertinent ad Sedem Apostolicam, « spatio *centum annorum* præscribuntur ». — *Cod.*, c. 1511, § 1.

Quæ ad aliam personam moralem ecclesiasticam, « spatio *triginta annorum* ». — *Ibid.*, § 2.

e) Nulla valet præscriptio « nisi *bona fide* nitatur, non solum initio possessionis, sed toto possessionis tempore ad præscriptionem requisito ». — *Cod.*, c. 1512.

1481. V. Sive per actum inter vivos, sive per actum mortis causa, bona relinquere potest ad *causas pias* quicumque « ex jure naturæ et ecclesiastico libere valet de iis bonis statuere ». — *Cod.*, c. 1513, § 1.

a) « Voluntates fidelium facultates suas in pias causas donantium vel relinquentium, sive per actum inter vivos, sive per actum mortis causa, *diligentissime impleantur* etiam *circa modum* administrationis et erogationis bonorum, salvo præscripto can. 1515, § 3. » — *Cod.*, c. 1514. — *Cf. n. 1482, b.*

« Qui legatum vel donationem ad causas pias, sive actu inter vivos sive testamento, etiam per fiduciam, obtinuerit et *implere negligat*, ab Ordinario, etiam per censuram, ad id cogatur. » — *Cod.*, c. 2348.

b) In ultimis voluntatibus in bonum Ecclesiæ « seruentur, si fieri possit, sollemnitates *juris civilis*; hæ si *missæ* fuerint, heredes moneantur ut testatoris voluntatem adimpleant ». — *Cod.*, c. 1513, § 2.

Nam quæ quis ad causas pias jusserit per ultimam voluntatem de qua *certo constat*, et generatim liberalitates in bonum Ecclesiæ, valent licet sollemnitates *juris civilis* servatæ non sint.

Revera, piæ causæ ad Ecclesiam pertinent, ejusque jurisdictioni subjacent; porro, Ecclesia *immunis* est a potestate civili in omnibus iis quæ jurisdictioni suæ directe subsunt.

1482. VI. « Ordinarii omnium piarum voluntatum *inter vivos* etiam mortis causa quam inter vivos executores sunt. » — *Cod.*, c. 1515, § 1; — *Trid.*, xxii, 8, de ref.

a) Hoc ex jure « Ordinarii *vigilare* possunt, ac debent, etiam per *visitationem*, ut piæ voluntates impleantur; et alii executores delegati debent, perfuncti munere, illis *reddere rationem* ». — *Ibid.*, § 2.

b) « Clausulæ huic Ordinariorum juri contrariæ, ultimis voluntatibus adjectæ, *tanquam non appositæ* habeantur. » — *Ibid.*, § 3.

1483. VII. « **Clericus vel religiosus qui bona ad pias causas fiduciarie accepit, sive per actum inter vivos, sive ex testamento :**

a) » Debet de sua fiducia *Ordinarius certiore red- dere*, eique omnia istiusmodi bona, seu mobilia seu immo- bilia, cum oneribus adjunctis indicare ; quod si donator id expresse et omnino *prohibuerit*, fiduciam ne acceptet. » — *Cod., c. 1516, § 1.*

b) « *Ordinarius debet exigere ut bona fiduciaria in tuto collocentur, et vigilare pro executione piæ voluntatis ad normam can. 1515.* » — *Ibid., § 2.*

c) « *Bonis fiduciariis alicui religioso commissis, si quidem bona sint attributa loci seu diœcesis ecclesiis, incolis aut piis causis juvandis, Ordinarius, de quo supra, est loci Ordinarius ; secus, est Ordinarius ejusdem religi- osum proprius.* » — *Ibid., § 3.*

## ARTICULUS II

### DE SUBJECTO DOMINII ECCLESIASTICI

Quandiu *unum* erat bonorum ecclesiasticorum *ærarium*, eorum- dem proprietas ad S. Pontificem et ad Episcopos procul dubio per- tinebat. Sed cum deinceps, fide christiana latius propagata, diœ- ceses, ecclesiæ parœciales, diversaque loca pia et religiosa exoriri cœpissent, communis bonorum massa *in partes divisa* et sua *cui- que Instituto* pars attributa est. — Ideoque,

1484. I. **Penes ipsa loca pia ac religiosa, tanquam personas juridicas, dominium proximum et immediatum est bonorum quæ eisdem sunt respective tradita ; et improprie dicitur illud ad solum *Romanum Pontificem* aut etiam ad solum *Deum* spectare.** — *Cf. Cod., c. 1499, § 2.*

a) Nec obstat quod res a fidelibus in Dei cultum erogatæ, *res Dominicæ, Deo sacratæ, patrimonium Christi* appellentur, quia ad Dei honorem et cultum sunt omnia bona ecclesiastica, tanquam ad *finem ultimum*, referenda ; nam aliud hic quæritur, nempe quis sit earum rerum dominus.

b) *Summus ipse Pontifex nonnisi altum quoddam dominium*

abet in eadem bona, nēp̄e jus supremæ dispensationis, vi cuius potest, non arbitraria quidem voluntate, sed id exigente necessitate et magna utilitate ecclesiarum, ea transferre, alienare aut etiam iudicis cedere.

c) Pariter bona ecclesiastica non omnino subtrahuntur auctoritati *Episcopi* quoad suam diœcesim; sed illius auctoritatis exercitium non supponit proprietatem illorum bonorum, et nihil aliud includit quam actum administrationis. — *De Brabandère, Juris an. Compendium, n. 877; Wernz, loc. cit., n. 137.*

1485. II. **Diviso territorio personæ moralis ecclesiasticæ** ita ut, vel illius pars alii personæ morali uniatur, vel distincta persona moralis pro parte dismenbrata erigatur, etiam *bona communia* quæ in commodum totius territorii contractum fuerat, ab auctoritate ecclesiastica cui divisio competat, cum debita proportione, ex bono et æquo *dividenda* salvis piorum fundatorum seu oblatoꝝ voluntatibus, juribus legitime quæsitis, ac legibus peculiaribus quibus persona moralis regatur ». — *Cod., c. 1500.*

1486. III. **Exstincta persona morali ecclesiastica,** ejus bona fiunt personæ moralis ecclesiasticæ *immediate superioris*, salvis semper fundatorum seu oblatoꝝ voluntatibus, juribus legitime quæsitis, atque legibus peculiaribus quibus exstincta persona moralis regebatur ». — *Cod., c. 1501.*

a) Quamvis enim fortasse in quodam casu *deficere* possit *subjectum particulare* juris dominii, tamen horum bonorum dominium non ad *Fiscum* transit, sed, vel ad *Sedem Apostolicam*, vel ad aliud *subjectum ecclesiasticum* immediate competens, quando fundator in limine fundationis aliud quoddam *subjectum* expresse non substituit. Nam *finis* bonorum alicujus Instituti ecclesiastici est *duplex*: unus est *generalis*, vi cuius bona illa Ecclesiæ, vel Sedi Apostolicæ, vel diœcesi, vel Ordini religioso servire debent; alter est *specialis*, quæ servetur bonis temporalibus particulare illud Institutum. Jam vero, cessante fine particulari, non cessat finis generalis; ergo bona illa manent Ecclesiæ adscripta, nec ulla ratione a Fisco occupari possunt. — *Wernz, Jus decret., tom. 3, n. 144.*

b) Id potissimum valet si hujusmodi bona prove-  
niant ex *destructione*, per ipsam potestatem civilem, per  
*sonæ juridicæ* cui jus proprietatis inhæserat.

Quod evenit in *Gallia* quando, iniqua vexatione, Sodales *Religio-  
sarum Congregationum* e suis claustris ejecti sunt : et iterum quando  
sub prætextu Separationis, *Instituta omnia ecclesiastica* juridican-  
bonorum suorum possessionem amiserunt.

## ARTICULUS III

### DE INVIOLABILITATE BONORUM ECCLESIASTICORUM

1487. I. **Invasio bonorum ecclesiasticorum sacrile-  
gum latrocinium est.**

a) Est *latrocinium* ; — nam res in dominio pleno ali-  
cujus posita, non potest, invito domino, usurpari et deti-  
neri sine injustitia ; et ista violatio juris alieni perdura-  
donec res domino non restituta fuerit.

b) Et quidem *sacrilegum* ; — nam bona ecclesiasticæ  
sunt Deo dicata, in finem sacrum tradita, in ditione sociæ  
tatis spiritualis posita, et, demum, ad usus sacros appli-  
cata. — *Cf. Pii IX alloc. consist., 5 sept. 1851.*

1488. II. **Ex benigna Ecclesiæ concessione**, bona ec-  
clesiastica quæ a *Gubernio Gallico*, in fine sæculi XVIII  
usurpata ac occupata fuerant, ac postmodum, hoc est  
tum ante, tum post Concordatum an. 1801 *divendita sunt*  
vel forte in posterum *dividentur, jure ac pacifice retineri  
possunt* ab iis omnibus qui ea sibi compararunt aut forte  
comparant.

a) Nam Sanctitas sua, pro pacis bono, felicique religionis res-  
titutione, declaravit « eos qui bona Ecclesiæ alienata acquisiverunt  
*molestiam nullam habituros*, neque a Se, neque a Romanis Pont-  
ficibus successoribus suis ; ac, consequenter, *proprietatem* bonorum  
reditus ac jura iis inhærentia, immutabilia penes ipsos fore atque  
ab ipsis causam habentes ». — *Art. 13 hujus Conventionis.* — *C.  
responsionem S. Pœnit., 20 mart. 1848.*

b) Quoad bona vero quæ *post conventionem* divendita fuerunt  
tum Pius VII, litteris ad Episcopum Pictaviensem directis, an



1821, tum Gregorius XVI, litteris ad Episcopos Belgii, 16 sept. 1833 datis, satis explicitè dixerunt « memoratum art. 13 *ampliari et extendi* ad alia quælibet ex occupatis, ut supra, bonis quæ, sive post conventionem illam alienata a Gubernio sunt, sive adhuc apud Gubernium ipsum remanent ».

1489. III. « **Si quis bona ecclesiastica cujuslibet generis, sive mobilia sive immobilia, sive corporalia sive incorporalia, per se vel per alios in proprios usus convertere et usurpare præsumperit, aut impedire ne eorum fructus seu redditus ab iis ad quos jure pertinent percipiantur, excommunicationi tandiu subjaceat quoad bona ipsa integre restituerit, prædictum impedimentum remove- rit, ac deinde a Sede Apostolica absolutionem impetraverit;** »  
 » Quod si ejusdem ecclesiæ seu bonorum patronus fuerit, etiam *jure patronatus* eo ipso privatus existat ;

» Clericus vero, hoc delictum committens vel in eodem consentiens, *privetur* præterea beneficiis quibuslibet, ad alia quælibet *inhabilis* efficiatur, et a suorum ordinum executione, etiam post integram satisfactionem et absolutionem, sui Ordinarii arbitrio *suspendatur.* » — *Cod., an. 2346.* — *Cf. Trid., xxii, 11, de ref.*

a) Verbum *usurare* accipitur pro actione qua quis rem alienam sibi adscribit tanquam *propriam*, seu tamquam sibi debitam, licet sciat ad alium eam pertinere. Ideo *fures* surripientes res ecclesiæ, vel locorum piorum, non currunt excommunicationem ; neque qui debita non solvunt, licet possint.

Sed « *Députati et Senatores* Galliæ qui votis suis legem *Separationis* constituerunt, subjacent, ipso facto, excommunicationi latæ sententiæ ». — *S. Pœnit., 20 maii 1908.*

b) In eandem censuram incidunt *emptores* bonorum ecclesiasticorum de quibus agitur : tum quia emptores bona ejusmodi *in suos usus* convertunt, sub colore contractus, cum noscant usurpatorem neque dominum eorum esse, neque legitimum administratorem ; tum quia definiti juris est, ex decret. S. Officii, 8 jul. 1874. — *Cf. resp. Pœnit., 8 mart. 1906.*

Ideo, ementes bona Religiosorum a fisco vendita, incidunt in

hanc excommunicationem. — *Sacra Pœnitentiaria, 21 maii 1897.*

Idem dicendum ess de iis qui bona quæcumque ecclesiastica, a Gubernio civili post legem Separationis usurpata, *emunt* ut in *proprios usus* convertant, aut titulo *donationis* vel hæreditario jure detinent.

Attamen, cum *assensu legitimi possessoris* liceret hæc bona emere, ut iterum ab ecclesiasticis vel piis Institutis occupentur.

c) Excommunicationem non incurrunt civitatis Consilarii, eorumque Major, qui bonum quoddam ecclesiasticum, non in proprios, sed *in communes urbis usus* acquirunt. — *S. Pœnit., ad Episc. Atrebaten., 3 jan. 1906.*

Et Sancta Sedes petentibus Episcopis *facultatem concessit* permittendi, ut sive consilarii municipiorum, sive administratores Institutorum vel Societatum quæ pauperes aut infirmos juvant *acceptare valeant*, aliquo etiam posito actu, bona ecclesiastica iisdem Municipiis vel Societatibus vi legum civilium devoluta, dummodo, ad removendum scandalum, sua agendi ratione sufficienter ostendant se eas leges non approbare, ac insuper caute, et in foro conscientiæ, promittant se, mutatis circumstantiis, et Episcopo reclamante, dicta bona ex æquo et bono *restituturos*, et interim curaturos ut ipsa bona *impendantur* in usum, quantum fieri poterit eorum destinationi consentaneum. — *S. Pœnit., 23 jun. 1908.*

d) Ex decisione S. Pœnitentiariæ, qua omne dubium sublatum est, etiam *locatarii* qui, conductione inita cum administratore civili, aut cum alio illegitimo detentore, bona ecclesiastica occupant, *excommunicationem* incurrunt, et ad restitutionem, juxta normas a Theologis traditas, tenentur. — *S. Pœnit., 5 aug. 1907.*

Verumtamen locatores bonorum ecclesiasticorum a Gubernio usurpatorum præfatam censuram, jam a concilio Tridentino latam non incurrunt « nisi damnum inde Ecclesiæ obveniens, spatio unius aut plurium annorum, juxta prudentis Confessarii judicium, *notabilem quantitatem attingat*, majorem sane quam quæ regulariter satis sit ad gravitatem injustæ damnificationis ». — *S. Pœnit. 8 feb. 1911, ad Episc. Viridunen.*

e) *Liquidatores*, quatenus nomine Gubernii bona usurpata administrant, eorumque venditionem procurant, non incurrunt censuram nisi partem bonorum immobilium sibi retineant. — *S. Pœnit., 5 aug. 1907, ad 2.*

gitur, a fortiori, hæc pœna non attingit eos qui minus principa-  
r cooperantur, ex. gr. Notarios, scribas, etc. — *S. Pœnit., ad  
sc. Suessionen., 17 sept. 1906.*

f) An *cooperatio materialis* sit aliquando *licita*, quæs-  
ad disciplinam canonicam non spectat, ejusque defini-  
ad *Theologos* remittenda est. — *Cf. declarat. Sacræ  
penitentiariæ, 26 jun. 1867.*

Ex. gr., tolerari potest ut Gubernii Officiales munus *Administra-  
s Sequestri*, ut dicunt, acceptent, si recusare nequeant absque  
iculo amittendi officium, propriæ sustentationi et familiæ neces-  
ium, aut aliud *grave damnum* sustinendi, dummodo admiratio  
ilium amoveatur, quod quomodo faciendum sit, Ordinarii erit  
nrire. — *S. C. Neg. extr., an. 1906.*

1490. IV. **Attentis specialibus circumstantiis in qui-  
s nunc Ecclesia catholica in Gallia versatur, fidelium  
rituali bono consulere cupiens, in iis quæ bonorum ec-  
siasticorum alienationem respiciunt, S. P. Pius X fa-  
tates quæ sequuntur illius nationis Ordinariis conce-  
re dignatus est :**

#### A. — FACULTATES DE BONIS IMMOBILIBUS

##### I.

1. *Admittendi* ad æquam compositionem, juxta normas quæ  
untur, christifideles qui bona immobilia Ecclesiæ erepta sine  
dem Ecclesiæ venia acquisierunt, vel acquisita alienaverunt ; et  
dictorum hæredes et quoscumque successores.

2. Procedat Ordinarius, in compositione facienda, de intelli-  
ia aliorum Ordinariorum, si quorum intersit, et de consensu  
im qui respectivas causas pias canonicè repræsentant; aliorum-  
canonicè interesse habentium.

3. In quantitate æquæ compositionis determinanda, conside-  
tur : a) fundorum valor realis eo tempore quo compositio ini-  
b) pretium emptionis ; c) præsens oratorum status ; d) id  
uo ipsi oratores cum damno Ecclesiæ ditiores facti sunt ; e) onera  
quorum, si adsint, præcipue ratio habenda est.

Quoad vero eorundem onerum redemptionem, condonationem  
eductionem, quatenus opus fuerit, provisum est in sequenti n. 17

4. Benignior esse potest compositio si pretium solutum, citra  
am emptoris, superet præsentem valorem fundorum, et pro

hæredibus eorum qui bona ecclesiastica ut supra injuste possederunt, sed alias causas pias fundaverunt aut juvarunt.

» 5. Ordinarius, quando agitur de fundis in quibus aliqua sit ecclesia, vel agitur de rebus sacris mobilibus, oratores oratione moneat de obligatione qua tenentur faciendi, sub directione Ordinarii pro tempore, quod poterunt pro sacrarum ædium et templorum conservatione, et res sacras nunquam in usus profanos convertendi seu deputandi, idque debitis modis notificandi suis hæredibus et successoribus.

» 6. Pecuniæ verò summas ex compositione acceptas, etiã tenuerit ipse Ordinarius quamprimum et quam tutissime possit, favore causarum piarum ad quas de jure pertinent, in titulos liberos (*valeur au porteur*) quos viri competentes tutos agnoverint, investire et administratum S. Sedis conservare satagat; neque alienet sine ejusdem venia, neque commutet nisi urgeat necessitas et tempus non superpetas recurrendi ad S. Sedem.

» Quod si supradictæ summæ pertineant ad causam piam alterius diocesis, transmittendæ erunt ad ejusdem Ordinarium.

» Si eadem pertineant ad Ordines vel Congregationes religiosas requiritur, ut eis tradi possint, venia S. Sedis in singulis casibus.

» Quod si summæ spectarent ad causam piam jam extinctam vel ad ecclesiam in qua divina officia amplius celebrari non valeant Ordinarius ipsarum fructus impendat in bonum alterius causæ piæ præsertim ecclesiarum, presbyterorum et clericorum pauperum prout melius in Domino judicaverit, celebratis tamen Missis, ceteris persolutis suffragiis, si quæ præfinita fuerint.

» 7. Nullum documentum peractæ compositionis cuiquam tradatur; quod si illud omnino exigatur, Episcopus iis qui se composuerunt, poterit in scriptis id tantum declarare: *eos omni obligatione conscientiæ erga Ecclesiam ratione fundorum, etc., exemptos et solutos esse.*

» 8. Ad compositionem Ordinarius admittere poterit etiã fideles qui, juxta leges civiles, per actionem recuperationis (*action en reprise, en revendication, en révocation ou en résolution*) in utilitate propriam vindicarunt bona, sive immobilia sive mobilia, Ecclesiæ donata pro legatis piis adimplendis, quoties vindicata bona ex integro Ecclesiæ restituere nequeant.

## II.

» 9. *Abscivendi*, Apostolica auctoritate, sive per se sive per aliam idoneam ecclesiasticam personam, ad hoc in singulis casibus subdiligendam, oratores in præmissis culpabiles, postquam ut supra s

composuerint, a censuris et pœnis ecclesiasticis in quas propterea quomodolibet inciderint, cum congrua pœnitentia salutari et reparatione scandali, meliori quo fieri poterit modo, prudenti iudicio solventis.

10. Qui ob paupertatem compositionem inire nequeunt, absolvi debent cum obligatione ut, si ad meliorem conditionem devenierint, Ecclesiæ satisfaciant, ac interim scandalum removeant.

Item qui statim nequeunt statutam compositionem solvere, si obligationem emittant de ea opportuno tempore solvenda; remoto interim scandalo.

11. Ordinarius moneat confessarios ut, si ad pœnitentes in periculo mortis constitutos et in præmissis culpabiles vocentur, prudenter compositionem urgeant; quod si hæc obtineri nequeat, vel non sit tempus non suppetit, vel ob alias rationabiles causas, satisfaciant si ægrotus eam hæredibus imponat, vel serio promittat eam solviturum si convaluerit, remoto scandalo.

12. Ordinarius confessariis sibi benevisis, tempore quadragesimæ, vel sacrarum missionum, vel urgente paschali præcepto, facultatem concedere poterit absolvendi eos qui compositionem statim inire nequeunt, dummodo iidem serio promittant se, intra duos menses ab accepta absolutione, recursum habituros ad Ordinarium pro obtinenda compositione, remoto interim scandalo.

### III.

13. *Permittendi* christifidelibus ut bona Ecclesiæ acquirere possint, remoto scandalo, et ea conditione ut statim ad compositionem, ut supra faciendam, deveniant.

14. Si agatur de bonis ad Ordinem vel Congregationem relevantibus, requiritur consensus Superiorum ejusdem Congregationis.

15. Exceptas tamen voluit Sanctitas Sua ecclesias, seminaria non domus episcopales et parochiales, pro quibus emendis ad sedem recurrendum erit in singulis casibus.

16. Ordinarius permittere poterit (imo suadeat) ut fideles, qui in talibus leges civiles jus habent, actionem recuperationis (*action en reprise, en revendication, en révocation ou en résolution*) exerceant, hoc ut pia onera juxta mentem fundatorum adimpleri possint. Datur autem Ordinario facultas concedendi oratoribus partialem missionem bonorum recuperatorum, quoties speciales circumstantiæ in aliquo casu occurrant quæ, juxta prudens ejusdem Ordinis iudicium et conscientiam, id exigant.

## IV.

» 17. *Indulgendi* iis qui super bonis quibuscumque habent imposita legata pia vel Missarum onera, ut ea redimere valeant data summa, cujus fructus quotannis redditus sufficientes ac tutos praebent pro integro eorundem onerum adimplemento. Quod si aliquando condonatio, ex toto vel ex parte, si eis satisfactum non fuerit, vel redemptio pro futuro, sive ad tempus sive in perpetuum, concedenda videatur, id Ordinarius facere poterit, omnibus tamen circumstantiis et causis consideratis et perpensis. »

## B. — FACULTATES DE REBUS MOBILIBUS ET CONDUCTIONIBUS

« Insuper eadem Sanctitas Sua praeaudatis Ordinariis infrascriptis concedit facultates, quibus, sive per se sive per vicarium in spiritualibus generalem, sive per alias idoneas ecclesiasticas personas, ad hoc, etiam habitualiter, specialiter subdelegandas, ut licite et libere valeant :

## I.

» 18. *Indulgendi* christifidelibus ut res annonarias, fructus terrarum, res mobiles, vel inter mobiles adnumerandas, ad ecclesias aut loca pia spectantes, et a Gubernio usurpatas, acquirere licite valeant, remoto prudenter scandalo, atque erogata aliqua elemosina favore praesertim ecclesiarum seu personarum ad quas res ipsae spectabant, ab Ordinario sive a subdelegato taxanda, quatenus emerint pretio quod iudicio Ordinarii aut subdelegati fuerit minus justo : ita tamen ut, si agatur de rebus quae non sint usu consumptibiles, sive quae servando servari possint, earum rerum elenchum Ordinario tradere emptores teneantur, et parati sint eas quando cumque ecclesiis, seu locis piis, recepto soluto pretio, restituere et curando pro viribus ut suppellectiles, vasa ac utensilia sacra, in usum aliarum ecclesiarum transferantur, nec in usus profanos assumantur.

## II.

» 19. *Providendi*, sub iisdem conditionibus ut supra, et praevia eorum absoluteione cum congrua poenitentia salutari, iis qui easdem res jam emerint.

## III.

» 20. *Indulgendi* pariter christifidelibus, ut bona ecclesiastica

ubernio occupata, vel ab iis qui a Gubernio illa acquisierunt sine entia S. Sedis, conducere, seu jam conducta retinere valeant, posita illis aliqua eleemosyna favore personarum seu ecclesiarum quas eadem bona de jure pertinent, quatenus conduxerint etio quod judicio Ordinarii seu subdelegati fuerit minus justo, et obligatione faciendi quantum poterunt, sub directione Ordinarii, ad conservationem præsertim sacrarum ædium ac templorum quæ eadem bonis fuerint adnexa, ac prævia absolutione cum pœnitentia utari quatenus illicite conduxerint, nec non remoto ac reparato andalo.

» 21. Quamvis autem optandum maxime sit ut hujusmodi conductes ad breve tempus fiant, Sanctitas Sua declarat non obstare dominus, sie jubente Gubernio seu locatore, conductio fiat ultra annuum, sed tamen infra decennium.

» 22. Vult autem SSmus Pater ut locationes ecclesiarum, semiorum, domorumque episcopalium et parochialium, permitti neant nisi in casibus necessitatis vel evidentis Ecclesiæ utilitatis.

» Contrariis quibuscumque minime non obstantibus. » — *Ex Secretaria Status, 24 sept. 1907.*

Nihil autem timendum est « ne, ex æqua compositione iustis honorum Ecclesiæ detentoribus concessa, ipsius ecclesiæ jura in se pessumdentur seu minuantur.

» Primum enim, per hujusmodi compositionem nullatenus relevantur præcipui spoliatores seu auctores iniquarum rerum quarum vi honorum Ecclesiæ direptio et alienatio consummata fuit.

» Deinde tantum abest ut ea compositio obligationem restituendi pro ipsis injustis detentoribus vel diffidatur vel solum dissimulet, ut eam potius præsupponat, que ostendat in Ecclesia jus plene vigens eam exigendi, quidem, qui per benignam compositionem alicujus rei partem condonat, eo ipso ostendit omnimodam sibi esse facultatem de ea re libere disponendi ; qui autem compositionem petit vel solummodo acceptat, debitum suum manifeste recognoscit et profitetur....

» Recolendum quoque est censurarum finem non esse tantam criminis vindictam, sed præcipue resipiscentiam dequentium. » — *S. Pœnit., 16 jan. 1909 (Acta, I, 239).*

## ARTICULUS IV

## DE IMMUNITATE BONORUM ECCLESIASTICORUM

1491. **I. Bona ecclesiastica regulariter sunt immunita ab oneribus civilibus**, eo quod eximantur a Status jurisdictione ea omnia quæ *divino cultui* quomodocumque sunt addicta. — *Cf. n. 19, sq.*

a) Olim hæc immunitas realis eximebat, a quacumque *taxa* vel tributo, omnia bona quomodocumque ad *Ecclesiam*, imò a patrimonio *Clericorum* pertinentia.

Et hæc immunitas neque ab ipsis Clericis per spontaneam obligationem poterat violari; nam « iis quæ *jure publico* statuta sunt non potest pactionibus *privatorum* obviari ».

b) Cavebatur autem a jure ecclesiastico quod loca pia et clerici *succurrerent* extraordinariis Statuum necessitatibus, recepta venia et probata causa ab Episcopo vel a Romano Pontifice. — *Cap. 3 et 7, De immunitate ecclesiarum. — De Angelis, in eundem titulum, num. 3.*

1492. **II. Per plura sæcula societates christianæ legem hanc, seu privilegium, libenter susceperunt**, quamvis non defuerint casus violationis, prout in humanis aliquando accidit.

Verum, instante spiritu rebellionis et odii contra Ecclesiam, bona pertinentia ad clericos, ecclesias et loca pia *subjecta sunt iisdem fere taxis* ac gravaminibus quibus bona laicorum subdebantur. — *De Angelis, l. c., n. 4.*

1493. **III. Hodie**, pro hac servanda immunitate reali non putavit S. Sedes amplius reclamare, et *toleravit* quod ecclesiæ et clerici, relate ad bona, essent in eadem conditione ac ceteri laici. — *De Angelis, in tit. De immunit. num. 4.*

a) Verumtamen quæstiones de immunitate reali, etsi plerumque jam potius *theoreticæ* sint quam *practicæ*, ideo tamen non sunt prorsus *omittendæ*. Secus enim fit ut *generuina principia* oblivioni dentur, atque ex praxi de facto



gente vel tolerata *falsæ conclusiones* forte deducantur, et facta historica perperam dijudicentur.

b) Hinc omnino tenendum est : leges civiles de bonis *proprie ecclesiasticis*, quæ jure divino jurisdictioni politicæ non subduntur, *vi sua* Ecclesiam non obligare, sed a viris ecclesiasticis servandas esse propter *concessiones* a Romano Pontifice saltem tacite factas.

c) Quod si agatur de vectigalibus quæ *bonis privatis clericorum* sunt imposita, clerici nunc *directe* legibus et iudiciis civilibus, pro more aliorum civium, ligari possunt. Nam *ex natura rei* exemptio quoad ista bona clericis non impedit; atque Ecclesia, de facto, exemptionem *jure canonico olim statutam* non amplius sustinere solet. — *Wernz, l. cit., n. 146.*

## ARTICULUS V

### DE ADMINISTRATIONE BONORUM ECCLESIASTICORUM

1494. **I. Ecclesia jus nativum habet administrandi bonorum sua**, ab omni jurisdictione civili plane *liberum et independentem*.

a) Id aperte sequitur ex *perfecto Ecclesiæ dominio*. Administratio enim suapte natura consequitur dominium, sicut, ut fert regula 42 juris, in 6<sup>o</sup>, « *Accessorium naturam sui congruit principalis* ».

b) Unde, *leges civiles* bonorum Ecclesiæ administrationem ordinantes non evadunt legitimæ nisi *accedente approbatione Ecclesiæ*.

c) « Quod si *laicis* partes quædam in administratione bonorum ecclesiasticorum, vel ex legitimo foundationis seu institutionis titulo, vel ex Ordinarii loci voluntate competant, nihilominus universa administratio *nomine Ecclesiæ* fiat, *salvo jure Ordinarii* visitandi, exigendi rationes, et describendi modum administrationis. » — *Cod., c. 1521,*

1495. **II. Romanus Pontifex** « est omnium bonorum ecclesiasticorum *supremus* administrator et dispensator — *Cod., c. 1518.*

In administratione tamen *particularium Institutorum* Romani Pontifices sese immiscere non solent, sed *generalibus legibus* administrationem bonorum ecclesiasticorum ordinant, *constanti vigilantia* promovent, et solummodo *causas graviore*s suo iudicio reseruant, ex. gr. quorundam bonorum alienationes.

1496. **III. Loci Ordinarii est :**

a) « Sedulo *advigilare* administrationi omnium bonorum ecclesiasticorum quæ in suo territorio sint nec eius jurisdictione fuerint subducta, salvis legitimis præscriptionibus quæ eidem potiora jura tribuant », — *Cod., can. 1519, § 1.*

b) Ideo, « habita ratione jurium, legitimarum consuetudinum et circumstantiarum, Ordinarii, opportune editis *peculiaribus instructionibus* intra fines juris communis universum administrationis bonorum ecclesiasticorum negotium ordinandum curent ». — *Ibid., § 2.*

1497. **IV. « Ad hoc munus rite obeundum, quilibet Ordinarius in sua civitate episcopali Consilium instituat** quod constet præside, qui est ipsemet Ordinarius, et duobus vel pluribus viris idoneis, juris etiam civilis, quantum fieri potest, peritis, *ab ipso Ordinario*, audito Capitulo *eligendis*, nisi jure vel consuetudine peculiari jam alicui æquivalenti modo legitime fuerit provisum. » — *Cod., can. 1520, § 1.*

« Citra apostolicum indultum, ii a munere administratoris *excluduntur* qui cum Ordinario loci primo vel secundo consanguinitatis vel affinitatis gradu conjuncti sint. » — *Ibid., § 2.*

a) « Loci Ordinarius, in administrativis actibus *majoris momenti*, Consilium administrationis *audire* ne prætermittat ;

» Hujus tamen sodales votum habent tantum *consultivum*, nisi jure communi in casibus specialiter expressis vel ex tabulis foundationis eorum consensus exigatur. » — *Cod., can. 1520, § 3.*

b) Sodales hujus Consilii « *jusjurandum* de munere ac fideliter adimplendo coram Ordinario emittant ». *ibid.*, § 4.

1498. V. Præter hoc diocesanum Consilium administrationis,

a) « Ordinarius loci in administrationem bonorum quæ aliquam ecclesiam vel locum pium pertinent, et ex jure tabulis foundationis *suum non habent administratorem*, nominat viros providos, idoneos et boni testimonii, quibus, *in triennio*, alios sufficiat, nisi locorum circumstantiæ suadeant ». — *Cod.*, c. 1521, § 1.

b) « Antequam administratores bonorum ecclesiasticorum, de quibus in hoc canone, suum munus ineant :

° Debent se bene et fideliter administraturos, coram Ordinario loci vel vicario foraneo, *jurejurando* cavere ;

° Fiat accuratum ac distinctum *inventarium*, ab omnibus subscribendum, rerum immobilium, rerum mobiliarum pretiosarum aliarumve, cum descriptione atque æstimatione earundem ; vel factum antea inventarium acceptum, adnotatis rebus quæ interim amissæ vel acquisitæ sunt ;

° Hujus inventarii alterum exemplar conservetur in Ordinario administrationis, alterum in archivo Curiae ; et in quoque *quælibet immutatio* adnotetur quam patrimonium subire contingat. » — *Cod.*, c. 1522.

1499. VI. Administratores bonorum ecclesiasticorum :

a) « Diligentia *boni patris familias* suum munus impleant ; ac proinde debent :

° *Vigilare* ne bona ecclesiastica suæ curæ concredita quovis modo pereant aut detrimentum capiant ;

° *Præscripta servare* juris, tam canonici quam civilis, quæ a fundatore vel donatore vel legitima auctoritate conservata sint ;

° Reditus bonorum ac proventus accurate et justo ordine *exigere*, exactosque loco tuto *servare*, et secundum

dum fundatoris mentem aut statutas leges vel non  
*impendere* ;

» 4<sup>o</sup> Pecuniam ecclesiæ, quæ de expensis supersit  
utiliter collocari potest, de consensu Ordinarii, in em-  
mentum *ipsius ecclesiæ* occupare ;

» 5<sup>o</sup> Accepti et expensi *libros* bene ordinatos habere

» 6<sup>o</sup> Documenta et instrumenta, quibus jura ecclesiæ  
bona nituntur, rite ordinare, et in ecclesiæ *archivo* vel  
mario convenienti et apto custodire ; authentica v-  
eorum *exemplaria*, ubi commode fieri potest, in *archivo*  
armario Curix deponere ». — *Cod.*, c. 1523.

b) In *operum locatione*, « omnes, et præsertim cler-  
religiosi ac rerum ecclesiasticarum administratores, *debent*  
assignare operariis honestam justamque mercedem ;  
rare ut iidem pietati, idoneo temporis spatio, vacent  
nullo pacto eos abducere a domestica cura parsimoniæ  
studio, neque plus eisdem imponere operis quam vi-  
ferre queant, neque id genus quod cum ætate sexue  
dissideat ». — *Cod.*, c. 1524.

c) Administratores *litem* nomine ecclesiæ ne inchoent  
vel contestentur « nisi *licentiam* obtinuerint, scripto c-  
tam, Ordinarii loci, aut saltem, si res urgeat, Vicarii  
ranei, qui statim Ordinarium de concessa licentia cert-  
rem reddere debet ». — *Cod.*, c. 1526.

d) « Nisi prius ab Ordinario loci facultatem impetrav-  
rint, scriptis dandam, administratores *invalide* actus p-  
nunt qui *ordinariæ administrationis* fines et modum exc-  
dant. » — *Cod.*, c. 1527, § 1.

« Ecclesia non tenetur *respondere* de contractibus ab a-  
ministratores sine licentia competentis Superioris initi-  
nisi quando et quatenus in rem suam versum sit. » — *Ibidem*  
§ 2.

e) « Etsi ad administrationem non teneantur titulo b-  
neficii vel officii ecclesiastici, administratores qui mun-  
expresse vel tacite susceptum *arbitratu suo dimittunt* i-  
ut damnum exinde ecclesiæ obveniat, ad *restitutionem* t-  
nentur. » — *Cod.*, c. 1528.

1500. VII. **Singulis annis officio reddendi rationem ad-  
strationis Ordinario loci**, reprobata contraria consue-  
ne, tenentur « administratores tam *ecclesiastici* quam  
cujusvis ecclesiæ, etiam cathedralis, aut loci pii cano-  
erecti, aut confraternitatis ». — *Cod.*; c. 1525, § 1.

ex peculiari jure, *aliis* ad id designatis ratio reddenda sit,  
c etiam Ordinario loci vel ejus delegatus *cum his* admittatur,  
re ut aliter factæ liberationes ipsis administratoribus minime  
gentur ». — *Ibid.*, § 2.

## ARTICULUS VI

### DE CONTRACTIBUS

1501. I. **Quæ jus civile in territorio statuit de contrac-  
s; tam in genere quam in specie, sive nominatis sive  
minatis, et de solutionibus, « eadem *jure canonico*, in  
eria ecclesiastica, *iisdem cum effectibus* servantur, nisi  
divino contraria sint, aut aliud jure canonico cavea-  
a. — *Cod.*, c. 1529.**

1502. II. **Si actus ponantur ex vi, metu aut errore :**

a) Actus, quos persona sive physica sive moralis ponit  
*extrinseca*, cui resisti non possit, « pro infectis habentur  
. — *Cod.*, c. 103, § 1.

b) Actus positi ex *metu* gravi et injuste incusso, vel ex  
« valent nisi aliud jure caveatur ; sed possunt, ad nor-  
can. 1684-1689, per judicis sententiam *rescindi*, sive  
petitionem partis læsæ, sive ex officio ». — *Ibid.*, § 2.

c) *Error* actum *irritum* reddit, « si versetur circa id  
l constituit *substantiam* actus, vel recidat in conditio-  
*sine qua non* ; secus actus valet, nisi aliud jure ca-  
ur.

Sed in *contractibus* error locum dare potest actioni  
*essoris* ad normam juris ». — *Cod.*, c. 104. — *Cf.*  
1592.

1503. III. **Ad alienendas res ecclesiasticas immobiles  
mobiles quæ servari possunt ;**

## a) « Requiritur :

» 1<sup>o</sup> *Æstimatio rei*, a probis peritis scripto facta ». — « res alienari minore pretio non debet quam quod in æstimatione indicatur ». — *Cod.*, c. 1530, § 1, n. 1; et 1531, « 2<sup>o</sup> *Justa causa*, idest urgens necessitas, vel evidens utilitas ecclesiæ, vel pietas ;

» 3<sup>o</sup> *Licentia* legitimi Superioris, sine qua alienatio invalida est ». — *Cod.*, c. 1530, § 1.

« *Aliæ quoque opportunæ cautelæ*, ab ipsomet Superiore pro diversis adjunctis præscribendæ, ne omittantur, ut Ecclesiæ damnetur ». — *Ibid.*, § 2.

b) Legitimus Superior, de quo supra, est « *Sedes Apostolica*, si agatur :

» 1<sup>o</sup> De rebus *pretiosis* ;

» 2<sup>o</sup> De rebus quæ valorem excedunt *triginta millia libellarum* seu francorum ». — *Cod.*, c. 1532, § 1.

c) Si vero agatur de rebus quæ valorem non excedunt *mille libellarum* seu francorum, « est *loci Ordinarius*, auctoritate administrationis Consilio nisi res minimi momenti sit et cum eorum consensu quorum interest ». — *Ibid.*, § 2.

d) Si denique de rebus quarum pretium continetur intra *mille libellas* et *triginta millia libellarum* seu francorum, « est *loci Ordinarius*, dummodo accesserit consensus Capituli cathedralis, tum Consilii administrationis tum eorum quorum interest ». — *Ibid.*, § 3.

e) Si agatur de alienanda re *divisibili*, « in petenda licentia aut consensu pro alienatione, exprimi debent partes *antea* alienatæ ; secus licentia irrita est ». — *Ibid.*, § 3.

f) Alienatio fiat « per *publicam* licitationem, aut sub conditione nota reddatur, nisi aliud circumstantiæ suadeant ; res ei concedatur qui, omnibus perpensis, plus obtulerit ». — *Cod.*, c. 1531, § 2.

*Pecunia* ex alienatione percepta « caute, tuto et utiliter in commodum Ecclesiæ collocetur ». — *Ibid.*, § 3.

g) Sollemnitates ad normam can. 1530-1532 requiruntur « non solum in alienatione proprie dicta, sed etiam in

*et contractu quo conditio Ecclesiæ pejor fieri possit ».*  
*l., c. 1533.*

) Administratores possunt *titulos ad latorem*, quos  
 t, « commutare in alios titulos magis aut saltém æque  
 ac frugiferos, exclusa qualibet commercii vel negotia-  
 specie, ac de *consensu* Ordinarii, diœcesani Consilii  
 istrationis aliorumque quorum intersit ». — *Cod.*,  
 539, § 2.

504. IV. « **Ecclesiæ competit actio personalis** contra  
 qui sine debitis sollemnitatibus bona ecclesiastica  
 verit, et contra ejus heredes ; *realis* vero, si alienatio  
 fuerit, contra quemlibet possessorem, salvo jure  
 ris contra male alienantem. » — *Cod., c. 1534, § 1.*

) Contra invalidam rerum ecclesiasticarum alienatio-  
*agere possunt* « qui rem alienavit, ejus Superior,  
 que successor in officio, tandem quilibet clericus illi  
 iæ adscriptus quæ damnum passa sit ». — *Ibid., § 2.*

) Firma *nullitate* actus et obligatione, etiam per cen-  
 urgenda, *restituendi* bona illegitime acquisita, ac *re-*  
*di* damna forte illata, « qui bona ecclesiastica alienare  
 mperit, aut in iis alienandis consensum præbere  
 præscripta can. 534, § 1 et can. 1532 (scilicet, non  
 ta, quando requiritur a jure, Superioris licentia) :

Si agatur de re cujus pretium non excedit *mille*  
 s, congruis pœnis a legitimo Superiore ecclesiastico  
 ur ;

Si agatur de re cujus pretium sit *supra mille*, sed  
*triginta millia* libellarum, privetur patronus jure  
 atus ; administrator, munere administratoris ; Su-  
 vel œconomus religiosus, proprio officio et habilitate  
 era officia, præter alias congruas pœnas a Superio-  
 nfligendas ;

ordinarius vero aliique clerici, officium, beneficium,  
 tem, munus in Ecclesia obtinentes, *solvant duplum*  
 ecclesiæ vel piæ causæ læsæ ; ceteri clerici *sus-*  
*tur* ad tempus ab Ordinario definiendum ;

Quod si *beneplicitum apostolicum*, in memoratis

canonibus præscriptum, fuerit *scienter* prætermissum, cunctis quovis modo reos sive dando sive recipiendo sive censuram præbendo, manet præterea *excommunicatio* litem sententiæ nemini reservata. — *Cod.*, c. 2347.

c) De insignibus reliquiis et imaginibus pretio. *cf. num. 712, c.*

### 1505. V. Contractus locationis alicujus fundi ecclesiastici :

a) Ne fiant nisi « per *publicam licitationem*, aut saltem noti reddantur », nisi aliud circumstantiæ suadeant ; « et si iis addantur semper *conditiones* de limitibus custodiendis de bona cultione, de rite solvendo canone, de opportuna cautela pro conditionibus implendis ». — *Cod.*, c. 1541, et 1531, § 2.

b) Pro *locatione* honorum ecclesiasticorum :

« 1° Si valor locationis excedat *triginta millia* libellarum seu francorum et locatio sit *ultra novennium*, requiritur beneplacitum apostolicum ;

» Si locatio sit *non sit ultra novennium*, servari debet præscriptum can. 1532, § 3 (ad cuius normam loci Ordinarius licentiam dare potest, dummodo accesserit consensus Consilii administrationis, tum eorum quorum interest) ;

» 2° Si valor contineatur *intra mille libellas et triginta millia* libellarum seu francorum, et locatio sit *ultra novennium*, servari debet præscriptum ejusdem can. 1532, (*cf. num. 1503, d*).

» Si locatio *non sit ultra novennium*, præscriptum ejusdem can. 1532, § 2 (de obtinenda licentia Ordinarii licentia auditæ administrationis Consilio nisi sit minimi momenti cum consensu eorum quorum interest) ;

» 3° Si valor non excedat *mille libellas* seu francos et locatio sit *ultra novennium*, servari debet idem præscriptum can. 1532, § 2 ;

» Si locatio *non sit ultra novennium*, fieri potest a licentibus administratoribus, monito Ordinario. — *Cod.*, c. 1541, § 2.

c) « Bona ecclesiæ immobilia *propriis administrantibus*



eorumque conjunctis in primo aut secundo consanguinitatis vel affinitatis gradu, non sunt *vendenda* aut *locanda* speciali Ordinarii loci licentia. » — *Cod.*, c. 1540.

1506. VI. In emphyteusi bonorum ecclesiasticorum :

a) « Emphyteuta nequit *canonem redimere* sine licentia legitimi Superioris ecclesiastici de quo in can. 1532 (*cf.* c. 1503) ; quod si redemerit, eam saltem pecuniæ vim emphyteusæ dare debet quæ canoni respondeat. » — *Cod.*, c. 1542, § 1.

b) « Ab emphyteuta congrua exigatur *cautio* pro solutione canonis et conditionibus implendis ;

In ipso instrumento pacti emphyteutici *forum ecclesiasticum* arbiter statuatur ad dirimendas controversias inter partes forte exorituras, et expresse declaretur *meliores* solo cedere. » — *Ibid.*, § 2.

1507. VII. In præstatione rei fungibilis « non est periculum de *lucro legali* pacisci, nisi constet ipsum esse moderatum, aut etiam de lucro majore, si justus ac proportionatus titulus suffragetur ». — *Cod.*, c. 1543.

« si res fungibilis ita alicui detur ut ejus fiat et postea tantundem *in eodem genere* restituatur, nihil lucris, ne ipsius contractus, percipi potest ». — *Ibid.*

1508. VIII. Donatio facta ecclesiæ, « ab ejus rectore superiore *repudiari* nequit sine licentia Ordinarii ». — *Cod.*, c. 1536, § 2.

a) Repudiata illegitime donatione, « ob damna quæ obvenerint actio datur *restitutionis in integrum*, vel satisfactionis ». — *Ibid.*, § 3.

b) « Nisi contrarium probetur, præsumendum ea quæ donantur rectoribus ecclesiarum, etiam religiosorum, esse *ecclesiæ donata*. » — *Ibid.*, § 1.

c) Donatio ecclesiæ facta, et ab eadem legitime accepta, « propter *ingratum* Prælati vel rectoris animum *revocari* nequit ». — *Ibid.*, § 4.

1509. IX. De bonis suarum ecclesiarum donationes, præterquam parvas et modicas, secundum legitimam loci consuetudinem, « Prælati et rectores facere ne præsumant, nisi justo interveniente causa *remunerationis* aut *pietatis* aut *christianæ caritatis*; secus donatio a successoribus revocari poterit ». — *Cod.*, c. 1535.

1510. X. Si agatur de ære alieno contrahendo, vel bona ecclesiæ, legitima interveniente causa, *oppignoranda*, vel *hypothecæ* nomine obliganda sint :

a) « Legitimus Superior, qui ad normam can. 1532, licentiam dare debet, exigat ut antea *omnes quorum interest* audiantur, et curet ut, cum primum fieri poterit, æs alienum solvatur.

b) » Hac de causa, annuæ ratæ ab eodem Ordinario præfiniantur quæ *extinguendo debito* sint destinatæ ». — *Cod.*, c. 1538, § 1 et 2.

---

## CAPUT VII

DE REBUS ECCLESIAE TEMPORALIBUS  
IN SPECIE

De fidelium *oblationibus* et de *Missarum eleemosynis* jam diximus. — Hic agendum est de piis *fundationibus*, et de *beneficiis*, postquam aliquid prænотавerimus de *primitiis* et *decimis*, ad intelligentiam veteris disciplinæ.

## ARTICULUS I

## DE PRIMITIIS ET DECIMIS

## 1511. I. Primitiæ sunt rerum primi fructus qui Deo offeruntur.

a) Apud *gentes*, ait *Devoti*, vetustissimi instituti est primitias Deo offerre et consecrare. — *Hebræi* vero divina etiam lege primitias dabant. — Et antiquissima monumenta sunt unde intelligimus *Christianos* primitias rerum suarum præstare consuevisse. — *Instit. an.*, lib. 2, tit. 17.

b) Dabantur primitiæ, non tantum ad agnoscendum *Creatorem*, sed etiam ad *ministros Ecclesiæ sustentandos*; erantque præsertim ex uvis et frumentis, certa que exstabat precum formula quæ in *arum benedictione* adhibebatur.

c) Post sæculum V, vix ulla amplius mentio primitiarum occurrit; et nunc fere ubique *desierunt*. Ac, si qua regio est in qua *consuetudine* adhuc tribuuntur, ex eadem noscetur quid et quantum dari debeat. — *Devoti*, loc. cit.

1512. II. Decimæ sunt certa pars fructuum aut lucri: *certa pars*, ait cardinalis Soglia, non *decima*, nam interdum major est, interdum minor, ob diversam locorum consuetudinem.

Dicuntur autem pars *fructuum* aut *lucri*, eo quod ex fructibus *prædiorum*, aut ex lucro *industriæ*, persolvuntur. Unde, præcipua eorum divisio est in *prædiales* et *personales*. — *Soglia*, *Instit. jus privati*, § 74.

a) *Prioribus Ecclesiæ sæculis*, neque Christiani decimas solvant, neque *ulla lex* erat quæ hanc solutionem imperaret. Clerici

vivebant ex oblationibus quas fideles sua sponte in ecclesiam conferebant, adeo ut nihil opus esset decimas indicere ut ex iis clerici victum et cultum obtinerent.

*Imminuta autem fidelium largitate, institutæ sunt decimæ, tum Patrum hortationibus, tum Ecclesiæ legibus quibus eos Christiani solvere jussi sunt. — Devoti, Instit. can., lib. 2, tit. 16. — Cf. Wernz, Jus Decret., t. 3, n. 210, sq.*

b) Recepti populorum mores sæpe leges de solvendis decimis abrogarunt. Nimirum, posteaquam clericis aliis bonis atque redditibus parata sunt ea quæ suppedient ad cultum et ad victum, paulatim decrevit solutio decimarum ; et nunc multæ etiam regiones sunt in quibus decimæ prorsus exoleverunt. — Cf. Devoti, loc. cit., § 6, sq.

c) Ideo, « ad decimarum et primitiarum solutionem quod attinet, *peculiaris statuta ac laudabiles consuetudines* in unaquaque regione servantur ». — Cod., c. 1502.

## ARTICULUS II

### DE PIIS FUNDATIONIBUS

Videlicet : de natura piarum foundationum ; — earumque acceptance, — cessatione aut reductione.

#### § I. DE NATURA PIARUM FUNDATIONUM

1513. **I. Nomine piarum foundationum** significantur « bona temporalia alicui *personæ morali* in Ecclesia quoquo modo data, cum *onere* in perpetuum vel in diuturnum tempus ex redditibus annuis aliquas Missas celebrandi, vel alias præfinitas functiones ecclesiasticas explendi, aut nonnulla pietatis et caritatis opera peragendi ». — Cod., can. 1544, § 1.

Fundatio legitime acceptata « naturam induit contractus synallagmatici : *do ut facias* ». — *Ibid.*, § 2.

La loi du 9 décembre 1905, article 9, reconnaissait aux *associations cultuelles* le droit de recevoir des fondations. Ces associations n'ayant pas été établies, tout legs ou donation en faveur de la *paroisse* n'aurait aucune valeur aux yeux de la loi civile.

Mais le testateur, pouvant *imposer à ses héritiers* toutes les obligations non interdites par la loi, aurait le droit de les obliger à

dire à perpétuité, ou pour un temps déterminé, des messes et le repos de son âme, de telle sorte qu'une somme placée, par exemple, en rentes sur l'État, soit la *nue propriété* des héritiers, et que l'*usufruit* de ladite somme appartienne au ministre du culte désigné par le testateur. — *Cour d'appel de Rennes, 18 déc. 1911 (D. D., VII, 184)*.

1514. **II. Quæ opera impleri debeant definitur in foundationis.** — Nam pii fundatores, ex jure, possunt libet sibi bene visas *conditiones* adjicere, dummodo rationabiles et honestæ sint, neque juri divino vel naturali contraire sententur. — *Cf. n. 1481, sq.*

Quando fundator *Missas* celebrari postulavit, nullo fine speciali designato, regula generalis est, quam plurimis confirmata S. C. Conc. Tridentinæ sessionibus, eum qui beneficium fundavit *Missæ*que celebrationi assensum dedit, voluisse quoque eamdem *sibi applicari*. — Nam, ex *de 45 juris, in 6º*, « Inspecimus in obscuris quod sit verisimile vel quod plerumque fieri consuevit ».

hæc verisimilitudo talis est ut destrui non possit nisi in contrarium habeantur *gravissimæ præsumptiones*, quod scilicet fundator, præcipiendo *Missarum* celebrationem, liberam reliquerit applicationem earundem. — *S. C. C. 22 maii 1875 ; 20 maii 1882, etc.*

## § II. DE ACCEPTATIONE FOUNDATIONUM

1515. **I. Foundationes debent acceptari ab administratores Instituti cui res sub onere donatur.** — Nam fundatio induit naturam *contractus* ; atqui, *contractus mutuus* consensu offerentis et acceptantis perficitur.

Unde, cum foundationes per actus inter vivos, quamdiu acceptatæ fuerint, possint *revocari*, sicut aliæ quælibet donationes, et nonnullæ sint si donator interea obierit, necessitas urget acceptandi conditiones *quamprimum* moraliter fieri potest.

a) « Loci Ordinarii est norma præscribere de *dotis* limitate infra quam pia fundatio admitti nequeat, et de *fructibus rite distribuendis*. » — *Cod., c. 1545.*

b) Ut hujusmodi foundationes a persona morali acceptari possint, « requiritur *consensus Ordinarii loci*, in scriptis acceptatus, qui eum ne præbeat antequam legitime compe-

rerit personam moralem, tum novo oneri suscipientum antiquis jam susceptis *satisfacere posse*; maxime caveat ut reditus omnino *respondeant* oneribus adjunctum secundum cujusque diœcesis morem ». — *Cod.*, c. 15, § 1. — *Innoc. XII constit. Nuper*, 23 dec. 1697. — *Ben. XIV, De syn. lib. XIII, cap. ult.*

c) In acceptatione, constitutione et administratione foundationis, « *patronus ecclesiæ nullum jus habet* ». *Ibid.*, § 2.

1516. II. **Pecunia et bona mobilia, dotationis mine assignata**, « statim in loco tuto, ab eodem Ordinario designando, *deponantur* ad eum finem ut eadem pecunia vel bonorum mobilium pretium *custodiantur*, et quamprimum caute et utiliter, secundum prudens ejusdem Ordinarii arbitrium, auditis et iis quorum interest et diœcesis administrationis Consilio, *collocentur* in commodum ejusdem foundationis, cum expressa et individua mentione oneris ». — *Cod.*, c. 1547.

1517. III. **Foundationes, etiam viva voce factæ** « *scripto consignentur* ». — *Cod.*, c. 1548, § 1.

a) « Alterum tabularum exemplar in *Curix* archiepiscopali alterum in archivo *personæ moralis*, ad quam fundatio spectat, tuto asservetur. » — *Ibid.*, § 2.

b) « In qualibet ecclesia, onerum ex piis foundationibus incumbentium *tabella* conficiatur, quæ apud rectorem in loco tuto conservetur. » — *Cod.*, c. 1549, § 1.

c) Pariter, præter librum de quo in can. 843, § 1, n. 1121, a) « *alter liber* retineatur, et apud rectorem servetur, in quo singula onera perpetua et temporaria, eorum implementum et eleemosynæ, adnotentur, ut de iis omnibus *exacta ratio* Ordinario loci reddatur ». — *Ibid.*, § 2.

1518. IV. **Parocho competit jus, officiumque incumbit exonerandi foundationes** quæ in *ecclesia parochiali* existunt.

Et talis est *præsumpta fundatorum intentio*, nisi aliter sacerdos in limine foundationis designatus sit.

a) Si parochus *per seipsum* omnes fundationes exonerare queat, curabit ut per alios debito modo exonerentur. In quo casu, æquitas suadet ut curam illam *suis Vicariis* committat.

b) Si fructus fundationum ut *pars congruæ parochiæ* habeantur, Parochi qui, ob legitimas causas, Vicariis Missarum persolvendam committunt, non tenentur *totum stipendium* eisdem tradere, sed possunt eam partem persolvere quæ taxam diocesanam excedit. — *Cf. n. 1120.*

1519. V. Si agatur de piis foundationibus in ecclesiis, in parochialibus, religiosorum exemptorum, « jura et privilegia Ordinarii loci exclusive competunt Superiori magistratui. — *Cod., c. 1550.*

## II. DE CESSATIONE ET REDUCTIONE FUNDATIONUM

1520. I. Onera fundationum penitus cessant : quando fundus, aut amittuntur redditus ad executionem pium operum destinati, *nisi ex causa culpabili* amissionis temporalis contigerit. — *Ita omnes.*

Obstat ex ipso *jure naturali*, et ex variis *SS. CC. decretis*. — Ideo, item, si dos relicta sit *infructuosa*, cessat pro toto tempore quo remanet infructuosa. — *S. C. Romanæ, 7 jun. 1687 ; 8 aug. 1705.*

a) Non vero cessant sola *præscriptione* si fundatio sit in perpetuum, etsi per diuturnum tempus præscripta fuerit operis executio.

Obstat enim *naturalis æquitas* quominus præscriptio currat contra negligentem agere ; nec eidem æquitati consonum est titularem suam suorumve prædecessorum negligentia protegi contra obliques fundationi adnexas, adeo ut redditibus temporalibus perfrui possint, dum se ab oneribus immunem prætendit. — *Cf. resol. S. C., 20 dec. 1879 ; et Cod., c. 1509, n. 5.*

b) Si bona piis foundationibus attributa vi legis *subripiantur*, onus Missarum aliarumque fundationum *strictim incumbit* qui fundum eripuerunt aut detulerunt. — *S. C. Neg. extraord., an. 1906.*

1521. II. « **Ultimarum voluntatum reductio, mutatio, commutatio**, quæ fieri ex justa et necessaria causa debent », ideoque « reductio onerum quæ pias *fundationes* gravant », *Sedi Apostolicæ* reservantur, « nisi fundator hanc potestatem etiam Ordinario loci expresse commiserit ». — *Cod., c. 1517, § 1, et 1551, § 1.*

Equidem, præsertim quando agitur de commutatione prædicta, hæc fieri nequit nisi vi *alti domini* bonorum omnium ecclesiasticorum, quo sola potestas suprema pollere dignoscitur.

Et, cum *defunctorum voluntates sancte servandas esse* utrumque jus clamet, ipse Summus Pontifex non solet conditionibus in datione adjectis, utendo sua potestate suprema, contraire, nisi timæ adsint ac *necessariæ causæ*, præsertim si agatur de jure

a) Si tamen executio onerum impositorum, ob invidiosos redditus, aliamve causam, nulla administratores culpa, *impossibilis* evaserit, « tunc Ordinarius quodammodo auditis iis quorum interest, et servata, meliore quoque potest modo, fundatoris voluntate, poterit eadem commutari *æque imminuere*, excepta *Missarum* reductione quæ servanda *Sedi Apostolicæ* unice competit ». — *Cod., c. 1517, § 1.*

b) Et, quia Episcopi sunt omnium piarum *fundationum* executores, possunt voluntatem testatoris *intelligentiari*, ita tamen ut *commutatio* proprie dicta non videtur.

c) Imo, quando legata pia nullo modo impendiuntur sunt ad usum a testatore intentum, *ne caduca sint*, licet inchoatus, ex benigna interpretatione, potest ea in alios commutari applicare. — *Cf. S. Lig., lib. 3, n. 931; — Ephemeris canoniste contemp., an. 1881, pag. 332.*

1522. III. **Indultum reducendi Missas fundatas**

a) « Non protenditur nec ad alias Missas ex *contingentibus* debitas, nec ad *alia onera* piæ *fundationis* ». — *Cod., c. 1551, § 2.*

b) Indultum vero *generale* reducendi onera piarum *fundationum* « ita intelligendum est, nisi aliud commutari commiserit, ut indultarius potius alia onera quam Missas reducendi ». — *Ibid., § 3.*



## ARTICULUS III

## DE BENEFICIIS

de constitutione seu erectione beneficiorum ; — de eorum col-  
one ; — de jure patronatus ; — de juribus et obligationibus  
ficiatorum ; — et de beneficiorum vacatione.

## DE CONSTITUTIONE SEU ERECTIONE BENEFICIORUM

1523. **I. Beneficium ecclesiasticum est** « ens juridicum  
petente ecclesiastica auctoritate in perpetuum consti-  
um seu erectum, constans *officio sacro* et jure perci-  
*reditus* ex dote officio adnexos ». — *Cod., c. 1409.*

o canones de provisione et amissione *officiorum* ecclesiastico-  
etiam officiis beneficialibus seu beneficiis applicantur ». —  
*c. 1413, § 2.*

a) « Beneficia ecclesiastica dicuntur :

o *Consistorialia*, quæ in Consistorio conferri solent ;  
a *non consistorialia* ;

o *Sæcularia* vel *religiosa*, prout ad solos clericos sæ-  
es vel solos clericos religiosos spectant ; omnia autem  
icia, erecta extra ecclesias vel domus religiosorum, in  
sæcularia esse præsumuntur ;

o *Duplicia* seu *residentialia*, vel *simplicia* seu *non re-  
sidentialia*, prout, præter officium beneficiale, adnexam  
t, vel minus, obligationem residendi ;

o *Manualia*, *temporaria* seu *amovibilia*, vel *perpetua  
amovibilia*, prout conferuntur revocabiliter vel in  
uum ;

o *Curata* vel *non curata*, prout curam animarum ad-  
habent vel non. » — *Cod., c. 1411.*

aliud appareat, canones qui sequuntur, de beneficiis tantum  
*consistorialibus* proprie dictis intelligi debent. » — *Cod., c. 1413,*

Licet aliquam cum beneficiis similitudinem præse-  
« in jure tamen *beneficii* nomine non veniunt :

Vicariæ parœciales non in perpetuum erectæ ;

- » 2<sup>o</sup> Cappellaniam *laicales*, quæ scilicet erectæ non sunt competente auctoritate ecclesiastica ;
- » 3<sup>o</sup> *Coadjutoriam* cum vel sine futura successione ;
- » 4<sup>o</sup> Pensiones *personales* ;
- » 5<sup>o</sup> Commenda *temporaria*, idest concessio reddituum alicujus ecclesiam aut monasterium alicui facta ita ut, eo deficiente, redditus ipsi ad ecclesiam vel monasterium revertantur. » — *Cod., c. 1412.*

**1524. II. Legitima Superioris ecclesiastici auctoritas necessaria est ad beneficii erectionem.**

a) « Beneficia *consistorialia* una Sede Apostolica eriguntur. » — *Cod., c. 1414, § 1.*

b) « Præter Romanum Pontificem, *Ordinarii*, in suis quisque territorio, beneficia non consistorialia erigere potest. » — *Ibid., § 2.*

Attamen *Vicarii Generales* « nequeunt beneficia erigere nisi ex peculiari mandato ». — *Ibid., § 3.*

c) « Etiam *Cardinalis*, in proprio titulo vel diaconatu potest beneficia non curata erigere, nisi ecclesia sit religionis clericalis exemptæ. » — *Ibid., § 4.*

**1525. III. Beneficia ne erigantur « nisi constet ea sibi utilem et congruam dotem habere, ex qua redditus perpetuo percipiuntur ». — *Cod., c. 1415, § 1.***

a) *Dotem beneficii constituunt* « sive bona quorum proprietas est penes ipsum ens juridicum, sive certæ et debite *præstationes* alicujus familiæ vel personæ moralis, sive certæ et voluntariæ fidelium *oblaciones* quæ ad beneficium spectent, sive *jura* ut dicitur *stolæ*, intra fines taxationis diocesanæ vel legitimæ consuetudinis, sive *cales distributiones*, exclusa tertia earundem parte si omnes redditus beneficii choralibus distributionibus constant ». — *Cod., c. 1410.*

b) Si dos in *numerata pecunia* constituatur, « Ordinarius, audito diocesanæ administrationis Consilio, cura debet ut quamprimum *collocetur* in tutis et frugiferis fundis vel nominibus ». — *Cod., c. 1415, § 2.*

c) « Non prohibetur tamen, ubi congrua dos *constitui* queat, parœcias aut quasi-parœcias erigere, si prudenter videat ea quæ necessaria sunt aliunde non defutura. » *Ibid.*, § 3.

1526. IV. **Erectio beneficiorum fiat per legitimum instrumentum**, « in quo definiatur *locus* ubi beneficium actum est, et describantur *dos* benefici ac *jura* et *onera* beneficiarii ». — *Cod.*, c. 1418.

a) Ante erectionem beneficii « *vocentur* et *audiantur*, qui sint, ii quorum interest ». — *Cod.*, c. 1416.

b) In limine foundationis « fundator potest, de consuetudine Ordinarii, *conditiones* etiam juri communi contrarias imponere, dummodo sint honestæ et naturæ beneficii nequeant ». — *Cod.*, c. 1417, § 1.

c) Conditiones semel admissæ « *supprimi* aut *immutari* ab Ordinario loci valide nequeunt, nisi agatur de mutationibus Ecclesiæ *favorabilibus* et accedat consensus fundatoris, vel, si agatur de jure patronatus, patroni ». — *Ibid.*, § 2.

d) « Beneficia curata ab Ordinariis in non curata *converti* nequeunt, nec beneficia religiosa in sæcularia, nec sæcularia in religiosa. » — *Cod.*, c. 1430, § 1.

e) *Contrario* « possunt beneficia *simplicia* ab Ordinariis in *curata* converti, dummodo ne obstent conditiones a fundatore expressæ ». — *Ibid.*, § 2.

1527. V. **De unione, divisione et dismembratione beneficiorum**, *Cf.*, ubi de erectione parœciarum, num. 891,

## § II. DE BENEFICIORUM COLLATIONE

1528. I. « **Jus Romano Pontifici est beneficia in una Ecclesia conferendi, eorumque collationem sibi reservandi.** » — *Cod.*, c. 1431. — *Cf. Tract. de Rom. Pontif.*, ubi de *Primatu*.

Beneficia *Sedi Apostolicæ* reservata « ab inferioribus *valide* conferuntur ». — *Cod.*, c. 1434.

a) Præter omnia beneficia consistorialia, et omnes dignitates ecclesiarum cathedralium et collegiatarum ad normam can. 396, § 1, « sunt *reservata Sedi Apostolicæ*, quanquam vacanti, sola beneficia quæ infra memorantur :

» 1<sup>o</sup> Omnia beneficia, etiam curata, quæ vacaverint per obitum, promotionem, renuntiationem vel translationem S. R. E. Cardinalium, Legatorum Romani Pontificis, officialium majorum Sacrarum Congregationum, Tribunalium et Officiorum *Romanæ Curix* et Familiarium, etiam honoris tantum, Summi Pontificis, tempore vacationis beneficii ;

» 2<sup>o</sup> Quæ, fundata extra Romanam Curiam, vacaverint per beneficiarii obitum *in ipsa Urbe* ;

» 3<sup>o</sup> Quæ invalide ob *simoniæ* vitium collata fuerint ;

» 4<sup>o</sup> Denique beneficia quibus Romanus Pontifex, per se vel per delegatum, *manus apposuit* his qui sequuntur modis : si electionem ad beneficium irritam declaraverit, vel vetuerit electores ad electionem procedere ; si renuntiationem admiserit ; si beneficium promoverit, transtulerit, beneficio privaverit ; si beneficium in commendam dederit. » — *Cod., c. 1435, § 1.*

b) At nunquam sunt reservata, nisi id expresse dicatur, « beneficia *manualia* aut *juris patronatus* laicalis vel mixti ». — *Ibid., § 2.*

c) Quod attinet ad collationem beneficiorum quæ *Romæ* fundata sint, « leges peculiare de eisdem vigentes servantur ». — *Ibid., § 3.*

**1529. II. Natio jure Episcopi et alii locorum Ordinarii beneficia conferunt**, cum ad eorum collationem in proprio territorio « habeant intentionem in jure fundatam ». — *Cod., c. 1432, § 1.*

a) « Conferre beneficia nequit *Vicarius Generalis* sine speciali mandato ;

» *Vicarius* autem *Capitularis*, nec parœcias vacantes nisi ad normam can. 455 (nempe si sedes ab anno saltem vacaverit), neque alia beneficia perpetua liberæ collationis. » — *Ibid., § 2.*

b) Si Ordinarius *intra semestre* ab habita certa vacationis notitia beneficium non contulerit, « hujus collatio *devolvitur* ad Sedem Apostolicam, salvo præscripto can.

88 » (scilicet nisi peculiariora locorum ac personarum adnecta collationem differendam suadeant). — *Ibid.*, § 3.

c) Beneficium ecclesiasticum « clerico *invito*, et provisionem non expresse acceptanti, valide conferri nequit ». — *Cod.*, c. 1436.

d) « Nemo potest beneficium *sibi* ipse conferre. » — *Cod.*, c. 1437.

1530. III. **Plura beneficia incompatibilia** nullus clericus *acceptare* et *retinere* potest « sive in titulum sive in commendam perpetuam ». — *Cod.*, c. 1439, § 1.

a) Incompatibilia sunt « non solum duo beneficia eorundem onera universa idem beneficiarius per se implere non potest, sed etiam duo beneficia quorum alterutrum ad honestam ipsius sustentationem *sufficiat* ». — *Ibid.*, § 2. — *Cf. n.* 304.

b) « Clericus qui, assecutus pacificam possessionem beneficii vel beneficii cum priore incompatibilis, prius quoque *retinere* præsumpserit, utroque *privatus* ipso jure existit. » — *Cod.*, c. 2396.

1531. IV. « **Beneficia ecclesiastica sine deminutione conferantur.** » — *Cod.*, c. 1440.

a) Ideo « tanquam *simoniacæ* reprobantur deductiones ex fructibus, compensationes ac solutiones a clerico in actu provisionis faciendæ, quæ collatori, patrono vel fructuariis cedant ». — *Cod.*, c. 1441.

b) Beneficiis quibuslibet nequeunt Ordinarii locum « *pensiones perpetuas* aut temporarias imponere quæ vitam *pensionarii* durent; sed possunt, dum beneficium conferunt, ex justa causa in ipso collationis actu imponenda, eisdem imponere *pensiones temporarias* quæ referantur ad vitam *beneficiarii*, salva huic congrua portione ». — *Cod.*, c. 1429, § 1.

c) Beneficiis autem *parœcialibus* « non possunt, nisi in commodum parochi vel vicarii ejusdem parœciæ munere *abeuntis*, imponere pensiones, quæ tamen ne

excedant *tertiam partem* redditus parœciæ, quibusvis deductis expensis et incertis redditibus ». — *Ibid.*, § 2.

d) Pensiones beneficiis sive a Romano Pontifice sive ab aliis collatoribus impositæ « cessant *morte pensionarii*, qui tamen nequit eas *alienare* nisi id expresse concessum sit ». — *Ibid.*, § 3.

1532. V. **Omnia beneficia sæcularia** « ad vitam beneficiarii conferenda sunt, nisi aliud ferat vel lex foundationis, vel consuetudo immemorabilis, vel peculiare indultum ». — *Cod.*, c. 1438.

« Beneficia *sæcularia* non nisi clericis e clero sæculari conferenda sunt; *religiosa*, sodalibus illius religionis ad quam beneficia pertinent. » — *Cod.*, c. 1442.

1533. VI. **Collatio seu institutio canonica, jus tribuendi capiendæ possessionis beneficii**; possessionem autem, cuius *quid facti* sit, oportet de facto et corporaliter apprehendere.

a) Nemo possessionem beneficii sibi collati, « aut *propria auctoritate* capiat, aut non emissa *fidei professione* si agatur de beneficiis pro quibus hæc fidei professio præscripta sit ». — *Cod.*, c. 1443, § 1.

b) Si agatur de beneficiis non consistorialibus « *missio in possessionem, seu institutio corporalis, a loci Ordinarius spectat*, qui ad id alium ecclesiasticum virum *delegare* poterit ». — *Ibid.*, § 2.

c) *Missio in beneficii possessionem* fiat « *secundum modum jure peculiari præscriptum, vel legitima consuetudine receptum, nisi justa ex causa Ordinarius ab eodem modo seu ritu expresse in scriptis dispensaverit*; quo in casu hæc dispensatio locum tenet captæ possessionis ». — *Cod.*, c. 1444.

1534. VII. **Beneficium ex legitima præscriptione obtinet clericus** « si probaverit se in ejusdem beneficii possessione pacifice per *integrum triennium* fuisse *bona fide* etsi forte cum titulo invalido, dummodo absit simonia ». — *Cod.*, c. 1446.

## § III. DE JURE PATRONATUS

1535. I. **Jus patronatus est** « *summa privilegiorum, in quibusdam oneribus, quæ, ex Ecclesiæ concessione, competunt fundatoribus catholicis ecclesiæ, cappellæ aut beneficii, vel etiam eis qui ab illis causam habent* ». — *Cod., c. 1448.*

a) Jus patronatus est :

« 1° *Reale, vel personale, prout alicui rei cohæret, vel directe ad personam spectat* ;

« 2° *Ecclesiasticum, laicale, mixtum, prout titulus, quo quis esse patronatus potitur, est ecclesiasticus, vel laicalis, vel mixtus* ;

« 3° *Hereditarium, familiare, gentilitium, mixtum, prout transmittitur ad heredes, vel ad eos qui de familia aut gente sunt fundatoris, vel ad eos qui simul sunt heredes et de familia vel gente fundatoris* ». — *Cod., c. 1449.*

b) « *Uxor per seipsam jus patronatus exercet, minores per parentes aut per tutores ; quod si parentes vel tutores acatholici sint, jus patronatus interim suspensum manet.* » — *Cod., c. 1456.*

c) *Privilegia patronorum sunt* :

« 1° *Præsentandi clericum ad ecclesiam vacantem vel beneficium vacans* ;

« 2° *Salva executione onerum et honesta beneficiarii sustentatione, alimenta ex æquitate obtinendi ex ecclesiæ vel beneficii redditibus, si qui supersint, quoties patronus ad inopiam nulla sua culpa redactus fuerit, etiamsi ipse juri patronatus renuntiaverit in modum Ecclesiæ, vel, pensio in limine foundationis ipsi patrono reservata quæ ad sublevandam ejus inopiam non sufficiat* ;

« 3° *Habendi, si ita ferant legitimæ locorum consuetudines, in ecclesia patronatus ecclesia, stemma gentis vel familiæ, præcedentiam ante ceteros laicos in processionibus vel similibus functionibus, digniorem sedem in ecclesia, sed extra presbyterium et sine baldachino* ». — *Cod., c. 1455.*

1536. II. « **Nullum patronatus jus ullo titulo consuetudinis in posterum valide potest.** » — *Cod., c. 1450, § 1.*

a) « *Loci autem Ordinarius potest* :

« 1° *Fidelibus qui, ex toto vel ex parte, ecclesias extruxerint, vel beneficia fundaverint, spiritualia suffragia,*

eorum liberalitati proportionata, concedere, vel ad tempus, vel etiam in perpetuum ;

» 2<sup>o</sup> Foundationem beneficii admittere ea adjecta conditione ut beneficium *prima vice* conferatur clerico fundatori vel alii clerico a fundatore designato. » — *Cod., c. 1450, § 2*

b) Et « curent locorum Ordinarii ut patroni, *loci juris præsentandi*, spiritualia suffragia, etiam perpetua pro se suisve acceptent ». — *Cod., c. 1451, § 1.*

c) » Si patroni id noluerint, eorum jus patronatus canonibus 1453-1470 regatur. » — *Ibid., § 2. — Cf. Cod. loc. cit.*

#### § IV. DE JURIBUS ET OBLIGATIONIBUS BENEFICIARIORUM

1537. I. **Capta legitime beneficii possessione**, quilibet beneficiarius « omnibus *juribus* fruitur tam *temporalibus* quam *spiritualibus* quæ beneficio adnexa sint ». — *Cod. can. 1472.*

Si, ad beneficium obtinendum, susceptio alicujus *ordinis* requiratur, « beneficiarius talem ordinem ante beneficii collationem jam receperit oportet ». — *Cod., c. 1474.*

1538. II. **Triplici obligationum genere** tenentur quicumque in sacris canonibus beneficiariorum nomine veniunt.

Primum genus complectitur obligationes quibus tenentur ut *clerici* ; — secundum obligationes quæ universim e *beneficio* oriuntur ; — tertium obligationes quas adimplere debent vi *peculiaris muneris* quod exercent.

De obligationibus quibus ut *clerici* tenentur, egimus in Tractatu *De clericis*, ubi de *vita et honestate clericorum*. — Ea quæ respiciunt peculiare officium *Episcopi, Parochi*, etc., suo loco proposita sunt. — Superest ut dicamus de alio genere obligationum quæ generatim e *beneficio* oriuntur.

1539. III. **Beneficiarius « tenetur canonicas horas quotidie recitare »**. — *Cod., c. 1475, § 1. — Cf. Pii V const. Ex proximo, 20 sept. 1571.*

a) Si, nullo legitimo detentus impedimento, obligationi recitandi horas canonicas non satisfecerit, « *fructus*



o rata omissionis *non facit suos*, eosque fabricæ ecclesiæ  
t Seminario diocesano tradat, vel in pauperes eroget ».

*Ibid.*, § 2.

b) Beneficiarius qui, præter onus recitandi officii, habet etiam  
*a sustinenda onera* beneficio adnexa, ut sunt Episcopi, paro-  
ci, etc., si, legitime non impeditus, omittat, ex. gr. totum officium  
ius diei, non tenetur *omnes fructus* hujus diei restituere; sed  
in partem retinere potest quæ aliis oneribus respondet. — Ita  
interpretantur communiter bullam Pii V. — *Cf. S. Lig., lib. 3,*  
*m. 673.*

1540. IV. **Ut beneficii curator**, beneficiarius « bona  
suum beneficium pertinentia administrare debet ad  
normam juris ». — *Cod., c. 1476, § 1.*

a) Si *negligens* aliove modo in culpa fuerit, « *damna  
sarcire* beneficio debet, atque ad ea compensanda ab Or-  
dinario loci compellendus est;

» Et, si sit *parochus*, a parœcia amoveri poterit ad nor-  
mam can. 2147, sq. ». — *Ibid.*, § 2. — *Cf. n. 1158, sq.*

b) « Sumptus ordinario modo connexi cum bono-  
rum beneficialium *administratione* et fructuum percep-  
tione, a beneficiario ferendi sunt. » — *Cod., c. 1477, § 1.*  
*Minores reparationes* quæ ipsi incumbunt « beneficia-  
rius quamprimum perficiat, ne majorum necessitas enas-  
tur ». — *Ibid.*, § 3.

c) Impensæ pro *extraordinariis* domus beneficalis  
reparationibus, « ab iis ferendæ sunt quibus *onus refi-  
cendi* beneficaliam ecclesiam incumbit, nisi foundationis  
bulæ aut legitimæ conventiones et consuetudines aliud  
veant ». — *Ibid.*, § 2.

d) In *locatione* bonorum beneficialium « *anticipatæ  
restitutiones* ultra semestre prohibentur sine licentia Ordina-  
rii loci, qui, in casibus extraordinariis, congruis præscrip-  
tionibus caveat ne talis locatio in damnum vergat loci  
aut successorum in beneficio ». — *Cod., c. 1479.*

e) Ordinarius loci « obligatione tenetur *advigilandi*,  
tam per vicarios foraneos, ut beneficalia bona conser-  
vantur et rite administrentur ». — *Cod., c. 1478.*

1541. **V. Fructibus beneficialibus qui ad ejus honestam sustentationem sint necessarii, quilibet beneficiarius « libere uti frui potest ».** — *Cod., c. 1473.*

a) Nam « qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edunt ; et qui altari deserviunt, cum altari participant. Ita et Dominus ordinavit iis qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivere ». — *I Cor., ix, 13, 14.* — *Cf. Bened. XIV, De syn., lib. 8, cap. 2.*

b) Eodem *jure* fruitur beneficiarius etsi « *alia bona non beneficialia habeat* » unde sufficienter sibi providere possit ; æquum est enim ut nemo cogatur « *militare suis stipendiis* ». — *Cod., ibid. ; — I Cor., ix, 7.*

c) Quæ autem *requirantur* ad honestam clerici sustentationem, et quæ *superflua* censeantur, non potest certis regulis præfiniri. Congrua sustentatio non eadem in singulis requirit : ratio habenda est *qualitatis beneficii, usus regionis, conditionis personæ* ; alia parochi, alia Episcopo onera incumbunt.

1542. **VI. Obligatione autem tenetur « impendendi superfluos pro pauperibus aut piis causis, salvo præscripto can. 239, § 1, n. 19 » quod Cardinales eximit ab hac obligatione.** — *Cod., c. 1473.* — *Cf. Trid., xxv, 1, de ref.*

a) An ex stricta *justitia*, an ex lege *caritatis* et misericordiæ, an ex virtute *religionis*, an denique ex positivo tantum Ecclesiæ *præcepto* oriatur hujusmodi obligatio, disputant canonistæ. — *Cf. Ben. XIV, De syn., lib. 7, cap. 2.*

b) Si quis *parce vivendo* peculium sibi comparaverit aliquid subtrahendo ex iis quæ ex redditibus ecclesiasticis destinantur ad honestam vitæ sustentationem, poterit de iis *libere* disponere. Nam, si jure potuisset ea in proprios usus absumere, eo ipso hæc bona censentur in ejus dominium transiisse.

Caveant tamen clerici ab *avaritia*. « Avaro nihil est scelestius.... Nihil est iniquius quam amare pecuniam ; hic enim et animam suam venalem habet. » — *Eccli., x, 9, 10.*

## § V. DE VACATIONE BENEFICIORUM

1543. I. **Beneficium vacat duobus modis** : aut *voluntate propria*, aut *necessitate*.

Primo modo beneficia vacant, dum libera beneficiarii voluntate *resignantur* vel *permutantur*; secundo modo vacant, dum, ob *mortem*, aut in *pœnam*, invitis possessoribus, amittuntur. — *Cf. n. 317, sq.*

1544. II. **Annui redditus beneficii inter successorem et antecessorem ejusve heredes**, in casu obitus, « *pro rata temporis* quo beneficio uterque deservierit, distribuantur, omnibus proventibus et oneribus currentis anni computatis, nisi *legitima consuetudo*, aut *peculiaris statuta* auctoritate approbata, alium justæ compositionis modum induxerint ». — *Cod., c. 1480.*

1545. III. **Fructus beneficii vacantis**, deductis cujuslibet generis expensis, et servato præscripto can. 472 de parte Vicario œconomio assignanda, « pro altera dimidia parte accrescunt *doti beneficii* vel *massæ communi*, pro altera cedunt *fabricæ ecclesiæ* seu *sacrario*, salva legitima consuetudine qua fructus omnes in bonum commune diocesanos erogentur ». — *Cod., c. 1481.*

1546. IV. **Quod ad mediam annatam, quam vocant, pertinet**, « *ea, ubi viget, retineatur, et peculiaris statuta et laudabiles consuetudines* in unaquaque regione circa vicariam vigentes serventur ». — *Cod., c. 1482.*



# TRACTATUS XI

## DE JUDICIIS



De Ecclesiæ potestate judiciaria ejusdemque objecto, et de modo procedendi in nonnullis expediendis negotiis, vel sanctionibus pœnalibus applicandis, jam suo loco diximus. — Cf. n. 180, sq. Superest ut ordinem in judiciis ecclesiasticis servandum, ad trami-tem novi Codicis exponamus.

### CAPUT I

#### DE TRIBUNALIUM ECCLESIASTICORUM ORDINATIONE

Ubi : de foro competenti ; — de variis tribunalium gradibus et speciebus ; — de tribunalium constitutione ; — et de disciplina in tribunalibus servanda.

### ARTICULUS I

#### DE FORO COMPETENTI

Cum, excepto Romano Pontifice, judex ecclesiasticus potestatem non habeat *quaslibet* causas dirimendi, sed *certas* dumtaxat quæ ipsius jurisdictioni subjacent, necessarium est inquirere quod sit, pro causarum ad forum ecclesiasticum pertinentium varietate, tribunal adeundum, seu *quis judex* sit competens.

1547. I. Ob primatum Romani Pontificis :

a) « Integrum est cuilibet fideli, in toto orbe catholico, causam suam, sive *contentiosam* sive *criminales*, in quovis judicii gradu, et in quovis litis statu, cognoscen-

dam ad Sanctam Sedem deferre, vel apud eandem introducere ». — *Cod., c. 1569, § 1.*

*Recursus* tamen ad Sedem Apostolicam interpositus « non suspendit, excluso casu *appellationis*, exercitum jurisdictionis in iudice qui causam jam cognoscere cœpit ; quique idcirco poterit iudicium prosecui usque ad definitivam sententiam, nisi constiterit Sedem Apostolicam causam ad se advocasse ». — *Ibid., § 2.*

**b)** « *Ipsius Romani Pontificis* dumtaxat jus est iudicandi :

» 1° Eos qui *supremum* tenent populorum principatum, horumque filios ac filias, eosve quibus jus est proxime succedendi in principatum ;

» 2° Patres *Cardinales* ;

» 3° Legatos Sedis Apostolicæ, et *in criminalibus* *Episcopos*, etiam titulares. » — *Cod., c. 1557, § 1.*

**c)** « *Tribunalibus* vero Sedis Apostolicæ reservatur iudicare :

» 1° *Episcopos* residentiales *in contentiosis*, salvo præscripto can. 1572, § 2 (*cf. n. 668, b*) ;

» 2° *Diœceses* aliasve personas morales ecclesiasticas quæ Superiorem *infra Romanum Pontificem* non habent, uti *religiones exemptas*, *Congregationes monasticas*, etc. » — *Ibid., § 2.*

**d)** « Alias causas quas Romanus Pontifex ad suum *advocaverit* iudicium, videt iudex quem ipsemet Romanus Pontifex designaverit. » — *Ibid., § 3.*

In causis Sedi Apostolicæ reservatis, aliorum iudicum incompetencia est *absoluta*. In aliis causis incompetencia iudicis cui nullus titulus suffragatur, dicitur *relativa*. — *Cod., c. 1558 ; et 1559, § 2.*

**1548. II. Ratione domicilii vel quasi-domicilii** « quilibet conveniri potest coram Ordinario loci ». — *Cod., can. 1561, § 1.*

Unde, quamvis competens etiam esse aliquoties possit iudex loci in quo factus *contractus*, vel *patratum delictum* fuit, vel sita est res de qua lis movetur, hoc tamen non impedit quin *simul* et *cumulative* tunc competens sit iudex *domicilii*, et coram ipso reum convenire possit actor, si malit.

Sed « *ratione præventionis*, cum duo vel plures iudices æque competentes sunt, ei jus est causam cognoscendi qui prius citatione reum legitime convenit ». — *Cod.*, c. 1568.

a) *Ordinarius domicilii vel quasi-domicilii* « *jurisdictionem in subditum, quamvis absentem, habet* ». — *Cod.*, can. 1561, § 2.

Ideo, etiamsi reus in loco sui domicilii non existat, potest tamen citari *absens*, et, si *contumaciter* non compareat, sententia pronuntiari.

b) « *Vagus proprium forum, habet in loco ubi actu commoratur; religiosus in loco domus suæ.* » — *Cod.*, can. 1563.

1549. III. *Ratione rei sitæ* pars conveniri potest « *coram Ordinario loci ubi res litigiosa sita est, quoties actio in rem directa sit* ». — *Cod.*, c. 1564.

Equidem, in tali loco *multo facilius* documenta necessaria et probationes haberi possunt, et facilior item est executio sententiæ.

1550. IV. *Ratione contractus* pars conveniri potest « *coram Ordinario loci in quo contractus initus est vel adimpleri debet* ». — *Cod.*, c. 1565, § 1.

a) Revera, nisi competens esset iudex ordinarius loci in quo initur contractus, gravia sequerentur *incommoda*. Tunc enim creditores debitorem convenire non possent nisi coram iudice illius territorii in quo is domicilium habet : quod nonnisi multis cum *difficultatibus* et *sumptibus* fieri posset, cum sæpe debitoris domicilium a contractus loco valde dissitum sit.

Præterea, in loco contractus multo facilius *constare* potest, tum de contractu ipso, tum de sollempnitatibus in eo adhibitis.

b) « *In actu autem contractus permittitur contrahentibus, obligationis declarandæ, urgendæ vel implendæ gratia, locum eligere in quo etiam absentes citari et conveniri possint.* » — *Ibid.*, § 2.

1551. V. *Ratione delicti* reus « *forum sortitur in loco patrati delicti* ». — *Cod.*, c. 1566, § 1.

« *Licet post delictum reus e loco discesserit, iudex loci jus habet illum citandi ad comparendum, et sententiam in eum ferendi.* » — *Ibid.*, § 2.

Hoc suadet *ratio boni publici* : tum quia in loco ipso commissi facinoris facilius haberi possunt, circa factum et ejus circumstan-

tias, probationes et testimonia ; tum quia *scandalum* compensandum est vindicta publica *in ipsa regione* ubi crimen patratum est.

1552. VI. **Ratione connexionis** seu continentiae « ab uno eodemque iudice cognoscendae sunt causae inter se connexae, nisi legis praescriptum obstet ». — *Cod., c. 1567.*

Idque jure statutum est, tum ut parcatur *sumptibus*, tum ut evitetur inconveniens illud quod oriri posset si unus iudex sic, alius aliter de personalibus actionibus *judicaret* ; tum demum, quia iudex qui de una causa cognovit, jam est instructus ad *expeditiorem* alterius tractationem. — *Cf. De Angelis, in tit. De foro competenti.*

1553. VII. « **Forum necessarium habent :**

- » 1º Actiones de *spolio*, coram Ordinario loci rei sitae ;
- » 2º Causae respicientes *beneficium*, quamvis non residentiale, coram Ordinario loci beneficii ;
- » 3º Causae quae versantur circa *administrationem*, coram Ordinario loci ubi administratio gesta est ;
- » 4º Causae quae respiciunt *hereditates*, aut *legata pia*, coram Ordinario loci domicilii testatoris, nisi agatur de mera executione legati, quae videnda est secundum ordinarias competentiae normas. » — *Cod., c. 1560.*

1554. VIII. « **Actor sequitur forum rei ;** quod si reus *multiplex* forum habeat, optio fori actori conceditur. » — *Cod., c. 1559, § 3.*

## ARTICULUS II

### DE VARIIS TRIBUNALIUM GRADIBUS ET SPECIEBUS

Exceptis causis Sedi Apostolicae *reservatis* aut ad eandem *advocatis*, ceterae omnes cognoscuntur a diversis tribunalibus de quibus infra.

« Quodlibet tamen tribunal, quod attinet ad partium et testium examen aut citationem, documentorum vel rei controversae inspectionem, decretorum intimationem aliaque hujusmodi, jus habet *in auxilium vocanti* aliud tribunal, quod normas pro singulis actibus jure praescriptas servare debet. » — *Cod., c. 1570.*

1555. I. **Judex primæ instantiæ**, in unaquaque diocesi, pro omnibus causis a jure expresse non exceptis, est *loci Ordinarius* qui judiciariam potestatem ipse *per se*, vel *per alios* exercere potest. — *Cod.*, c. 1572. — *Cf. num. 669, sq. ubi de Officiali et judiciibus synodalibus.*

1556. II. « **A tribunali Episcopi Suffraganei appellatur ad Metropolitanam.** » — *Cod.*, c. 1594, § 1.

a) A causis in *prima instantia* pertractatis coram *Metropolitano*, « fit appellatio ad loci Ordinarium quem ipse *Metropolitano*, probante Sede Apostolica, semel pro semper designaverit ». — *Ibid.*, § 2.

b) Pro causis primum agitatis coram Archiepiscopo qui *caret Suffraganeis*, vel coram loci Ordinario immediate *Sedi Apostolicæ* subjecto, « fit appellatio ad Metropolitanam de quo in can. 285 », scilicet qui semel pro semper, prævia Sedis Apostolicæ approbatione, electus est. — *Ibid.*, § 3.

c) Tribunal appellationis « *eodem modo* quo tribunal primæ instantiæ constitui debet; et *eædem regulæ*, accommodatæ ad rem, in causæ discussione servandæ sunt ». — *Cod.*, c. 1595.

d) Si *collegialiter* causa in prima instantia cognita fuerit, « etiam in gradu appellationis collegialiter nec a minore judicum numero definiri debet ». — *Cod.*, c. 1596.

e) » Qui causam vidit in *uno judicii gradu*, nequit eandem causam in alio judicare. » — *Cod.*, c. 1571.

1557. III. « **Romanus Pontifex** pro toto orbe catholico, ad normam can. 1569, judex est supremus, qui vel ipse *per se* jus dicit, vel per *tribunalia* ab ipso constituta, vel per judices a se *delegatos*. » — *Cod.*, c. 1597.

Ordinaria Sedis Apostolicæ tribunalia sunt *Sacra Romana Rota* et *Signatura Apostolica*, de quibus *cf. n. 548, sq.*

1558. IV. **Delegati judices** « servare tenentur regulas statutas in can. 199-207, 209 ». — *Cod.*, c. 1606. — *Cf., ubi de Jurisd. deleg., n. 330, sq.*

a) Judex a *Sancta Sede* delegatus « uti potest minis-



s constitutis in Curia diœcesis in qua judicare debet ;  
 l potest etiam *alios quoscunque* maluerit eligere et assu-  
 ere, nisi in delegationis rescripto aliud cautum sit ». —  
*id.*, c. 1607, § 1.

b) Judices vero ab *Ordinariis locorum* delegati « uti  
 bent ministris Curiā *diœcesanæ*, nisi Episcopus, in  
 quo peculiari casu, ob gravem causam, proprios et  
 traordinarios ministros constituendos decreverit ». —  
*id.*, § 2.

### ARTICULUS III

#### DE TRIBUNALIUM CONSTITUTIONE

De *Officiali* ab Episcopo eligendo, qui potestatem *ordi-*  
*riam* judicandi habeat, et de *judicibus synodalibus*, cf.,  
 i de potestate Episcopi judiciaria, n. 669, sq.

1559. I. **Unum aut plures Auditores**, seu actorum  
*structores*, potest Ordinarius, « sive stabiliter, sive pro  
 rta aliqua causa constituere ». — *Cod.*, c. 1580, § 1.

a) Judex auditorem eligere potest « tantummodo pro  
 usa quam cognoscit, nisi Ordinarius jam providerit ». —  
*id.*, § 2.

b) Auditores pro tribunali *diœcesano*, « quantum  
 ri potest, deligantur ex *judicibus synodalibus*; pro tri-  
 nali vero *religiosorum*, deligendi semper sunt ex *alumnis*  
 isdem religionis; ad normam constitutionum ». — *Cod.*,  
 n. 1581.

c) Eorum est « testes citare et audire, aliaque acta  
 icialia instruere secundum *tenorem mandati*, non autem  
 tentiam definitivam ferre ». — *Cod.*, c. 1582.

d) Auditor « in quovis litis momento ab officio *remo-*  
*ti* potest ab eo qui eundum elegit, justa tamen de causa,  
 citra partium præjudicium ». — *Cod.*, c. 1583.

e) « Tribunalis collegialis præses debet unum de  
 licibus collegii *ponentem* seu *relatorem* designare, qui  
 cœtu *judicum* de causa referat et *sententias* in scriptis

redigat ; et ipsi idem præses potest alium ex justa causa substituere. » — *Cod., c. 1584.*

1560. II. « **Cuilibet processui interesse oportet notarium, qui actuarii officio fungatur ; adeo ut nulla habeatur acta si actuarii manu non fuerint exarata, vel saltem ab eo subscripta.** » — *Cod., c. 1585, § 1.*

« Quare iudex, antequam causam cognoscere incipiat in actuarium assumere debet unum e *notariis* legitimè constitutis, nisi ipse Ordinarius aliquem pro ea causa jam designaverit. » — *Ibid., § 2.*

1561. III. « **Constituantur in diœcesi promotor justitiæ et defensor vinculi ; ille pro causis, tum *contentiosis* in quibus bonum publicum, Ordinarii iudicio, in discrimen vocari potest, tum *criminalibus* ; iste pro causis in quibus agitur de vinculo sacræ ordinationis aut matrimonii.** » — *Cod., c. 1586.*

a) « In causis in quibus eorum præsentia requiritur promotore justitiæ aut vinculi defensore non citato, acta *irrita* sunt, nisi ipsi, etsi non citati, revera interfuerint. » — *Cod., c. 1587, § 1.*

Si legitime citati aliquibus actibus *non interfuerint*, « acta quædam valent, verum postea eorum examini subjicienda omnino sunt ut ea omnia, sive voce sive scriptis, possint animadvertere et proponere quæ necessaria aut opportuna judicaverint ». — *Ibid., § 2.*

b) « *Eadem persona* officium promotoris justitiæ et defensoris vinculi gerere potest, nisi multiplicitas negotiorum et causarum id prohibeat. » — *Cod., c. 1588, § 1.*

Promotor et defensor « constitui possunt, tum ad *universitates* causarum, tum pro *singulis* causis ». — *Ibid., § 2.*

c) « Ordinarii est promotorem justitiæ et vinculi defensorem *eligere*, qui sint sacerdotes integræ famæ, jure canonico doctores vel ceteroqui periti, ac prudentes et justitiæ zelo probati. » — *Cod., c. 1589, § 1.*

In tribunali *religiosorum* « promotor justitiæ sit præterea eadem religionis alumnus ». — *Ibid., § 2.*

d) Promotor justitiæ et vinculi defensor electi :

*universitatem causarum* « a munere non cessant, *sedeiscopali vacante*, nec a Vicario Capitulari possunt remori; adveniente autem novo Prælato, indigent confirmatione ». — *Cod.*, c. 1590, § 1.

« Justa tamen intercedente causa, Episcopus eos *removere* potest. » — *Ibid.*, § 2.

1562. IV. **Ad acta judicialia intimanda**, « nisi alia sit obata tribunalis consuetudo, constituentur *cursores*, *pro omnibus causis*, sive pro causa peculiari; item *paritores*, ad sententias ac decreta iudicis, eo committente, executioni mandanda ». — *Cod.*, c. 1591, § 1.

« Acta quæ hi confecerint, *publicam fidem* faciunt. » — *Ibid.*, c. 1593.

« *Laici* ipsi sint, nisi prudentia in aliqua causa suadeat ut ecclesiastici ad id muneris assumantur.

« Quod vero ad eorum nominationem, suspensionem et revocationem attinet, eadem servantur regulæ quæ pro *notariis* can. 373 statutæ sunt. » — *Cod.*, c. 1592. — *Cf. n.* 845.

« Eadem persona *utroque officio* (cursoris et apparitoris) defungi potest. » — *Cod.*, c. 1591, § 2.

## ARTICULUS IV

### DE DISCIPLINA IN TRIBUNALIBUS SERVANDA

1563. I. « **Judex antequam aliquem ad suum trahat tribunal et iudicaturus sedeat, videat utrum ipse sit competentens, necne.** » — *Cod.*, c. 1609, § 1.

« Eodemque modo antequam aliquem *ad agendum adducat*, cognoscere tenetur num is in iudicio possit jure consistere. » — *Ibid.*, § 2.

« Non est tamen necesse ut de his referatur in actis. » — *Ibid.*, § 3.

a) Si *exceptio* proponatur contra iudicis competentiam, « hac de re *ipse judex* videre debet ». — *Cod.*, can. 10, § 1.

In casu exceptionis de incompetencia *relativa*, « si iudex se competentem pronuntiet, ejus decisio *non admittit* appellationem ». — *Ibid.*, § 2.

b) Quod si judex se *incompetentem* declaret, « par quæ se gravatam reputat, potest intra decem dierum spatium *appellationem* ad superius tribunal interponere » — *Ibid.*, § 3.

c) « Judex quovis in stadio causæ se absolute incompetentem agnoscens, suam incompetentiam declarari tenetur. » — *Cod.*, c. 1611.

1564. II. **Judex cognoscendam ne suscipiat causam in qua aliquid ipsius intersit** « ratione *consanguinitatis* vel *affinitatis* in quolibet gradu lineæ rectæ, et in primo et secundo gradu lineæ collateralis, vel ratione *tutelæ* et *curatelæ*, intimæ vitæ consuetudinis, magnæ *simultatis* vel *lucris* faciendi aut *damni* vitandi », vel causam « in qua quo antea *advocatum* aut *procuratorem* egerit ». — *Cod. can.* 1613, § 1.

In iisdem rerum adjunctis « ab officio suo abstinere debent justitiæ promotor et defensor vinculi ». — *Ibid.* § 2.

1565. III. **Cum judex, etsi competens, a parte recusatur ut suspectus**, « hæc exceptio, si proponatur contra judicem delegatum in causa unicum, vel contra collegium, vel majorem delegatorum judicum partem, definienda est a *delegante* ;

» Si contra unum vel alterum ex pluribus judicibus delegatis, etsi Collegii præsidem, a *celeris judicibus delegatis* et non suspectis ;

» Si contra Auditorem Sacræ Rotæ, a *Signatura Apostolica* ad normam can. 1603, § 1, n. 2 ;

» Si contra Officialem, ab *Episcopo* ; si contra auditorem, a *judice principali* ». — *Cod.*, c. 1614, § 1.

a) Si ipsemet *Ordinarius* sit judex, et contra ipsum exceptio suspicionis opponatur, « vel absteineat a judicando, vel quæstionem suspicionis definiendam committat judici immediate superiori ». — *Ibid.*, § 2.

b) Si exceptio suspicionis opponatur contra promotorem justitiæ, defensorem vinculi, aut alios *tribunalis administratos*, « de hæc

ceptione videt præses in tribunali collegiali, vel ipse iudex si unius sit ». — *Ibid.*, § 3.

c) Si iudex unicus, aut aliquis vel etiam omnes iudices qui tribunal collegiale constituunt *suspecti* declarentur, « *personæ* mutari debent, non vero iudicii gradus ». — *Cod.*, c. 1615, § 1.

« Ordinarii autem est, in locum iudicum qui suspecti declarati sunt, alios a suspitione immunes subrogare. » — *Ibid.*, § 2.

d) Quod si *ipsemet Ordinarius* declaratus fuerit suspectus, eundem peragat iudex immediate superior ». — *Ibid.*, § 3.

e) « Exceptio suspitionis *expeditissime* definienda est, auditis partibus, promotore iustitiæ vel vinculi defensore, si intersint, nec ipsos suspicio cadat. » — *Cod.*, c. 1616.

1566. IV. « In negotio quod privatorum solummodo interest, iudex procedere potest dumtaxat ad *instantiam* partis; sed, in delictis, et in iis quæ publicum Ecclesiæ bonum aut animarum salutem respiciunt, etiam *ex officio*. » — *Cod.*, c. 1618.

a) « Si actor pro re sua *probationes*, quas afferre potest, non afferat, vel reus *exceptiones* sibi competentes non proponat, iudex ne suppleat. » — *Cod.*, c. 1619, § 1.

« Si vero agatur vel de *publico bono* vel de animarum salute, eas supplere potest et debet. » — *Ibid.*, § 2.

b) « Cum iudex prævidet actorem probabiliter *prelaturum esse* sententiam ecclesiasticam si forte hæc sententia sit contraria, et idcirco conventi iuribus non satis consultum iri, potest, ad ejusdem conventi instantiam, et etiam ex officio, actorem adigere ad *congruam cautionem* præstandam pro ecclesiasticæ sententiæ observantia. » — *Cod.*, c. 1626.

1567. V. « Iudices et tribunalia curent ut quamprimum, salva iustitia, causæ omnes terminentur, utque in tribunali *primæ instantiæ* ultra biennium non protrahantur, in tribunali vero *secundæ instantiæ* ultra annum. » — *Cod.*, c. 1620.

Iudices et tribunalia tenentur causas ad se delatas « *eo ordine* cognoscere quo fuerunt propositæ, nisi aliqua earum celerem præ-

ceteris expeditionem *exigat*, quod quidem peculiari decreto a iudice seu a tribunali statuendum est ». — *Cod., c. 1627.*

1568. VI. **Jusjurandum de officio rite et fideliter implendo** « coram Ordinario, vel coram iudice a quo electi sunt, vel coram viro ecclesiastico ab alterutro delegato », præstare debent, excepto Episcopo qui per se potestatem judicariam exerceat, « omnes qui *tribunal constituunt* aut eidem *opem ferunt* » ;

« Idque ab initio suscepti officii, si sint *stabiles*, aut antequam causa agatur, si pro *peculiari* aliqua causa sint constituti. » — *Cod., c. 1621, § 1.*

a) « Etiam iudex a Sede Apostolica delegatus, vel iudex ordinarius in religione clericali exempta, idem jusjurandum præstare tenetur cum primum tribunal constituitur, adstante ipsius tribunalis notario, qui de præstito jurejurando actum redigat. » — *Ibid., § 2.*

b) Quotiescumque jusjurandum præstatur, sive a iudicibus aut tribunalis administris, sive a partibus, testibus, peritis, « semper emitti debet præmissa *divini Nominis* invocatione ; et a sacerdotibus quidem *tacto pectore*, a ceteris fidelibus tacto Evangeliorum libro ». — *Cod., c. 1622, § 1.*

c) Iudex partem, testem aut peritum ad jusjurandum recipiens « eum regulariter commonefaciat, tum de *sanctitate actus* et de gravissimo delicto quod admittunt jurisjurandi violatores, tum etiam de *pœnis* quibus obnoxii fiunt qui falsum in iudicio jurat affirmant ». — *Ibid., § 2.*

d) « Jusjurandum secundum formulam a iudice probatam præstari debet *coram eodem iudice* aut ejus delegato, adstante utraque aut alterutra parte quæ interesse jurisjurandi præstationi velit. » — *Ibid., § 3.*

1569. VII. **Ad secretum officii tenentur iudices et tribunalis adjutores**, « in iudicio *criminali* semper, in *contentioso* autem si ex revelatione alicujus actus processualis præjudicium partibus obvenire possit ». — *Cod. can. 1623, § 1.*

a) Tenentur etiam semper « ad inviolabile secretum servandum de *discussionè* quæ in tribunali collegiali antequam sententiam habetur, tum etiam de variis *suffragiis* et opinionibus ibidem prolatis ». — *Ibid., § 2.*

b) « Imo, quoties causæ vel probationum naturalis sit ut ex actorum vel probationum evulgatione eorum fama periclitetur, vel præbeatur ansa dissidiis, ut scandalum aliudve id genus incommodum oriatur, tunc potest testes, peritos, partes earumque advocatos et procuratores, *jurejurando* adstringere ad secretum servandum. » — *Ibid.*, § 3.

1570. VIII. **Congruis pœnis puniri possunt a iudice officiales et adjuutores qui officio suo defuerint.** — *Cod.*, c. 1625, § 3.

a) Ipsi iudices qui, « cum certe et evidenter competentes sunt, reddere recusant, vel qui temere se competentes declarant, vel si ex culpabili negligentia aut dolo actum nullum cum aliorum detrimento vel injustum ponunt, aut aliud litigantibus damnum inferunt, *tenentur de damnis*, et ab Ordinario loci vel, si de Episcopo agatur, a Sede Apostolica, ad instantiam partis, aut etiam ex officio, *congruis pœnis* pro gravitate culpæ puniri possunt, non exclusa officii privatione ». — *Cod.*, c. 1625, § 1.

b) Iudices qui « *secreti legem* violare vel acta secreta cum aliis quoquo modo communicare præsumpserint, *puniantur* mulctis et pœniis aliisque pœnis, privatione officii non exclusa, pro diversis actus gravitate, salvis peculiaribus statutis quibus graviore pœnæ describantur ». — *Ibid.*, § 2.

c) Iudex et omnes tribunalis administrati, « occasione agendi officii, *munera* quævis acceptare prohibentur ». — *Cod.*, c. 1624.

1571. IX. « **Fatalia legis** quæ dicuntur, idest termini criminis iuribus a lege constituti, prorogari non possunt. » — *Cod.*, c. 1634, § 1.

a) Termini autem judiciales et *conventionales*, « ante terminum lapsum, poterunt, iuxta intercedente causa, a iudice, auditis vel petentibus partibus, prorogari ». — *Ibid.*, § 2.

b) Caveat tamen iudex ne *nimis diuturna* lis fiat ex prorogatione. » — *Ibid.*, § 3.

b) « Si dies, pro actu judiciali indicta, sit *feriata*, nec in decreto iudicis dicatur expresse tribunal vacaturum nihilominus causis

cognoscendis, terminus intelligitur *prorogatus* ad primam sequentem diem non feriatam. » — *Cod.*, c. 1635.

1572. X. **Episcopus « penes suam sedem aulam statuat quæ sit ordinarius judiciorum locus »**, quamvis in *quolibet* suæ diœcesis loco, qui non sit exemptus, jus habeat tribunal erigendi.

« *Ibique Crucifixi imago emineat et adsit Evangeliorum liber.* » — *Cod.*, c. 1636.

Judex e territorio suo vi expulsus, vel a jurisdictione ibi exercenda impeditus, « potest *extra territorium* jurisdictionem suam exercere et sententiam ferre, certiore tamen hac de re facto loco Ordinario ». — *Cod.*, c. 1637.

1573. XI. **Dies et horas quibus tribunal adiri regulariter possit, et ab eo justitiæ administratio exigi, « publico decreto in unaquaque diœcesi Ordinarius definiri curet »** *Cod.*, c. 1638, § 1.

a) « *Justa tamen de causa, et quoties periculum sit in mora, fas est fidelibus quovis tempore* judicis ministerium in sui juris vel boni publici tutelam invocare. » — *Ibid.*, § 2.

b) « *Dies festi de præcepto, et ultimi tres dies hebdomadæ sanctæ feriati habeantur; et in iis citationes intimare, audientiam habere, partes et testes excutere, probationes assumere, decreta et sententias ferre, denunciare et exsequi, vetitum est, nisi necessitas christiana caritas, aut bonum publicum aliud postulent.* » — *Cod. can.* 1639, § 1.

« *Judicis autem est in singulis casibus statuere et denunciare ad et quæ acta supra dictis diebus expleri debeant.* » — *Ibid.*, § 2.

1574. XII. « **Dum causæ coram tribunali aguntur extranei ab aula arceantur, et ii tantummodo adsint qui ad processum expediendum judex necessarios esse judicaverit.** » — *Cod.*, c. 1640; § 1.

a) « *Omnes, judicio assistentes, qui reverentiæ et obedientiæ tribunali debitæ graviter defuerint, judex, etiam illico et incontinenti si coram tribunali sedente in id quis peccaverit, potest censuris quoque aliisve congruis pœnis ad officium reducere, advocato præterea et procuratores etiam jure alias causas apud tribunal ecclesiasticum pertractandi privare.* » — *Ibid.*, § 2.



b) Si alicui actui processuali interveniat persona linguæ loci nara, et iudices ac partes linguam hujus personæ propriam non telligant, « *interpres* adhibeatur *juratus*, et a iudice designatus, ntra quem alterutra pars legitimam exceptionem non propperit ». — *Cod.*, c. 1641.

1575. XIII. « **Acta judicialia**, tum quæ meritum quæsonis respiciunt, seu *acta causæ*, ex. gr., sententiæ et jusque generis probationes, tum quæ ad formam procedendi pertinent, seu *acta processus*, ex. gr., citationes, timationes, etc., *scripto* redacta esse debent. » — *Cod.*, n. 1642, § 1.

a) « Nisi justa causa aliud suadeat, quoad ejus fieri test, *lingua latina* redigantur; sed interrogationes et sponiones testium, aliaque similia, *lingua vernacula* nfici debent. » — *Ibid.*, § 2.

b) « Singula *folia* processus numerentur; et *actuarii* *scriptio* cum sigillo tribunalis apponatur in unoquoque lio. » — *Cod.*, c. 1643, § 1.

« Singulis actis completis, vel interruptis, seu ad aliam ssonem remissis, *apponatur* subscriptio *actuarii* et *judicis* vel tribunalis præsidis. » — *Ibid.*, § 2.

c) Quoties in actis judicialibus partium aut testium *scriptio* uiritur, si pars aut testis hanc facere *nequeat* vel *nolit*, « id in is actis adnotetur, simulque iudex et actarius fidem faciant um ipsum de verbo ad verbum parti aut testi perlectum fuisse, partem aut testem vel non potuisse vel noluisse subscribere ». *Ibid.*, § 3.

1576. XIV. **Judicio expleto**,

a) « Documenta partibus *restitui* debent, nisi in criminalibus, bono publico ita exigente, iudex aliquod retidandum censuerit ». — *Cod.*, c. 1645, § 1.

b) Documenta omnia, quæ apud tribunal manent, n *archivo Curix* deponantur, sive publico sive secreto, out eorum natura exigit ». — *Ibid.*, § 2.

c) Notarii, actuarii et cancellarius « sine iudicis mandato tradere prohibentur *exemplar* actorum judicialium

et documentorum quæ sunt processui acquisita ». — *Ibid.*, § 3.

d) « *Anonymæ* epistolæ quæ nihil ad causæ meritum conferunt, et etiam subscriptæ quæ sint certo *calumniosæ*, destruantur. » — *Ibid.*, § 4.

1577. XV. In casu appellationis :

a) « Actorum *exemplaria*, in fasciculum religata, cum *indice* omnium actorum et documentorum, et cum *testificatione* actuarii seu cancellarii de eorum fideli transcriptione et integritate, *mittantur* ad superius tribunal ;

» Si exemplaria sine gravi incommodo exscribi nequeant, mittantur cum opportunis cautelis acta ipsa originalia ». — *Cod.*, c. 1644, § 1.

b) Si eo mittenda sint ubi vernacula lingua *non sit cognita*, « acta ipsa in linguam latinam vertantur, adhibitis cautelis ut de fideli translatione constet ». — *Ibid.*, § 2.

c) Si acta debita forma et characterè confecta non fuerint, « a iudice superiore *repelli possunt* : quo in casu, illi quibus culpa imputanda est acta suis impensis denuo conficere et mittere tenentur ». — *Ibid.*, § 3.

## CAPUT II

## DE PARTIBUS IN CAUSA

quilibet potest in iudicio *agere*, nisi a sacris canonibus prohibeatur. Reus autem legitime conventus *respondere* debet; sed potest, imo quandoque debet, *procuratoris* aut *advocati* officio iuvari.

## ARTICULUS I

## DE ACTORE ET DE REO CONVENTO

« Licet actor, vel reus conventus, procuratorem vel advocatum constituerit, semper tamen tenetur in iudicio, *semet* adesse ad *præscriptum* juris vel iudicis. » — *Cod.*, n. 1647.

1578. I. **Pro minoribus** et iis qui rationis usu destituti sunt, « *agere* et *respondere* tenentur eorum *parentes*, et *tutores* vel *curatores* ». — *Cod.*, c. 1648, § 1.

a) « Si iudex existimet ipsorum jura esse in *conflictu* cum iuris parentum vel tutorum vel curatorum, aut ipsos tam longe *tare* a parentibus aut tutoribus vel curatoribus ut hisce uti aut nime aut difficulter liceat, tunc stent in iudicio per curatorem *iudice datum*. » — *Ibid.*, § 2.

b) Sed, in causis *spiritualibus* et cum spiritualibus connexis, minores *usum rationis* assecuti sint, « *agere* et *respondere* queunt e patris vel tutoris consensu; et quidem, si *ætatem quatuordecim annorum* expleverint, etiam per seipsos; *secus*, per tutorem ab Ordinario datum, vel etiam per procuratorem a se, Ordinarii auctoritate, constitutum ». — *Ibid.*, § 3.

1579. II. **Personæ morales** minoribus æquiparantur (c. 100, § 3). « Eorum nomine stat in iudicio *rector* vel *administrator*; in *conflictu* vero eorum iurium cum iuris rectoris vel administratoris, procurator ab Ordinario signatus. » — *Cod.*, c. 1649.

a) Ordinarii locorum « possunt nomine *ecclesiæ cathedrali* aut *mensæ episcopalis* stare in iudicio ; sed, ut licite agant, debent audire Capitulum cathedrale, vel Consilium administrationis, eorumve *consensum* vel *consilium* habere, quando periculo vertitur pecuniæ summa pro qua alienanda ad normam can. 1532 (*cf. num. 1503*) eorundem consensus vel consilium requiritur ». — *Cod., can. 1653, § 1.*

b) Beneficarii omnes « nomine *beneficii* possunt in iudicio agere aut respondere ; quod tamen ut licite faciant, servare debent præscriptum can. 1526 » (de obtinenda Ordinarii licentia). — *Ibid., § 2. — Cf. n. 1449, c.*

c) Prælati ac Superiores Capitulorum, sodalitatum et quorumlibet collegiorum « stare in iudicio nequeunt, nomine suæ cujusque *communitatis*, sine ejusdem consensu ad normam statutorum ». — *Ibid., § 3.*

d) Adversus eos qui sine præscripto *consensu* aut *consilio* in iudicio egerint, « piæ causæ aut communitati jus est ad refectionem damnorum ». — *Ibid., § 4.*

e) In casu vero defectus vel negligentiae illius qui *administratoris* munere fungitur, « potest ipse *loci Ordinarius*, per se vel per alium, stare in iudicio nomine personarum moralium quæ sub ejus jurisdictione sunt ». — *Ibid., § 5.*

f) Superiores *religiosi* « nequeunt nomine suæ communitatis stare in iudicio, nisi ad normam constitutionum ». — *Ibid., § 6.*

1580. III. **Bonis interdicti**, et ii qui minus firmæ mentis sunt, « stare in iudicio per se ipsi possunt tantummodo ut de *propriis delictis* respondeant, aut ad *præscriptum* iudicis : in ceteris, agere et respondere debent per suos curatores ». — *Cod., c. 1650.*

a) Ut curator ab *auctoritate civili* alicui datus a iudice ecclesiastico admittatur, « debet accedere consensus Ordinarii proprii illius cui datus est ». — *Cod., c. 1651, § 1.*

b) « Ordinarius potest quoque alium curatorem constituere pro *foro ecclesiastico*, si, omnibus mature perpensis, id statuendum esse prudenter censuerit. » — *Ibid., § 2.*

1581. IV. **Religiosi** « sine Superiorum *consensu* non habent personam standi in iudicio, nisi in casibus qui sequuntur ;

- » 1<sup>o</sup> Si de vindicandis *adversus religionem* juribus sibi professione quæsitis agatur ;
- » 2<sup>o</sup> Si ipsi *extra claustra* legitime morentur, et jurium orum tuitio urgeat ;
- » 3<sup>o</sup> Si contra *ipsum Superiorem* denuntiationem insti-  
tere velint ». — *Cod., c. 1652.*

1582. V. **Excommunicatis** vitandis aut toleratis *post nentiam* declaratoriam vel condemnatoriam « permittitur ut *per se ipsi* agant tantummodo ad impugnandam justiam aut legitimitatem ipsius excommunicationis ; per *procuratorem*, ad aliud quodvis animæ suæ præjudicium vertendum ; in reliquis ab agendo repelluntur ». — *Cod., n. 1654, § 1.*

« Alii excommunicati generatim stare in judicio neunt. » — *Ibid., § 2.*

## ARTICULUS II

### DE PROCURATORIBUS AD LITES ET ADVOCATIS

1583. I. « **Pars libere potest advocatum et procuratorem constituere** ; sed potest quoque in judicio *per se* agere et respondere, nisi *judex* procuratoris vel advocati ministerium *necessarium* existimaverit. » — *Cod., n. 1655, § 3.*

a) Imo, « in judicio *criminali* reus, aut a se *electum*, a *judice datum*, semper habere *debet* advocatum ». — *Ibid., c. 1655, § 1.*

b) « Etiam in judicio *contentioso*, si agatur de *minus* aut de judicio in quo *bonum publicum* vertitur, *judex* parti carenti defensorem *ex officio* attribuat, aut, si casus at, parti etiam habenti alium adjungat. » — *Ibid., § 2.*

c) Et *Episcopus*, si quando in causa est, « aliquem instituat qui ejus personam, *procuratorio* nomine, gerat ». — *Ibid., § 4.*

1584. II. **Procurator et advocatus** « esse debent *callici*, ætate majores, bonæ famæ ; *acatholicus* non ad-

mittitur nisi per exceptionem et ex necessitate ». — *Cod. can. 1657, § 1.*

*Advocatus* « debet præterea esse *doctor*, vel alioque vere peritus, saltem in jure canonico ». — *Ibid., § 2.*

*Religiosus* « admitti potest, nisi aliud in constitutionibus caveatur, in causis tantum in quibus vertitur utilitas sua religionis, de licentia tamen Superioris ». — *Ibid., § 3.*

a) « *Quilibet* pro lubitu a parte potest eligi et deputari *procurator*, dummodo secundum præcedentem canonem idoneus sit, quin opus sit ut Ordinarii approbatio antecesserit. » — *Cod., c. 1658, § 1.*

*Advocatus* autem, ut ad patrocinium admittatur, « indiget approbatione Ordinarii, quæ, aut *generalis* sit ad omnes causas, aut *specialis* pro certa causa ». — *Ibid., § 2.*

b) « *Unicum* quisque potest eligere *procuratorem* qui nequit alium sibi substituire nisi expressa facultas eidem facta fuerit. » — *Cod., c. 1656, § 1.*

Quod si, justa causa suadente, *plures* ab eodem deputentur, « hi ita constituentur ut detur inter ipsos locus præventioni ». — *Ibid., § 2.*

*Advocati* autem « *plures* simul constitui queunt ». — *Ibid., § 3.*

c) Utrumque munus, *procuratoris* et *advocati* « etiam in eadem causa et pro eodem cliente, *eadem persona* exercere potest ». — *Ibid., § 4.*

### 1585. III. Ad explendas sui officii partes :

a) *Procurator* « ne prius a iudice *admittatur* quam speciale mandatum ad lites scriptum, etiam in calcis ipsius citationis, mandantis subscriptione munitum, e locum, diem, mensem et annum referens, apud tribunal deposuerit ». — *Cod., c. 1659, § 1.*

Quod si mandans scribere nesciat, « hoc ipsum ex scriptura constat necesse est, et parochus vel notarius Curie vel duo testes, locum mandantis, mandatum subsignent ». — *Ibid., § 2.*

« Mandatum procurationis asservari debet in actis causæ. » — *Cod., c. 1660.*

b) *Advocatus*, ut causæ patrociniū suscipiat, « ha-  
at necesse est, a parte vel a iudice, *commissionem* ad  
star mandati procuratorii, de qua in actis constare  
bet ». — *Cod.*, c. 1661.

e) « Nisi *speciale mandatum* habuerit, procurator  
n potest *renuntiare* actioni, instantiæ vel actis iudicia-  
us, nec transigere, pacisci, compromittere in arbitros,  
ferre aut referre jusjurandum, et generatim ea agere  
o quibus jus requirit mandatum speciale ». — *Cod.*, can.  
62.

d) « Tum procurator tum advocatus possunt a iudice,  
to decreto, *repelli*, sive ex officio, sive ad instantiam  
rtis, justa tamen de causa. » — *Cod.*, c. 1663.

e) « Advocati et procuratores possunt ab eo a quo  
nstituti sunt *removeri*, salva obligatione solvendi hono-  
ria ipsis debita ; verum, ut remotio effectum sortiatur,  
cesse est ut ipsis *intimetur*, et, si lis jam contestata  
erit, iudex et adversa pars certiores facti sint de reme-  
ne. » — *Cod.*, can. 1664, § 1.

f) « Lata definitiva sententia, jus et officium *appel-  
adi*, si mandans non renuat, *procuratori* manet. » —  
*id.*, § 2.

---

## CAPUT III

## DE ACTIONIBUS ET EXCEPTIONIBUS

Quodlibet jus « non solum *actione* munitur, nisi aliud expressum cautum sit, sed etiam *exceptione*, quæ semper competit, et e suapte natura perpetua ». — *Cod.*, c. 1667.

Qui ad rem sibi vindicandam, seu ad jus suum in judicio perscrutandum « titulo agit juris auctoritate subnixo, actione dimicantem quæ *petitoria* dicitur ».

Si vero rei possessionem vel juris quasi-possessionem postulaverit « ejus actio *possessoria* vocatur ». — *Cod.*, c. 1668.

*Exceptio* est actionis exclusio qua reus actionem contra se institutam vel retardat vel penitus elidit. Ideo exceptio dividitur in *dilatoriam* et *peremptoriam*. — *Cf. Cod.*, c. 1669, sq.

## ARTICULUS I

## DE REI SEQUESTRATIONE, ET INHIBITIONE EXERCITII JURIS

1586. I. Qui ostenderit super aliqua re ab alio detenta jus se habere sibi que damnum imminere nisi res ipsa custodienda tradatur, « jus habet obtinendi a iudice ejusdem rei sequestrationem ». — *Cod.*, c. 1672, § 1.

« In similibus rerum adjunctis, obtinere potest ut *juris exercitium* alicui inhibeat. » — *Ibid.*, § 2.

a) Sequestratio rei et inhibitio exercitii juris « a iudice decerni potest *ex officio*, instante præsertim promotore justitiæ aut defensoris vinculi, quoties *bonum publicum* id postulare videatur ». — *Ibid.*, § 3.

b) « Ad *crediti quoque securitatem* sequestratio rei admittitur dummodo de creditoris jure liquido constet. » — *Cod.*, c. 1673, § 1.

Sequestratio extenditur etiam « ad res debitoris quæ depositi causa aut quolibet alio titulo apud *alias personas* reperiantur ». — *Ibid.*, § 2.

c) Sequestratio rei et suspensio exercitii juris « decerni nullatenus possunt si damnum quod timetur possit *aliter reparari*, et *idonea cautio* de eo reparando offeratur ». — *Cod.*, c. 1674.





## ARTICULUS III

## DE ACTIONIBUS OB NULLITATEM ACTORUM

1590. I. **Si actus aut contractus sit ipso jure nullus** « datur ei cujus interest actio ad obtinendam a iudice *de declarationem nullitatis* ». — *Cod., c. 1679.*

a) Nullitas actus « tunc tantum habetur cum in eo deficiunt quæ actum ipsum *essentialiter* constituunt, aut sollemnia seu condiciones desiderantur a sacris canonibus *requisitæ* sub pœna nullitatis ». — *Cod., c. 1680, § 1.*

b) Nullitas alicujus actus « non importat nullitatem actorum qui *præcedunt* aut *subsequuntur* et ab actu non dependent ». — *Ibid., § 2.*

1591. II. **Qui actum posuit nullitatis vitio infectum** « tenetur de damnis et expensis erga partem læsam ». — *Cod., c. 1681.*

a) Nullitas actus « a iudice declarari non potest *ex officio* nisi aut publice id intersit, aut agatur de pauperibus vel de minoribus aliisve qui minorum jure censentur ». — *Cod., c. 1682.*

b) « Iudex inferior, de confirmatione a *Romano Pontifice* actu vel instrumento adjuncta, videre non potest nisi Apostolicæ Sedis præcesserit mandatum. » — *Cod., c. 1683.*

## ARTICULUS IV

DE ACTIONIBUS RESCISSORIIS ET DE RESTITUTIONE  
IN INTEGRUM

1592. I. **Actione rescissoria** poterit actus vel contractus rescissionem obtinere qui « motus *metu* gravi *injuste* incusso, vel *dolo* circumventus, actum posuerit vel contractum inierit qui *ipso jure* non sit nullus ». — *Cod., can. 1684, § 1.*

a) « Eadem actione intra biennium uti potest qui gravem ex contractu læsionem ultra dimidium ex *errore* passus est. » — *Ibid., § 2.*

b) Institui hæc actio potest :

1° Contra eum qui *metum intulit* aut *dolum patravit*, quam-  
ipse, non in suum, sed in alterius commodum talia peregerit ;  
2° Contra quemlibet malæ fidei et etiam bonæ fidei possessorem  
res metu vel dolo extortas *possidet*, salvo *jure regressus* contra  
milibet, usque ad ipsum metus vel doli auctorem ». — *Cod.*,  
1685.

c) Si is qui metum intulit, aut dolum patravit, *urgeat* actus  
contractus executionem, « parti læsæ seu deceptæ competit *ex-  
io metus vel doli* ». — *Cod.*, c. 1686.

1593. II. **Remedium extraordinarium restitutionis in  
egrum** suppetit « *minoribus vel minorum jure fruenti-  
s* graviter læsis, eorumque heredibus et successoribus,  
læsionem reparandam ex negotio seu actu valido res-  
dibili ». — *Cod.*, c. 1687, § 1.

Hoc beneficium « *majoribus* quoque conceditur quos  
licit rescissoria actio aut aliud ordinarium remedium,  
modo justam subesse causam et læsionem sibi impu-  
dam non esse probaverint ». — *Ibid.*, § 2.

a) Restitutio in integrum « peti debet ab ordinario iudice qui  
petens est respectu illius contra quem petitur, intra *quadrien-  
m* ab adepta majoritate computandum si agatur de *minoribus*,  
de læsionis factæ et cessati impedimenti si de *majoribus* aut per-  
is moralibus ». — *Cod.*, c. 1688, § 1.

b) Minoribus vel minorum jure fruentibus « restitutio concedi  
est a iudice etiam *ex officio*, audito vel instante promotore justi-  
». — *Ibid.*, § 2.

c) Restitutio in integrum id efficit « ut omnia *revocentur in  
tinum*, idest restituantur in statum quo erant ante læsionem,  
is iuribus quæ alii, bona fine, ante petitam restitutionem quæ-  
rint ». — *Cod.*, c. 1689.

## ARTICULUS V

### DE MUTUIS PETITIONIBUS, SEU DE ACTIONIBUS RECONVENTIONALIBUS

1594. I. **Dicitur reconventio** « actio quam reus coram  
dem iudice *in eodem iudicio* instituit contra actorem,

ad submovendam vel minuendam ejus petitionem ». — *Cod., can. 1690, § 1.*

« Reconventio reconventionis non admittitur. » — *Ibid., § 2.*

1595. II. **Actio reconventionalis locum habere potest** « in omnibus causis contentiosis, exceptis causis spoliis in *criminalibus* vero non admittitur nisi ad normam can. 2218, § 3 » (nempe si mutua injuria compensetur). — *Cod. can. 1691.*

« Proponenda est judici coram quo *actio principalis* instituta est, licet ad unam causam dumtaxat delegato vel alioquin incompetenti, nisi sit absolute incompetens. » — *Cod., c. 1692.*

## ARTICULUS VI

### DE ACTIONIBUS SEU REMEDIIS POSSESSORIIS

1596. I. **Ut in rei possessionem vel juris exercitium immittatur, petere potest** « qui, ad possessionem alicujus rei adipiscendam, vel ad alicujus juris exercitium obtinendum, munitur titulo legitimo ». — *Cod., c. 1693.*

« Non solum possessio, sed etiam simplex *detentio* præstat, ad normam canonum qui sequuntur, actionem vel exceptionem possessoriâ. » — *Cod., c. 1694.*

1597. II. **Qui annum integrum in possessione rei vel in quasi-possessione juris manserit,** « si molestiam patitur quominus suam possessionem vel quasi-possessionem retineat, habet actionem *retinendæ possessionis* ». — *Cod., can. 1695, § 1.*

Hæc actio non admittitur « nisi *intra annum* ab illata molestia adversus molestiæ auctorem ut a molestiis desistat ». — *Ibid., § 2.*

1598. III. **Si inter duos controversia oriatur uter eorum possideat,** « ille in possessione præferendus est qui intra annum *frequentiores* et potiores possessionis actus exercuit ». — *Cod., c. 1697, § 1.*

a) « In *dubio*, iudex possessionem pro indiviso utrique parti attribuat. » — *Ibid., § 2.*

b) Si rei vel juris indoles, aut contentionum et rixarum periculum, non patiantur ut litigantibus pro indiviso possessio interim tribuatur, « judex rem apud *sequestrem* deponi, aut juris quasi-*sessionem suspendi* jubeat, usque ad *judicii* petitorii exitum ». *Ibid.*, § 3.

1599. IV. **Qui vi aut clam quoquo modo a possessione i vel quasi-possessione juris dejectus est**, « adversus quemlibet spoli auctorem vel rei detentorem habet actionem *recuperandæ possessionis*, vel de spolio, et spoli exceptionem ». — *Cod.*, c. 1698, § 1.

« Hæc *actio* non admittitur præterlapso anno postquam spolium possessus rei notitiam habuit; *exceptio*, contra, perpetua est. » — *Ibid.*, § 2. — *Cf. can. 1699, sq.*

## ARTICULUS VII

### DE ORDINE COGNITIONUM

1600. I. **Exceptiones dilatoriæ**, eæ præsertim quæ rescindunt personas et modum *judicii*, « proponendæ et cognoscendæ sunt *ante contestationem litis*, nisi contestata lite primùm emerserint, aut pars jurejurando affirmet sibi tunc tantum sibi innotuisse ». — *Cod.*, c. 1628, § 1.

a) Exceptio tamen de *incompetentia* *judicis absoluta* « a parti opponi potest in quovis statu et gradu causæ ». — *Ibid.*, § 2.

b) Pariter exceptio *excommunicationis* « opponi potest in quovis statu et gradu, dummodo ante sententiam definitivam; sed non, si agatur de excommunicatis vitandis, aut toleratis contra quos sententia condemnatoria vel declaratoria lata fuerit, ii *excommunicatio* semper excludi debent ». — *Ibid.*, § 3.

1601. II. **Exceptiones peremptoriæ**, quæ dicuntur *in finitæ*, veluti exceptio rei *judicatæ*, *transactionis*, &c., « proponi et cognosci debent *ante contestationem litis*; » Qui serius eas opposuerit, non est rejiciendus, sed indemnetur in *expensis*, nisi probet se oppositionem *malitiose* non distulisse ». — *Cod.*, c. 1629, § 1.

Aliæ exceptiones peremptoriæ « proponi debent *post* contestationem *litem*, et *suo tempore* tractandæ sunt secundum regulas circa *exceptiones incidentes* ». — *Ibid.*, § 2.

1602. III. **Actiones reconventionales** « satius statim post litis contestationem, utiliter quovis iudicii momento *ante sententiam* tamen, proponi possunt ». — *Cod., can. 1630, § 1.*

« Cognoscantur autem *simul* cum conventionali actione, hoc est pari gradu cum ea, nisi eas separatim cognoscere necessarium sit aut iudex opportunius existimaverit. » — *Ibid., § 2.*

1603. IV. **Quoties, proposita principali controversia quæstio præjudicialis suboritur**, id est ejusmodi ex cuius solutione pendeat solutio quæstionis principalis, « *illa ante omnia a iudice cognoscenda est* ». — *Cod., c. 1632.*

## ARTICULUS VIII

### DE EXSTINCTIONE ACTIONUM

1604. I. « **In contentiosis**, actiones tum *reales*, tum *personales*, exstinguuntur præscriptione ad normam can. 1508-1512 (*cf. n. 1480*); actiones autem de *statu personarum* nunquam exstinguuntur. » — *Cod., c. 1701.*

« Præscriptio in contentiosis currit ex quo actio primum potuit jure proponi. » — *Cod., c. 1705, § 1.*

1605. II. « **Omnis criminalis actio** perimitur *morte rei, condonatione legitimæ potestatis, et lapsu temporis* utilis ad actionem criminalem proponendam. » — *Cod., c. 1702.*

a) Tempus *utile* ad actionem criminalem proponendam « est *triennium*, nisi agatur : 1° de actione injuriarum, quæ *uno anno* perimitur ; 2° de actione ob delicta qualificata contra sextum et nonum divinum præceptum, quæ *quinquennio* perimitur ; 3° de actionibus ob simoniam vel homicidium, contra quæ actio criminalis *decennio* perdurat ». — *Cod., c. 1703.*

b) Sublata per præscriptionem actione *criminali* « 1° non est hoc ipso sublata actio *contentiosa*, forte ex delicto orta, ad damna sarcienda ; 2° Ordinarius remediis can. 2222, § 2 statutis (*cf. n. 212, b.*) uti adhuc potest ». — *Cod., c. 1704.*

c) Præscriptio *currit*, in criminalibus, « a die *patrati delicti* ». — *Cod., c. 1705, § 1.*

Si delictum habeat *tractum*, ut vocant, *successivum*, non currit præscriptio nisi a die qua delicti tractus cessavit ». — *Ibid., § 2.*

In delicto *habituali* vel *continuato*, « præscriptio non decurrit nisi post ultimum actum ; et conventus ob aliquem minimosum actum non præscriptum, tenetur de antiquioribus qui cum eodem actu *connectuntur*, etiamsi singulorum sumpti ob præscriptionem excluderentur ». — *Ibid.,*

---

## CAPUT IV

## DE CAUSÆ INTRODUCTIONE

Qui aliquem convenire vult, « debet *libellum* competenti judici exhibere, in quo controversiæ *objectum* proponatur, et ministerium judicis ad deducta jura persequenda expostuletur ». — *Cod. can. 1706.*

Et, libello vel orali petitione admissa, « locus est vocationi in jus seu *citationi* alterius partis ». — *Cod., c. 1711, § 1.*

## ARTICULUS I

## DE LIBELLO LITIS INTRODUCTORIO

1606. I. **Libellus quo lis introducitur debet :**

« 1° Expressere coram *quo iudice* causa *introducatur* *quid* petatur, et *a quo* petatur ;

» 2° Indicare, generatim saltem, *quo jure* innotuit actor ad comprobanda ea quæ allegantur et asseruntur

» 3° *Subscribi* ab actore vel ejus procuratore, appositæ die, mense et anno, nec non *loco* in quo actor vel ejus procurator habitant, aut residere se dixerint actorum recipiendorum gratia ». — *Cod., c. 1708.*

a) Qui scribere nescit, aut legitime impeditur quominus libellum exhibeat, « *oretenus* petitionem suam coram *tribunali* proponere potest ». — *Cod., c. 1707, § 1.*

b) Item « in causis *facilioris* investigationis et *minoris momenti*, ac propterea cito expediendis, *judicis* arbitrio *relinquitur* petitionis *admissio* *oretenus* sibi facta ». — *Ibid., § 2.*

c) « In utroque tamen casu *judex* *notarium* jubeat *scriptis* actum redigere, qui actori *legendus* est et ab eo *probandus*. » — *Ibid., § 3.*

1607. II. **Judex vel tribunal, « debet quantocius libellum aut admittere aut rejicere, adjectis in hoc altero casu rejectionis causis ».** — *Cod., c. 1709, § 1.*

a) Si *judicis* decreto libellus rejectus fuerit ob vitia quæ emendari possunt, « actor *novum libellum* rite confectum potest eide



lici denuo exhibere ; quod si iudex emendatum libellum rejecerit, vā rejectionis rationes exponere debet ». — *Ibid.*, § 2.

b) Adversus *libelli rejectionem* « integrum semper est parti, praeter tempus utile decem dierum, *recursum* interponere ad superius tribunal : a quo, audita parte, et promotore justitiæ aut vinculi conservatore, quæstio rejectionis expeditissime definienda est ». — *Ibid.*, § 3.

c) Si iudex, continuo *mense* ab exhibito libello, decretum non dederit quo libellum admittit vel rejicit, « pars cujus interest defendere potest ut iudex suo munere fungatur.

Quod si nihilominus iudex sileat, lapsis *quinque diebus* a facta citatione, poterit *recursum* ad Ordinarium loci, si ipse iudex non dederit, vel ad superius tribunal interponere, ut, vel iudex ad definiendam causam adigatur, vel alius in ejus locum subrogetur ». — *Ibid.*, c. 1710.

## ARTICULUS II

### CITATIONE ET DENUNTIATIONE ACTORUM JUDICIALIUM

Si partes litigantes *sponte* coram iudice se sistant ad causam agendam, « opus non est citatione, sed actuarius significet in actis partes sponte sua iudicio adfuisse ». — *Ibid.*, c. 1711, § 2.

1608. I. « **Citatio fit a iudice**, et libello litis introductorio describitur aut adjungitur. » — *Cod.*, c. 1712, § 1.

a) « Denuntiatur autem *reo*, et, si sint plures, singulis. Debet insuper *actori* nota fieri, ut statuta die et hora ipse quoque coram iudice se sistat. » — *Ibid.*, § 2 et 3.

b) Si lis moveatur ei qui non habet *liberam administrationem* rerum de quibus disceptatur, « citatio denuncianda est ei qui ipsius nomine iudicium suscipere tenetur ». — *Cod.*, c. 1713. — *Cf. n. 1578, sq.*

c) « Quælibet citatio est *peremptoria* ; nec iteretur necessitas nisi in casu de quo in can. 1845, § 2 » (nempe in citatione pœnarum ad frangendam contumaciam). — *Cod.*, c. 1714.

1609. II. « **Citatio denuntietur per schedam**, quæ scriptum *judicis* parti conventæ factum ad comparen-

dum exprimat, idest a quo iudice, ob quam causam satem verbis generalibus indicatam, quo actore, reus, nomine et cognomine rite designatus, conveniatur; nec non locum et tempus, idest annum, mensem, diem et horam ad comparandum præfixam perspicue indicet. » — *Cod. can. 1715, § 1.*

a) « Citatio, sigillo tribunalis minuta, *subscribenda* est a iudice, vel ab ejus auditore, et a notario. » — *Ibid.*, § 1.

Citatio *duplici scheda* conficiatur, quarum altera remittatur reo convento, altera asservetur in actis ». — *Cod.*, c. 1716.

b) Citationis scheda, « si fieri poterit, per Curiaë cursum tradenda est ipsi convento *ubicunque* is invenitur » — *Cod.*, c. 1717, § 1.

« Ad hoc cursor etiam *fines alterius diœcesis* ingredi potest, iudex id expedire censuerit et eidem cursori mandaverit. » — *Ibid.*, § 2.

Si cursor personam conventam non invenerit in loco ubi convenitur, « relinquere poterit citatoriam schedam alicui de ejus *familia* aut *famulatu*, si hic eam recipere paratus sit ac spondere se reo convento quamprimum schedam acceptam traditurum; si minus, eam *ad iudicem referat* », ut transmittatur ad normam sequentium canonum. — *Ibid.*, § 3.

c) Si, ob distantiam vel aliam causam, *difficulter* per cursorem tradi possit reo convento scheda citatoria, « poterit jussu iudicis transmitti per *tabellarios publicos* dummodo commendata et cum *syngrapha* receptionis vel alio modo qui secundum locorum leges et conditiones tutissimus sit ». — *Cod.*, c. 1719.

d) Quoties, diligenti inquisitione peracta, adhuc ignoratur ubi commoretur reus, « locus est citationi per *edictum* ». — *Cod.*, c. 1720, § 1.

Hoc autem fit « *affigendo* per cursorem, ad fores Curiaë, scheda citationis ad modum edicti, per tempus prudenti iudicis arbitrio determinandum, et in aliqua *publica ephemeride* eam inserendo ». — *Ibid.*, § 1.

1610. III. Cursor, cum in manu rei conventi citationis schedam relinquit, « debet eam *subsignare*, adnotando die et hora qua reo tradita est ». — *Cod.*, c. 1721, § 1.

« Idem peragat si eam relinquat in manibus alicujus de *familia* ut *famulatu* rei conventi, addito insuper nomine personæ cui schedam tradidit. » — *Ibid.*, § 2.

Si citatio fiat per *edictum*, « cursor in edicti calce signet qua die et hora edictum affixum ad fores Curiaë fuerit, et quandiu affixum manserit ». — *Ibid.*, § 3.

a) Si reus receptionem schedæ *recuset*, « cursor schedam ipsam subsignatam, addita die et hora recusationis, iudici remittat ». — *Ibid.*, § 4.

b) « Cursor quæ peregit ad iudicem referat *in scriptis*, manu propria subsignatis, quæ in actis servantur. » — *Cod.*, c. 1722, § 1.

« Si per *tabellariorum* officium citatio transmittatur, conservetur in actis *fides* ejusdem officii. » — *Ibid.*, § 2.

c) « Si scheda citatoria non referat quæ in can. 1715 præscribuntur, aut non fuerit legitime intimata, *nullius momenti* sunt tum citatio tum acta processus. » — *Cod.*, c. 1723.

Sed reus qui citatoriam schedam recipere recuset, *legitime citatus* habeatur ». — *Cod.*, c. 1718.

d) Regulæ superius statutæ pro rei citatione, « *ceteris quoque iudicii actibus*, pro diversa tamen eorum natura accommodandæ et applicandæ sunt, ut decretorum vel sententiarum denuntiationi, aliisque hujusmodi ». — *Cod.*, c. 1724.

1611. IV. « Cum citatio legitime peracta fuerit, aut partes sponte in iudicium venerint :

- » 1<sup>o</sup> Res desinit esse *integra* ;
- » 2<sup>o</sup> Causa fit *propria* illius iudicis aut tribunalis communi quo actio instituta est ;
- » 3<sup>o</sup> In iudice *delegato* firma redditur iurisdictio, ita non exspiret resoluta jure delegantis ;
- » 4<sup>o</sup> Interrumpitur *præscriptio*, nisi aliud cautum sit, nisi iuxta normam can. 1508 (*cf. n. 1480*).
- » 5<sup>o</sup> Lis *pendere* incipit ; et ideo statim locum habet principium : *Lile pendente, nihil innovetur.* » — *Cod.*, c. 1725.

## CAPUT V

## DE LITIS INSTANTIA

« Instantiæ *initium* fit litis contestatione ; *finis* autem omnibus modis quibus iudicium terminatur, sed et *antea*, non solum interrumpi, verum etiam finire potest sive *peremptione* sive *renuntiatione*. » — *Cod.*, c. 1732.

## ARTICULUS I

## DE LITIS CONTESTATIONE

Objectum seu *materia iudicii* « constituitur ipsa *litis contestatione*, seu formali conventi contradictione petitioni actoris, facta animo litigandi coram iudice ». — *Cod. can.* 1726.

1612. I. **Ad litis contestationem** « nulla necessaria est sollemnitatis, sed sufficit ut, partibus coram iudice vel eius delegato comparentibus, in actis inseratur *petitio actori* et *contradictio conventi*, unde constet qua de re agatur seu quinam sint controversiæ termini ». — *Cod.*, c. 1727.

a) « In causis tamen *implicioribus*, in quibus petitio actoris nec perspicua sit nec simplex, vel contradictio conventi difficultatibus scateat, iudex, ex officio, aut ad instantiam actoris vel conventi partes citet ad rite definiendos controversiæ articulos, id est ad causæ *dubia*, ut dicitur, *concordanda*. » — *Cod.*, c. 1728.

b) Si, die dubiis concordandis præstituta, pars in jus vocata *non compareat* nec justam absentiae excusationem alleget, « *contumacia* declaretur, et dubiorum formula statuatur *ex officio*, parte quæ præsens fuerit, id postulante.

» Parti autem contumaci *statim id notum fiat* ex officio, ut quæ velit exceptiones contra dubiorum seu articulorum formulam proponere, et a contumacia se purgare, intra tempus quod iudice congruum videatur ». — *Cod.*, c. 1729, § 1.

c) « Partibus præsentibus et in formula dubiorum seu articulo

a *concordibus*, si iudex, quod ad se attinet, nihil excipiendum  
averit, ejus rei fiat mentio in decreto quo formula firmatur. »

*Ibid.*, § 2.

si vero partes *dissentiant*, aut earum conclusiones iudici non  
bentur, « iudex ipse controversiam dirimat decreto ». — *Ibid.*,

d) Dubiorum seu articulorum formula semel statuta « *mutari*  
potest nisi *novo decreto*, ex gravi causa, ad instantiam partis,  
promotoris justitiæ, vel defensoris vinculi, audita utraque vel  
tra parte, ejusque rationibus perpensis ». — *Ibid.*, § 4.

e) « Antequam litis contestatio *locum habuerit*, iudex ad *testium*  
rumve *probationum* receptionem ne procedat nisi in casu con-  
naciæ, aut nisi testium depositionem recipere oporteat ne ipsa,  
probabilem testis mortem, ob discessum ejusdem, vel ob aliam  
tam causam, recipi postea nequeat, aut difficulter possit. » —  
*l., c. 1730.*

## 1613. II. Lite contestata :

a) « Haud licet actori *libellum mutare* nisi, reo con-  
tiente, iudex, justis de causis, censeat mutationem  
e admittendam, salva semper reo compensatione  
minorum et expensarum, si quæ debeatur.

b) *Libellus non censetur mutatus* : si coarctetur aut mu-  
tur probationis modus ; si minuantur aut petitio aut ac-  
soria petitionis ; si facti adjuncta in libello pridem posi-  
ita illustrentur, compleantur aut emendentur, ut con-  
versæ objectum idem remaneat ; si in locum rei peti-  
pretium, fœnus aut aliquid æquivalens ;

b) » Iudex *congruum tempus* partibus præstituat pro-  
tionibus proponendis et explendis ; quod quidem pote-  
stantibus partibus, arbitrio suo *prorogare*, dummodo  
lis, ultra quam æquum sit, protrahatur ;

c) » Possessor rei alienæ desinit esse *bonæ fidei* ; qua-  
pter damnatus rem restituere, non solum rem ipsam,  
l et *rei fructus* a litis contestatæ tempore restituere te-  
tur, et damna præterea sarcire, si qua secuta fuerint ».

*Cod., c. 1731.*

## ARTICULUS II

## DE INTERRUPTIONE AUT EXSTINCTIONE ACTIONIS

1614. I. **Instantia interruptitur :**

a) Causa nondum conclusa, « si pars litigans *moriatur*, aut *statum* mutet, aut cesset ab *officio* cujus ratione agit », donec heres defuncti aut successor litem instauret — *Cod., can. 1733, n. 1. — Cf. can. 1734.*

Causa conclusa, instantia in iisdem adjunctis « non interruptitur sed iudex procedere debet *ad ulteriora*, citato procuratore, si ad seculum defuncti herede vel successore ». — *Ibid., n. 2.*

b) *Procuratore* aut curatore a munere cessante, « tantum diu *interrupta* manet instantia quoad pars, aut ii ad quos pertinet, novum procuratorem vel curatorem nominaverint, aut per se ipsi in posterum agere se velle professi fuerint ». — *Cod., c. 1735.*

1615. II. **Instantia perimitur** « si nullus actus processus, quin aliquod obstet impedimentum, ponatur in tribunalibus *primæ instantiæ* per *biennium*, aut in gradu *appellationis* per *annum*.

» Et in altero casu sententia per appellationem oppugnata transit in *rem judicatam* ». — *Cod., c. 1736.*

a) Peremptio « obtinet *ipso jure*, et adversus *omnes*, minor quoque aliosve minoribus æquiparatos; eaque *ex officio* etiam excipi debet, salvo *jure regressus* ad indemnitatem adversus tutores, administratores, procuratores qui culpa se caruisse non probaverint ». — *Cod., c. 1737.*

b) Peremptio « exstinguit acta *processus*, non vero acta *causæ* imo hæc vim habere possunt etiam in alia instantia, dummodo etiam inter *easdem personas* et super *eadem re* intercedat; sed, ad extraneos quod attinet, non aliam vim obtinet nisi documentorum ». — *Cod., c. 1738.*

c) In casu peremptionis, « quas quisque ex litigatoribus fecerit, has ipse ferat *expensas* perempti iudicii ». — *Cod., c. 1739.*

1616. III. **Instantiæ renuntiare** potest actor « in quolibet statu et gradu iudicii »; item, « tum actor, tum reus

sunt processus actis renuntiare, sive omnibus sive non-  
lis tantum ». — *Cod., c. 1740, § 1.*

a) Renuntiatio ut valeat, « peragenda est *in scriptis*, et a parte,  
ab ejus procuratore speciali tamen mandato munito, debet  
*scribi*, alteri parti *communicari*, ab eaque *acceptari* vel saltem  
impugnari, et a *judice* admitti ». — *Ibid., § 2.*

b) Admissa, pro *actis* quibus renuntiatum est, « eosdem parit  
tus ac peremptio instantiæ: et obligat renuntiantem ad solven-  
expensas actorum quibus renuntiatum fuit ». — *Cod., c. 1741.*

## CAPUT VI

## DE PROBATIONIBUS

- « Non indigent probatione : 1<sup>o</sup> facta *notoria*, ad normam can. 21 (*cf. n. 191*) ; 2<sup>o</sup> quæ ab *ipsa lege* præsumuntur ; 3<sup>o</sup> facta ab un ex contententibus asserta et ab altero *admissa*, nisi a jure vel judice probatio nihilominus exigatur. » — *Cod., c. 1747.*
- « Onus probandi incumbit ei qui *asserit*. — Actore non probante reus absolvitur. » — *Cod., c. 1748.*
- « Probationes quæ ad moras iudicio nectendas postulari videntur seu examen testis longe dissiti, aut cujus domicilium nescitur, v cognitio documenti quod cito haberi non potest, iudex *ne admittat* nisi hæ probationes *necessariæ videantur* quia ceteræ deiciant aut satis non sint. » — *Cod., c. 1749.*

## ARTICULUS I

DE CONFESIONE PARTIUM ET DE INTERROGATIONIBUS  
IPSIS IN JUDICIO FACIENDIS

1617. I. Ad eruendam veritatem facti quod publicum interest ut extra dubium ponatur, iudex « *debet* partem interrogare ». — *Cod., c. 1742, § 1.*

a) « In aliis casibus *potest* unum ex contententibus interrogare, non solum *ad instantiam* alterius partis, sed etiam *ex officio*, quoties agitur de illustranda probatione adducta. » — *Ibid., § 2.*

b) « Interrogatio partium fieri a iudice potest *quovis stadio iudicii*, ante conclusionem in causa. » — *Ibid., § 3.*

c) « Tum actor tum reus invicem, tum etiam promotor justitiæ et defensor vinculi, possunt iudici exhibere articulos, seu quæsitæ, super quibus pars interrogetur quæque vulgo *positiones* dicuntur. » — *Cod., c. 1745, § 1.*

In positionibus exarandis, admittendis et parti proponendis, « *regulæ* cum proportione servantur quæ in can. 1773-1781 statutæ sunt » de examine testium. — *Ibid., § 2. — Cf. num. 1629 et 1630.*



1618. II. **Judici legitime interroganti** « partes responde tenentur et fateri veritatem, nisi agatur de delicto *ipsis* commisso ». — *Cod.*, c. 1743, § 1.

a) Si pars legitime interrogata respondere *recuset*, quanti facienda sit hæc recusatio, utrum justa sit, an confessioni æquiparanda, necne, judicis est æstimare ». — *Ibid.*, § 2.

b) Pars, quæ respondere debet, si illegitime responde *recusaverit*, aut si, postquam responderit, *mendax* aperta fuerit, « puniatur, ad tempus a judice pro rerum junctis definiendum, remotione ab actibus legitimis lesiasticis ;

Et si, ante responsionem, *jusjurandum* de veritate dicenda præstiterit, laicus interdicto personali, clericus suspensione plectatur ». — *Ibid.*, § 3.

1619. III. **Jusjurandum de veritate dicenda** « in causis *criminalibus* nequit judex accusato deferre ; in *contentionibus* quoties bonum publicum in causa est, debet illud a partibus exigere ; in *aliis*, potest pro sua prudentia ». — *Ibid.*, c. 1744.

Ad jusjurandum præstandum, vel interrogationibus respondendum, « partes *personaliter* coram judice se sistere debent », exceptis iis qui legitime excipiuntur. — *Cod.*, c. 1746. — *Cf. n.* 1627.

1620. IV. **Confessio judicialis** dicitur « assertio de aliquo facto, in scriptis aut oretenus ab una parte *contra se pro adversario* coram judice interrogante peracta ». — *Ibid.*, c. 1750.

a) Si agatur de negotio aliquo *privato*, et in causa non bonum publicum, « confessio judicialis unius partis, quomodo libere et considerate facta, relevat alteram ab ore probandi ». — *Cod.*, c. 1751.

b) Pars, aliquid confessa in judicio, « non potest *contra confessionem suam* venire nisi, aut in continenti se retractat, aut faciat, aut probet confessionem ipsam vel carere conditionibus in can. 1750 expressis, vel errori facti adscribendam ». — *Cod.*, c. 1752.

c) Confessio sive scriptis, sive ore tenus, ipsimet aut versario aut aliis extra iudicium facta, « dicitur *extrajudicialis* : eaque in iudicium deducta, iudicis est, perpensis omnibus rerum adjunctis, æstimare quanti facienda sit. — *Cod., can. 1753.*

## ARTICULUS II

### DE TESTIBUS ET ATTESTATIONIBUS

Probatio per *testes* « in quibuslibet causis admittitur sub iudicis tamen moderatione, secundum modum præscriptum in canonibus qui sequuntur ». — *Cod., c. 1754.*

1621. I. « **Testes iudici legitime interroganti respondentere et veritatem fateri debent.** » — *Cod., c. 1755, § 1.*

a) « Ab hac obligatione *eximuntur* :

» 1º Parochi alique sacerdotes, quod attinet ad confessionem sacramentalem confessionem ; civitatum magistratum, medici, obstetrices, advocati, notarii alique qui ad *secretum officii*, etiam ratione præstiti consilii, tenentur, quod attinet ad negotia huic secreto obnoxia ;

» 2º Qui ex testificatione sua *sibi vel consanguineis vel affinibus* in quolibet gradu lineæ rectæ et in primo gradu lineæ collateralis, infamiam, periculosas vexationes, aliaque *mala valde gravia* obventura timent. » — *Ibid., § 2.*

b) « Testes iudici legitime interroganti scienter *falsum* affirmantes, aut *verum* occultantes, puniantur a iudice iuxta normam can. 1743, § 3 (*cf. n. 1618, b*) ;

» Eademque pœna mulctentur omnes qui testem vel iudicem peritum donis, pollicitationibus, aut alio quovis modo *inducere* præsumperint ad *falsum* testimonium dicendum, aut ad *veritatem* occultandam. » — *Ibid., § 3.*

1622. II. « **Omnes possunt esse testes, nisi expressè a iure repellantur, vel in totum vel ex parte.** » — *Cod., can. 1756.*

a) « *Ut non idonei* : repelluntur a testimonio ferendo impuberes et mente debiles. » — *Cod., c. 1757, § 1.*

b) « *Ut suspecti* : 1° excommunicati, perjurii, infames, post *sententiam* declaratoriam vel condemnatoriam ; 2° qui ita *abjectis* sunt *moribus* ut fide digni non habeantur ; 3° publici gravesque partis *inimici*. » — *Ibid.*, § 2.

c) « *Ut incapaces* :

» 1° Qui *partes* sunt in causa, aut *partium vice funguntur*, veluti tutor in causa pupilli, Superior aut administrator in causa suæ communitatis aut piæ cause cujus nomine in judicio consistit ; judex ejusve assistentes, advocatus aliique qui partibus in eodem causa *assistunt* vel *stiterunt* ;

» 2° Sacerdotes, quod attinet ad ea omnia quæ ipsis ex *professione sacramentali* innotuerunt, etsi a vinculo sigilli soluti sint ; imo, audita a quovis et quoquo modo *occasione professionis*, ne ut *indicium* quidem veritatis recipi possint ;

» 3° *Conjux* in causa sui conjugis, *consanguineus* et *affinis* in causa consanguinei vel affinis, in quolibet gradu *neæ* rectæ et in primo gradu collateralis, nisi agatur de causis quæ ad statum civilem aut religiosum personæ spectant cujus notitia aliunde haberi nequeat, et *bonum publicum* exigat ut habeatur. » — *Ibid.*, § 3.

d) Non idonei et suspecti « *audiri poterunt* ex decreto iudicis quo id expedire declaretur ; sed eorum testimonium valebit tantummodo ut *indicium* et probationis *miniculum*, et generatim injurati audiantur ». — *Cod.*, n. 1758.

### 1623. III. Inducuntur testes :

a) Ab ipsis *partibus* quæ « debent sibi invicem *notificare* testium nomina antequam eorum examen inchoetur, aut, si id, prudenti iudicis existimatione, fieri sine gravi difficultate nequeat, saltem ante testificationum publicationem ». — *Cod.*, c. 1759, § 1 ; et c. 1763.

Pars, quæ testem induxit, potest ejus examini *renuntiare* ; sed reversarius postulare potest ut, hac non obstante renuntiatione, testis examini subjiciatur. » — *Cod.*, c. 1759, § 4.

b) Possunt quoque testes « induci a *promotore justitiæ* et *defensore vinculi*, si id ad causam intersit ». — *Cod., can. 1759, § 2.*

Sed « ipse *judex*, quoties agatur de minoribus aliisve qui minoribus æquiparantur, et generatim quoties publicum bonum id exigat, potest testes *ex officio* inducere ». — *Ibid., § 3.*

c) Si quis *sponte* compareat testimonii reddendi gratia, « *judex* poterit ejus testimonium *admittere* vel *repellere*, prout expedire censuerit ». — *Cod., c. 1760, § 1.*

« *Debet* autem testem, qui se *sponte* obtulerit, repellere cum comparere sibi videatur moras *judicio* nectendi causa, vel *justitiæ* et *veritati* quoquo modo officendi. » — *Ibid., § 2.*

d) « *Judici* jus et obligatio est *nimiam multitudinem* testium refrenandi. » — *Cod., c. 1762.*

1624. IV. **Cum probatio per testes postulatur**, « eorum nomina et domicilium tribunali indicentur; præterea exhibeantur *positiones* seu articuli argumentorum super quibus testes sint interrogandi ». — *Cod., c. 1761, § 1.*

« Si ne intra diem quidem *peremptorium*, a *judice* præstitutum, obtemperatum fuerit, *postulatio deserta* censetur. » — *Ibid., § 2.*

a) « Testes debent *ex officio excludi* si *judici* liquido constet eos a testimonio ferendo prohiberi, salvo præscripto *can. 1758 (cf. n. 1622, d)*;

» Ast etiam, *postulante adversario*, testes excludendi sunt si *justa exclusionis causa* demonstretur, quæ exclusio dicitur *reprobatio personæ testis*. » — *Cod., c. 1764, § 1 et 2.*

b) « Pars nequit reprobare personam testis quem *ipsa induxit*, nisi nova *reprobationis causa* supervenerit, quamvis possit ejus dicta reprobare. » — *Ibid., § 3.*

c) « *Reprobatio testis* fieri debet intra *triduum* postquam testium nomina cum parte communicata fuerunt, nec postea facta admittatur, nisi a parte demonstretur, vel saltém *juramento* affirmetur, defectum testis antea sibi notum non fuisse. » — *Ibid., § 4.*

« *Judex* autem *reprobationis* discussionem *in finem litis* reservet.

si contra testem stet præsumptio juris, aut defectus sit notorius, et statim ac facile probari possit, vel postea probari nequeat. » — *Ibid.*, § 5.

1625. V. « **Citatio testium fit ministerio judicis, decreto interveniente, et intimanda est testibus ad normam can. 1715-1723.** » — *Cod.*, c. 1765. — *Cf. n. 1609.*

a) Testis rite citatus « *parere debet*, aut causam suæ absentiae judici notam facere ». — *Cod.*, c. 1766, § 1.

b) « Testis *inobediens*, qui nempe sine legitima causa non comparuit, aut, etsi comparuit, renuit respondere, vel jusjurandum præstare, vel attestationi subscribere, a iudice potest *congruis pœnis* coerceri, et insuper *mulctari* pro rata damni quod ex ejus inobedientia partibus obveniat. » — *Ibid.*, § 2.

1626. VI. Testis, antequam testimonium edat, « **jusjurandum præstare debet de tota ac sola veritate dicenda** ». — *Cod.*, c. 1767, § 1.

« Partes, earumve procuratores, præstationi jurisjurandi testium assistere possunt. » — *Ibid.*, § 2.

a) « Testibus, si de jure partium mere *privato* agatur, poterit jusjurandum, utraque parte consentiente, remitti. » — *Ibid.*, § 3.

« Sed, etiam cum jusjurandum a teste non exigitur, iudex testem ammonet *gravis obligationis*, qua semper tenetur, veritatem dicendi. » — *Ibid.*, § 4.

b) Testes, tametsi jusjurandum præstiterint de veritate dicenda, « poterunt nihilominus, pro prudenti iudicis arbitrio, *absoluto examine*, adigi ad jusjurandum *de veritate dictorum*, sive circa omnes positionum articulos, sive circa aliquos tantum, quoties gravitas negotii et utilitatis testificationis adjuncta id postulare videantur ». — *Ibid.*, c. 1768.

c) Testes adigi etiam jurejurando possunt « ad *secretum servandum* circa propositas interrogationes dataque interrogationibus responsa, usque dum acta et allegata publici juris fiant : imo etiam *perpetuo*, ad normam can. 1723, § 3 ». — *Cod.*, c. 1769. — *Cf. n. 1569, b.*

1627. VII. « **Testes sunt examini subjiendi in ipsa tribunalis sede.** » — *Cod., c. 1770, § 1.*

« Ab hac generali regula *excipiuntur* :

» 1° S. R. E. Cardinales, Episcopi et personæ illustres quæ suæ civitatis jure eximuntur ab obligatione comparendi coram judice testificandi causa : ii omnes *eligere* ipsi possunt *locum* ubi testificentur, de quo judicem certiore facere debent ;

» 2° Qui morbo, aliove corporis vel animi impedimento, aut conditione vitæ, uti moniales, tribunalis sedem adire nequeunt ; ii *domi* audiendi sunt ;

» 3° Qui *extra diocesim* degentes, in diocesim reverti et ad tribunalis sedem accedere sine gravi incommodo nequeunt ; ii audiendi sunt a tribunali loci in quo commorantur, secundum interrogationes et instructiones a causæ judice transmissas ;

» 4° Qui in diocesi quidem commorantur, sed in *locis* ita *dissitis* a tribunalis sede ut sine gravibus impensis neque ipsi judicem adire, neque a judice adiri possint.

» Hoc in casu judex debet propiorem aliquem sacerdotem dignum et idoneum *deputare*, ut, cum assistentia alicujus qui actuarii munere fungatur, *examen* horum testium perficiat, *transmissis* pariter eidem interrogationibus faciendis, datisque opportunis instructionibus. » — *Ibid., § 2.*

1628. VIII. « **Testes seorsim singuli examinandi sunt.** » — *Cod., c. 1772, § 1.*

« Prudenti tamen judicis arbitrio relinquitur, post edita testimonia, testes inter se aut cum parte conferre, seu vulgo, *confrontare.* » — *Ibid., § 2.*

a) Id autem fieri poterit « si hæc omnia simul concurrant, scilicet :

» 1° Si testes inter se, aut cum parte, in re gravi et causæ substantiam attingente, *dissentiant* ;

» 2° Si nulla alia *facilior* ad veritatem detegendam suppetat via

» 3° Si *scandali* vel dissidiorum periculum non sit ex collatione pertimescendum ». — *Ibid., § 3.*

b) « Examini testium *partes* assistere nequeunt, nisi judex ea admittendas censuerit. » — *Cod., c. 1771.*

1629. IX. « **Examen fit a judice, vel ab ejus delegato aut auditore, cui assistat oportet notarius.** » — *Cod. can. 1773, § 1.*

a) In examine « interrogationes non ab alio quam a *lice*, vel ab eo qui iudicis locum tenet, testibus defendendæ sunt.

» Quapropter, si partes, vel promotor justitiæ, vel defensor vinculi, examini intersint et novas interrogationes testi faciendas habeant, has *non testi*, sed *judici* et ejus locum tenenti proponere debent, ut eas ipse referat ». — *Ibid.*, § 2.

b) « Testis primo interrogari debet, non modo de *generalibus personæ adjunctis*, hoc est, de nomine, cognomine, origine, ætate, religione, conditione, domicilio, sed etiam quæ ipsi cum *partibus* in causa sit necessitudo ; « Deinde deferendæ sunt interrogationes quæ *causam* respiciunt, et sciscitandum *unde* et *quomodo* ea assertæ assertæ habeat cognita. » — *Cod.*, c. 1774.

c) « Interrogationes *breves* sunt, non plura simul complectentes, non captiosæ, non subdolæ, *non suggerentis responsionem*, remotæ a cujusvis offensione, et pertinentes ad causam quæ agitur. » — *Cod.*, c. 1775.

d) « Interrogationes non sunt cum testibus *antea* communicandæ. » — *Cod.*, c. 1776, § 1.

« Attamen, si ea quæ testificanda sunt ita a memoria sunt remota ut, nisi prius recolantur, certo affirmari queant, poterit iudex *nonnulla testem præmonere*, si sine periculo fieri posse censeat. » — *Ibid.*, § 2.

e) « Testes *oretenus* testimonium dicant, et scriptum legant nisi de calculo et rationibus agatur ; tunc enim *notationes*, quas secum attulerunt, poterunt consulere. » — *Cod.*, c. 1777.

1630. X. « **Responsio ex continenti redigenda est scripto ab actuario**, non solum quod attinet ad *substantiam*, sed etiam ad ipsa editi testimonii *verba*, nisi iudex, tenta causæ exiguitate, satis habeat unam depositionis substantiam referri. » — *Cod.*, c. 1778.

*Actuarius* in actis mentionem faciat : de præstito, remisso aut usato jurejurando, de partium aliorumque præsentia, de interationibus ex officio additis, et generatim de omnibus memoria

dignis quæ forte acciderint cum testes excutiebantur. » — *Cod. can. 1779.*

a) « Testi, antequam ab auditorio discedat, debent *legi* quæ actuarius, de iis quæ ipse viva voce testatus est scripto redegit, *data eidem testi facultate* addendi, supplemendi, corrigendi, variandi. » — *Cod., c. 1780, § 1.*

« Denique actui *subscribere* debent testis, iudex et notarius. » — *Ibid., § 2.*

b) Testes, quamvis jam excussi, « poterunt, parti postulante, aut ex officio, antequam acta seu testificationes publici juris fiant, *denuo ad examen vocari*, iudex id necessarium vel utile ducat, dummodo tamen omnis collusionis vel corruptelæ absit periculum ». — *Cod., c. 1781.*

1631. **XI. Post absolutum omnium testium examen** « testimonia statim poterunt decreto iudicis *evulgari* cum partes aut earum procuratores examini non interfuerunt. — *Cod., c. 1782, § 1.*

« Sed poterit iudex *differre* testimoniorum evulgationem in tempus quo cetera probationum capitula fuerint absoluta, si id e re existimet. » — *Ibid., § 2.*

a) Post testificationum evulgationem, « jus est *reprobandi testes* sive quod attinet ad modum examinis, cum scilicet obijciuntur regulæ juris in examine peragendo neglectæ, sive quod attinet ad testificationes ipsas, cum nempe testimonia impugnantur de falsitate aut de variatione, contradictione, obscuritate, defectu scientiæ et similibus ». — *Cod., c. 1783.*

b) Reprobationem « iudex decreto suo *rejiciat* si eam futuri inniti fundamento, aut ad retardandum iudicium factam animadvertat ». — *Cod., c. 1784.*

Si iudicium reprobationis *admittatur*, « iudex brevem terminum parti postulanti præstituat ad probandam reprobationem, et deinceps procedat uti in aliis incidentibus causis ». — *Cod., c. 1785.*

c) Post evulgatas testificationes, « testes jam auditi denuo sub per iisdem articulis *ne interrogentur*, neque *novi testes* admittantur nisi caute, et ex gravi ratione, in causis quæ nunquam transeunt in rem iudicatam; ex gravissima ratione in ceteris; et, in quolibet casu, omni *fraudis et subornationis* periculo remoto, alter



te audita, et requisito voto promotoris justitiæ vel defensoris  
culi, si hi judicio intersint ; quæ omnia judex decreto suo defi-  
». — *Cod.*, c. 1786.

1632. XII. **Testis jus habet « ad petendam compen-  
sationem impensarum** quas sustinuerit ratione itineris et  
morationis in loco judicii, et ad congruam *indemnita-*  
pro interruptione sui negotii vel operis ». — *Cod.*,  
1787, § 1.

a) « Judicis est, auditis parte ac teste, et, si opus sit, etiam peri-  
*taxare* indemnitatem et impensas testi solvendas. » — *Ibid.*, § 2.

b) « Si intra peremptorium terminum, a judice præstitutum,  
grua pecuniæ quantitas, de qua in can. 1909, § 2, ab eo qui testes  
ucere vult deposita non sit, is testium examini *renuntiasset* cen-  
tur. » — *Cod.*, c. 1788. — *Cf. n.* 1678, b.

1633. XIII. **In æstimandis testimoniis « judex præ-**  
**culis habeat :** 1° quæ *conditio* sit personæ, quæve hones-  
; et an aliqua *dignitate* testis præfulgeat ; — 2° utrum  
*scientia propria*, præsertim de visu et auditu proprio  
tificetur, an de *credulitate*, de *fama*, aut de *auditu* ab  
is ; — 3° utrum testis constans sit et firmiter *sibi cohæ-*  
*ret* ; an varius, incertus, vel vacillans ; — 4° denique  
rum testimonii *contestes* habeat, an sit singularis ». —  
*d.*, c. 1789.

a) Si testes inter se *discrepent*, « judex perpendat  
rum edita ab eis testimonia sibi invicem *adversentur*,  
sint dumtaxat *diversa* vel *adminiculativa* ». — *Cod.*,  
1790.

Testimonia *diversa* sunt quæ referuntur ad diversa facta quæ  
er se non colligantur ; *adminiculativa* autem quando distinctas  
sdem facti circumstantias referunt quæ possunt simul componi et  
ri, vel diversa facta quæ simul conjungi possunt ita ut unum  
alterius vel causa vel sequela.

b) *Unius testis* depositio « plenam fidem non facit,  
i sit testis *qualificatus* qui deponat de rebus ex officio  
tis ». — *Cod.*, c. 1791, § 1.

c) « Si sub *juramenti* fide *duæ* vel *tres* personæ, *omni*  
*reptione majores*, sibi firmiter *cohærentes*, de aliqua re

vel facto in judicio testificentur de *scientia propria*, sufficiens probatio habetur, nisi in aliqua causa judex, ob maximam negotii gravitatem, vel ob indicia quæ aliquod dubium de veritate rei assertæ ingerunt, necessariam censent *pleniorem* probationem. » — *Ibid.*, § 2.

### ARTICULUS III

#### DE PERITIS

Peritorum opera utendum est « quoties, ex juris vel judicis præscripto, eorum examen et votum requiritur ad *factum* aliquod comprobandum, vel ad veram alicujus *naturam* dignoscendam ». — *Cod.*, c. 1792. — *Cf.* c. 1794.

1634. I. « **Judicis est peritos eligere vel designare.** » — *Cod.*, c. 1793, § 1.

a) Hanc designationem « in causis *mere private* judex facere potest rogatu utriusque partis vel etiam alterutrius, altera tamen consentiente; in causis *verè bonum publicum* respicientibus, audito promotore justitiæ aut vinculi defensore ». — *Ibid.*, § 2.

b) « Prudenti judicis arbitrio relinquitur *unum pluresve* peritos eligere, pro causæ natura et rei difficultate nisi lex ipsa numerum peritorum præfiniat. » — *Ibid.*, § 2.

c) « Judex, attentis iis quæ a litigantibus forte deducuntur, omnia et singula capita *decreto suo definit* circa quæ periti opera versari debeat. » — *Cod.*, c. 1799, § 1.

d) « *Tempus* intra quod examen perficiendum est et votum proferendum, si necessarium vel opportunum judici videatur, potest ab ipso iudice *præfiniri* et etiam auditis partibus, prorogari. » — *Ibid.*, § 2. — *Cf.* can. 1800, sq.

1635. II. **Ad periti munus**, « ceteris paribus, deligantur qui competentis magistratus auctoritate *idonei* fuerint comprobati ». — *Cod.*, c. 1795, § 1.

a) Qui a *testimonio ferendo* excluduntur ad normam can. 1757 « ne ad peritorum quidem officium assumi possunt ». — *Ibid.*, § 2.

b) « Eisdem ob causas quibus testes, possunt et periti *recuari*. » — *Cod.*, c. 1796, § 1.

« Judex suo decreto edicat utrum sit *admittenda* recusatio, necne, recusatione admissa, in locum periti recusati alium sufficiat. » — *Ibid.*, § 2.

c) Periti demandatum munus suscipere censentur « *præstatione jurisjurandi* de munere fideliter implendo ». — *Cod.*, n. 1797, § 1.

« *Partes*, non solum interesse possunt jurisjurandi præstationi, sed etiam *exsecutioni muneris* perito demandati, nisi aliud rei natura vel honestas exigit aut lex vel judex statuatur. » — *Ibid.*, § 2.

d) « Post jusjurandum præstitum, si periti intra præfinitum tempus mandato *non paruerint*, aut sine justa causa executionem efugiant, tenentur damnorum. » — *Cod.*, c. 1798.

## ARTICULUS IV

### DE ACCESSU ET RECOGNITIONE JUDICIALI

Si ad controversiæ locum judex accedere atque ipsam controversam *inspicere* necessarium existimet, « decreto id præstituat, quo ea quæ in accessu præstanda sint, auditis partibus, summatim describat ». — *Cod.*, c. 1806.

1636. I. « **Judex recognitionem peragere potest, vel se per se, vel per auditorem aut judicem delegatum.** » — *Cod.*, c. 1807.

a) Judex, rem vel locum recognoscens, « *peritos* adhibere potest, si ipsorum opera necessaria vel utilis videatur ». — *Cod.*, n. 1808, § 1. — *Cf.* n. 1634, sq.

b) « Si jurgii vel *perturbationis periculum* pertimescendum judici videatur, poterit ipse prohibere ne partes vel earum advocati judiciali recognitioni intersint. » — *Cod.*, c. 1809.

c) « Judex *testes*, vel ex officio accitos vel a partibus ante recognitionem rite productos, potest *in ipso judiciali accessu* examini subjicere, si id expedire videatur ad plenior<sup>m</sup> probationem, aut ad movenda dubia ob quæ recognitio decerni debuit. » — *Cod.*, n. 1810.

1637. II. « **Notarius diligenter curet ut constet ex actis qua die et hora recognitio facta sit, quæ personæ interfue-**

rint, quæ, recognitione durante, aut dicta, aut peracta, aut a iudice decreta sint. » — *Cod., c. 1811, § 1.*

« Peractæ recognitionis *instrumenta* tum iudex tum notarius subscribant. » — *Ibid., § 2.*

## ARTICULUS V

### DE PROBATIONE PER INSTRUMENTA

1638. I. « In quolibet iudicii genere admittitur probatio per documenta, tum publica tum privata. » — *Cod., can. 1812.*

a) « Præcipua documenta publica *ecclesiastica* hæc sunt :

» 1<sup>o</sup> Acta *Summi Pontificis* et *Curia Romanæ* et *Ordinariorum* in exercitio suorum munerum authentica forma exarata, itemque attestations authenticae de iisdem actibus datae ab illis vel eorum notariis ;

» 2<sup>o</sup> Instrumenta a *notariis ecclesiasticis* confecta ;

» 3<sup>o</sup> Acta *judicialia* ecclesiastica ;

» 4<sup>o</sup> Inscriptiones baptismi, confirmationis, ordinationis, professionis religiosæ, matrimonii, mortis, quæ habentur in *registis Curia vel parœciæ, vel religionis*, et attestations scriptæ ex iisdem *desumptæ* et a parochis, vel Ordinariis, vel notariis ecclesiasticis confectæ, aut earum exemplaria authentica. » — *Cod., c. 1813, § 1.*

b) Documenta publica *civilia* « ea sunt quæ secundum uniuscujusque loci leges talia jure censentur ». — *Ibid., § 2.*

« Litteræ, contractus, testamenta et scripta quælibet a privatis confecta, *privatorum* documentorum numero habentur. » — *Ibid., § 3.*

c) Documenta publica, sive ecclesiastica sive civilia, « *genuina* præsumuntur, donec contrarium evidentibus argumentis evincatur ». — *Cod., c. 1814. — Cf. can. 1815.*

Et « *fidem faciunt* de iis quæ directe et principaliter in eisdem affirmantur ». — *Cod., c. 1816.*

d) Documentum *privatum*, sive agnitum a parte, sive

recognitum a iudice, « probat adversus *auctorem* vel *subscriptorem* et causam ab eis habentes, perinde ac confessio extra iudicium facta; sed per se non habet vim probandi adversus extraneos ». — *Cod.*, c. 1817. — *Cf.* c. 1818.

1639. II. **Documenta vim probandi in iudicio non habent** « nisi originalia sint, aut in exemplari authentico exhibita, et penes tribunalis cancellariam deposita, exceptis documentis quæ *publici juris* sunt, ceu leges rite promulgatæ ». — *Cod.*, c. 1819.

a) « Documenta *in forma authentica* sunt exhibenda et in iudicio deponenda, ut a iudice et ab adversario examinari possint. » — *Cod.*, c. 1820.

b) Si *dubium* excitetur utrum fideliter exscriptum sit exemplar, non, « iudex, ad instantiam partis, vel etiam ex officio, decernere potest ut *ipsum documentum* exhibeatur unde exemplar est assumptum ». — *Cod.*, c. 1821, § 1.

c) Si id fieri aut minime aut valde difficulter possit, « iudex potest auditorem delegare, aut loci Ordinarium rogare, pro *examine collatione* documenti, præscribens quibus de articulis et quemadmodum fieri debeat collatio; collationi vero utraque pars assistere potest ». — *Ibid.*, § 2. — *Cf. can.* 1822.

1640. III. **Si pars exhibere recuset documentum de iure producendum, quod ipsa fertur possidere**, « iudex, altera parte postulante, auditoque, si opus sit, promotore iustitiæ vel vinculi defensore, interlocutoria sententia *statuat* an et quomodo ejusdem documenti exhibitio facienda sit ». — *Cod.*, c. 1824, § 1.

a) Parte parere *recusante*, « iudicis est æstimare quanti hæc recusatio facienda sit ». — *Ibid.*, § 2.

Quod si pars documentum apud se esse *neget*, « iudex poterit eam examini subicere et ad jusjurandum de ea re præstandum obligare ». — *Ibid.*, § 3.

b) « Nemo tamen exhibere tenetur documenta, etsi communia, quæ communicari nequeunt sine periculo *gravis damni*, aut sine periculo *violationis secreti* servandi. » — *Cod.*, c. 1823, § 1; et 1775, § 2 *cf. n.* 1621, a).

« Attamen si qua saltem documenti *particula*, quam produci in-  
terdit, describi possit, et in exemplari exhiberi sine memoratis

incommodis, judex decernere potest ut eadem exhibeatur. » — *Cod., c. 1823, § 2.*

## ARTICULUS VI

### DE PRÆSUMPTIONIBUS

1641. I. **Præsumptio est** « rei incertæ probabilis conjectura ; eaque, alia est *juris*, quæ ab ipsa lege statuitur ; alia *hominis*, quæ a judice conjicitur ». — *Cod., c. 1825, § 1.*

a) Præsumptio *juris* « alia est *juris* simpliciter, alia *juris et de jure* ». — *Ibid., § 2.*

b) « Contra præsumptionem *juris simpliciter* admittitur probatio tum directa tum indirecta ; contra præsumptionem *juris et de jure*, tantum indirecta, hoc est contra factum quod est præsumptionis fundamentum. » — *Cod., can. 1826.*

1642. II. **Qui habet pro se juris præsumptionem**, « liberatur *ab onere probandi*, quod recidit in partem adversam ; qua non probante, sententia ferri debet in favorem partis pro qua stat præsumptio ». — *Cod., c. 1827.*

« Præsumptiones, quæ non statuuntur a jure, judex ne conjiciat nisi ex facto certo et *determinato* quod cum eo, de quo controversia est, directe cohæreat. » — *Cod., c. 1828.*

## ARTICULUS VII

### DE JUREJURANDO PARTIUM

1643. I. « **Si habeatur semiplena tantum probatio, nec alia probationis adjumenta jam supersnt**, et judex aut *jubeat* aut *admittat* jusjurandum ad probationes supplendas, hoc jusjurandum dicitur *suppletorium*. » — *Cod., can. 1829.*

a) Huic jurijurando vel maxime locus est « cum adjuncta, quæ civilem vel religiosum *personæ statum* respiciunt, aliter comperiri nequeunt ». — *Cod., c. 1830, § 1.*

Sed eodem *abstineat judex* « tum in causis criminalibus, tum in contentiosis si de jure vel re magni pretii agatur, aut de facto

mii momenti, aut si jus, res, factum non sit proprium personæ  
i jusjurandum esset deferendum ». — *Ibid.*, § 2.

b) *Deferri autem hoc jusjurandum potest « sive ex officio, sive ad instantiam alterius partis, vel promotoris stitiæ, vel defensoris vinculi, si judicio intersint ».* — *Ibid.*, § 3.

c) « Regulariter deferatur ei qui *pleniores* habet probationes. — *Judicis tamen est decreto definire an et quando adjuncta concurrant cur jusjurandum suppletorium deferri debeat.* » — *Ibid.*, § 4 et 5.

d) « Pars cui jusjurandum suppletorium defertur rebus quæ ad ejus statum civilem vel religiosum non pertinent, potest, ex justa causa, illud *recusare*, vel *inversarium* referre. » — *Cod.*, c. 1831, § 1.

« Quanti autem hæc recusatio facienda sit, utrum *justa* sit, an *minus confessioni æquiparanda*, *judicis est æstimare.* » — *Ibid.*, § 2.

« Jusjurandum suppletorium, ab una parte præstitum, potest ab altera impugnari. » — *Ibid.*, § 3.

1644. II. **Si de jure ad damni reparationem constet, quantum damni æstimari certe non possit, « judex test parti quæ damnum passa est jusjurandum deferre, quod æstimatorium dicitur ».** — *Cod.*, c. 1832.

In deferendo jurejurando æstimatorio :

1° Judex a parte, quæ damnum passa est, petat ut, sub juramenti sanctitate, designet *res* sibi ablatas vel dolo perditas, eamque *pretium* et *valorem*, secundum probabilem suam æstimationem exprimat ;

2° Si taxatio judici *nimia* videatur, eam ad æquitatem reducat, et oculis habens omnia indicia et argumenta usu comprobata, arbitris etiam, si opus sit, peritis, quo magis veritati et justitiæ consulatur. » — *Cod.*, c. 1833.

1645. III. **Jusjurandum decisorium dicitur quod ab una pars, judice probante, alteri defert « ea conditione ut cessio, sive principalis, sive incidens, secundum jusjurandum decisa habeatur ».** — *Cod.*, c. 1834.

a) Decisorium jusjurandum deferri nequit, nisi :

1° De re in qua *cessio* et *transactio* admittitur, et

quæ pro litigantium personis non sit nimii momenti seu pretii ;

» 2° Ab eo qui *cedere* aut *transigere* potest ;

» 3° Ei qui *cedere* vel *transigere valet*, quique pariter pro se non habeat plenam probationem ;

» 4° De mera notitia facti aut de facto quod *proprium* sit illius cui jusjurandum defertur ». — *Cod.*, c. 1835.

b) « Hoc jusjurandum potest a parte, a qua delatum est, *revocari* quousque præstitum non fuerit, et ab altera parte *acceptari* et præstari, vel minus, aut *referri* in adversarium. » — *Cod.*, c. 1836, § 1.

Si in adversarium *referatur*, « hic debet illud præstare, secus causa cadit ». — *Ibid.*, § 4.

c) Ut jusjurandum in adversarium *referri possit* « eadem illæ *concurrant conditiones* necesse est quæ ad illud deferendum requiruntur, atque idem intercedat iudicis ministerium ». — *Ibid.*, § 5.

d) Præstito jurejurando, « quæstio secundum jura tam formulam *finita est*, perinde ac si cessio aut transactio judicialis intercessisset ». — *Ibid.*, § 2.

e) Si jusjurandum *recusetur*, nec referatur in adversarium, « iudicis est æstimare quanti facienda sit recusatio, utrum justis innitatur causis, an potius *confessionis* sit æquiparanda ». — *Ibid.*, § 3.



## CAPUT VII

## DE CAUSIS INCIDENTIBUS

sa *incidens* habetur, « quoties, incepto saltem per citationem iudicio, ab una ex partibus, aut a promotore justitiæ vel vinculi defensore si iudicio intersint, quæstio proponitur quæ, tametsi bello quo lis insroducitur *non contineatur expresse*, nihilominus ita *ad causam pertinet* ut resolvi plerumque debeat ante quæstionem principalem ». — *Cod.*, c. 1837. — *Cf.* c. 1838, sq. Reus incidens quæ excitetur quæstio definienda sit *judicii forma servata*, an mero *decreto*, iudex, attendita rei qualitate et diligentia, æstimet. » — *Cod.*, c. 1840, § 1. — *Cf.* *ibid.*, § 2 et 3. Reus principali controversia quæstiones incidentes nascantur, « considerantur prius eæ quarum solutio *viam sternat* ad aliarum solutionem ». — *Cod.*, c. 1633, § 1. — *Cf.*, *ibid.*, § 2 et 3.

## ARTICULUS I

## DE CONTUMACIA

1646. I. « **Reus citatus qui, sine justa causa, nec ipse se nec per procuratorem comparet, contumax declaratur.** » — *Cod.*, c. 1842.

a) « Non potest tamen iudex reum contumacem declarare *nisi prius constiterit* :

1<sup>o</sup> Citationem, legitime factam, tempore utili ad reum pernotitiam *pervenisse*, aut saltem pervenire debuisse ;

2<sup>o</sup> Reum absentia excusationem afferre *neglexisse*, non justam attulisse. » — *Cod.*, c. 1843, § 1.

Hæc comprobari possunt, sive per *novam citationem* reo factam, sive per *contumaciam suam* si possit excuset, sive *alio modo*. » — *Cod.*, § 2.

b) « Ad instantiam partis, vel promotoris justitiæ, vel iudicii defensoris, si iudicio intersint, *iudex* rei contumacem *declared potest*, eaque declarata, procedere, servatis iudicandis, usque ad *sententiam* definitivam ejusque executionem. » — *Cod.*, c. 1844, § 1.

« Si procedatur ad sententiam definitivam, lite non contestat sententia respicere tantum debet *petita in libello* ; si lite contestat ipsum *contestationis* objectum. » — *Ibid.*, § 2.

1647. II. « **Potest quoque iudex, ad frangendam r contumaciam, comminari ecclesiasticas pœnas.** » — *Cod. can. 1845*, § 1.

Quod si facere velit, « *iteranda est rei citatio, cum comminatio pœnarum* ; nec jam tunc licet, aut contumaciam declarare, aut, declarata, pœnas irrogare, nisi probetur hanc quoque secundam citationem suo effectu caruisse ». — *Ibid.*, § 2.

1648. III. **Rei a contumacia recedentis**, seque in judicio sistentis *ante causæ definitionem*, « conclusiones probationesque, si quas afferat, admittantur; caveat autem iudex ne mala fide in longiores et non necessarias mora iudicium protrahatur ». — *Cod.*, c. 1846.

*Post latam vero sententiam*, « contumax beneficium restitutionis in integrum, ad appellandum ab ipso iudice qui eam tulit, petere potest, non ultra tamen trimestre ab ipsius sententiæ intimatione nisi agatur de causis quæ non transeunt in rem iudicatam ». — *Cod.*, c. 1847. — *Cf. can. 1848-1851.*

## ARTICULUS II

### DE INTERVENTU TERTII IN CAUSA

1649. I. « **Is cujus interest**, admitti potest ad intervniendum in causa, in qualibet litis instantia. » — *Cod. can. 1852*, § 1.

a) Sed, *ut admittatur*, « debet ante conclusionem in causa libellum iudici exhibere, in quo breviter de iure interveniendi ipsum edoceat ». — *Ibid.*, § 2.

b) Qui intervenit in causa « admittendus est *in statu in quo causa reperitur*, assignato eidem brevi a iudice preceptorio termino ad probationes suas exhibendas, causa ad periodum probatoriam pervenerit ». — *Ibid.*, § 2.

1650. II. **Si tertii interventus appareat necessarius** « iudex, ad instantiam partis, vel etiam *ex officio*, debet interventum in causa jubere ». — *Cod.*, c. 1853.

## ARTICULUS III

## DE ATTENTATIS LITE PENDENTE

1651. I. **Attentatum est** « quidquid, lite pendente, aut era pars adversus alteram, aut ipse judex adversus alteram vel utramque partem *innovat*, parte dissentiente, in ejus *præjudicium* ; sive innovatio respiciat *litis materiam*, sive respiciat *terminos* partibus a jure vel a judice signatos ad ponendos certos actus judiciales ». — *Cod.*, l. 1854.

1652. II. « **Attentata sunt ipso jure nulla**. Idcirco actio ex attentato læsæ competit *actio* ad obtinendam declarationem nullitatis. » — *Cod.*, c. 1855, § 1 et 2.

a) « Actio hæc instituenda est coram ipso judice *causæ principis* ; quod si ob attentatum pars læsa judicem *suspectum* habeat, exceptionem suspicionis potest opponere. » — *Ibid.*, § 3.

b) Pendente quæstione de attentato, « *cursum causæ principalis* ulariter *suspenditur* ; sed, si judici opportunius videatur, quæstio de attentato potest una cum causa principali pertractari et solvi ». — *Cod.*, c. 1856, § 1.

c) Quæstiones de attentatis « *expeditissime* sunt pertractandæ, *decreto* judicis definiendæ, auditis partibus et promotore justitiæ defensore vinculi, si hi iudicio intersint ». — *Ibid.*, § 2.

1653. III. **Demonstrato attentato**, « judex decernere potest ejus revocationem seu purgationem ». — *Cod.*, l. 1857, § 1.

Quod si attentatum *vi* vel *dolo* patratum sit, « qui illud commisit tenetur etiam de damnis erga partem læsam ». — *Ibid.*, § 2.

## CAPUT VIII

DE CAUSÆ DISCUSSIONE ET SENTENTIA  
PROFERENDA

« Ante causæ discussionem et sententiam, omnes *probationes* quæ sunt in actis, et quæ adhuc secretæ permanserunt, sunt *publicandæ*. » — *Cod.*, c. 1858.

Et « expletis omnibus quæ ad probationes producendas pertinent *ad conclusionem in causa* deveniendum est ». — *Cod.*, c. 1860, § 1.

## ARTICULUS I

DE PROCESSUS PUBLICATIONE, DE CONCLUSIONE IN CAUSA  
ET DE CAUSÆ DISCUSSIONE

1654. I. **Publicatio processus** intelligitur facta quando concessa est partibus earumque advocatis facultas « actus processualia *inspiciendi*, petendique eorum exemplar » — *Cod.*, c. 1859.

1655. II. **Conclusio in causa** habetur « quoties, aut partes a iudice interrogatæ declarent se *nihil aliud* deducendum habere, aut utile proponendis probationibus *tempus* a iudice præstitutum elapsum sit, aut iudex declare se *satis instructam* causam habere ». — *Cod.*, c. 1860, § 2.

« De peracta conclusionem in causa, quocumque modo ea acciderit iudex *decretum* ferat. » — *Ibid.*, § 3.

a) Post conclusionem in causa « *novæ probationes* inhibentur, nisi agatur de causis quæ nunquam transeunt in rem iudicatam, aut de documentis nunc primum repertis aut de testibus qui antea ob legitimum impedimentum tempore utili induci non potuerunt ». — *Cod.*, c. 1861, § 1.

Si novas probationes *admittendas* censeat, « id decernat iudex audita altera parte, cui congruum tempus concedat ut novas pro

ationes cognoscere et se defendere possit ; aliter iudicium nullius est momenti ». — *Ibid.*, § 2.

b) Facta conclusione in causa, « iudex, pro suo prudenti arbitrio, partibus *congruum temporis spatium* præstat ad defensiones suas seu allegationes, sive *per se*, sive *per advocatum* exhibendas ». — *Cod.*, c. 1862, § 1.

« Hic terminus *prorogari* a iudice potest instante una parte, audita altera ; vel etiam *coarctari*, utraque consentiente. » — *Ibid.*, § 2.

1656. III. « **Defensio in scriptis est conficienda**, et regulariter *tot exemplaribus* conscribenda quot sunt iudices, ut singula singulis iudicibus possint exemplaria distribuere. » — *Cod.*, c. 1863, § 1.

« Sed etiam *promotori iustitiæ* et *defensori vinculi*, si iudicio intersint, debet exemplar tradi ; præterea *partes* altere se exemplaria commutare debent. » — *Ibid.*, § 2.

a) « Tribunalis præses, quoties pro suo prudenti arbitrio necessarium censeat, et sine nimio partium gravamine fieri animadvertat, mandare potest ut defensio *typis imprimatur* una cum documentis principalibus in fasciculo jungendis qui actorum et documentorum summarium continet. » — *Ibid.*, § 3.

« Quo in casu jubeat ne quidquam imprimatur nisi prius *exhibito manuscripto* et venia illud publicandi obtenta ; præterea sedulo caveat de *secreto*, si quod sit in causa servandum. » — *Ibid.*, § 4.

b) « Judicis, et in tribunali collegiali præsidis, est moderari, pro sua prudentia, *nimiam defensionum extensionem*, nisi de hoc peculiari tribunalis lege sit cautum. » — *Cod.*, c. 1864.

1657. IV. « **Utrique parti responsiones exhibere liceat**, intra breve tempus a iudice præstitutum. » — *Cod.*, c. 1865, § 1.

a) « Hoc jus partibus *semel tantum* esto, nisi iudici gravi ex causa iterum videatur concedendum ; tunc utem concessio, uni parti facta, alteri quoque data censeatur. » — *Ibid.*, § 2.

b) In causis *contentiosis*, « si partes parare sibi tempore utili defensionem *negligant*, aut *se remittant* iudicis scientiæ et conscientiæ, iudex, si ex actis et probatis rem

habeat plane perspectam, poterit *statim* sententiam pronuntiare ». — *Cod., can. 1867.*

1658. V. « **Informationes, uti vocant, orales, quibus videlicet advocati judicem de adjunctis juris et facti causam respicientibus instruere satagunt, prohibentur.** » — *Cod., c. 1866, § 1.*

a) « Admittitur tamen *moderata disputatio* coram iudice pro tribunali sedente, ad aliquid illustrandum, si, alterutra vel utraque parte postulante, iudex eam utilem censeat atque admittat. » — *Ibid., § 2.*

b) Ad disputationem obtinendam « partes exhibere debent in scriptis *quæstionum capita* cum altera parte discutienda, paucis verbis expressa ; iudicis autem est ea cum partibus hinc inde communicare, ac diem et horam disputationi assignare, et disputationem ipsam moderari ». — *Ibid., § 3.*

c) « Disputationi assistat unus ex *notariis* tribunalis, ad hoc ut, si iudex præcipiat, aut pars postulet et iudex consentiat, possit de disceptatis, confessis aut conclusis, *scripto* ad tramitem juris ex continenti referre. » — *Ibid., § 4.*

## ARTICULUS II

### DE SENTENTIA ET RE JUDICATA

1659. I. **Sententia est** « legitima pronuntiatio qua iudex causam a litigantibus propositam, et judiciali modo pertractatam, definit ;

a) » *Eaque interlocutoria* dicitur si dirimat incidentem causam ; *definitiva*, si principalem ». — *Cod., c. 1868, § 1.*

« Ceteræ iudicis pronuntiationes *decreta* vocantur. » — *Ibid., § 2.*

b) « Sententia ferri a iudice debet, *expleta* causæ disceptatione ; et, si causa sit *implicatior* et contentionum vel documentorum mole difficilior, interponi potest congruum temporis intervallum. » — *Cod., c. 1870.*

c) « Si *unicus* sit *judex*, ipsius tantum est sententiam exarare ; in tribunali vero *collegiali*, servetur præscriptum can. 1584. » (Cf. n. 1559, e.) — *Cod.*, c. 1872.

d) Ad pronuntiationem cujuslibet sententiæ « requiritur in *judicis* animo *moralis certitudo* circa rem sententia definiendam ». — *Cod.*, c. 1869, § 1.

« Hanc certitudinem *judex* haurire debet ex *actis* et *probatis*. » — *Ibid.*, § 2.

« Probationes autem æstimare *judex* debet *ex sua conscientia*, nisi *lex* aliquid expresse statuatur de efficacia cujus probationis. » — *Ibid.*, § 3.

e) *Judex* qui eam certitudinem efformare sibi non potuit, « pronuntiet *non constare* de jure actoris, et reum remittat, nisi agatur de *causa favorabili*, quo in casu pro *sa* pronuntiandum est ». — *Ibid.*, § 4.

## 1660. II. In tribunali collegiali :

a) « *Qua die* et *hora* *judices* ad deliberandum conveniant, collegii præses constituatur ; et, nisi peculiaris causa id suadeat, in ipsa tribunalis *sede* conventus habeatur ». — *Cod.*, c. 1871, § 1.

b) « Assignata conventui die, singuli *judices scriptas* ferant *conclusiones suas* in merito causæ, et rationes, non in facto quam in jure, quibus ad conclusionem suam merentur : quæ conclusiones actis causæ adjungantur, secreto servandæ. » — *Ibid.*, § 2.

c) « Prolatis ex ordine, secundum præcedentiam, ita tenentur ut semper a causæ *ponente* seu *relatore* initium fiat, singulorum conclusionibus, habeatur *moderata discussio* a tribunalis præsidis ductu, præsertim ut constabiliatur quid statuendum sit in parte dispositiva sententiæ. » — *Ibid.*, § 3.

In discussione autem « fas unicuique est a pristina sua conclusione recedere ». — *Ibid.*, § 4.

d) Quod si *judices* in prima discussione ad hanc sententiam devenire aut nolint aut nequeant, « *differri* pote-

rit decisio ad novum conventum ; qui tamen ultra hebdomadam comperendinari non debet ». — *Ibid.*, § 5.

1661. III. **Sententia sequenti modo ferri debet :**

a) « *Divino Nomine* ab initio semper invocato, deinde exprimat oportet ex ordine : qui sit iudex aut tribunal ; qui sit actor, reus, procurator, nominibus et domiciliis rite designatis, promotor justitiæ, defensor vinculi, si partem in iudicio habuerint.

» Referre postea debet breviter *faci speciem* cum partium conclusionibus ». — *Cod.*, c. 1874, § 1, 2 et 3.

b) « Hisce subsequatur *pars dispositiva sententiæ* præmissis rationibus quibus innititur. » — *Ibid.*, § 4.

In tribunali collegiali « *motiva* ab extensore *desumantur* ex iis quæ singuli iudices in discussione attulerunt, nisi ab ipsa iudicum maiore parte præfinitum fuerit quænam sint *motiva* proferenda ». — *Cod.*, c. 1873, § 2.

c) **Sententia debet :**

» 1° *Definire* controversiam coram tribunali agitatam hoc est reum *absolvere* vel *condemnare*, quod attinet ad petitiones vel accusationes adversus eum prolatas, data *singulis dubiis*, seu controversiæ articulis, congrua responsione ;

» 2° Determinare (saltem quatenus fas sit et materia patiatur) quid pars damnata dare, facere, præstare aut pati *debeat*, aut a quo abstinere ; itemque quo *modo, loco vel tempore* obligatio implenda sit ;

» 3° Continere rationes, seu *motiva* quæ dicuntur, tam in facto quam in jure, quibus dispositiva sententiæ parti innititur ;

» 4° Statuere de *litis expensis* ». — *Cod.*, c. 1873, § 1.

d) « Claudatur cum indicatione *diei et loci* in quibus exarata est, et cum *subscriptione* iudicis, vel omnium iudicum si plures fuerint, et notarii. » — *Ibid.*, § 2.

e) Regulæ superius positæ « locum habent potissimum in proferenda sententia *definitiva* ; sed applicantur etiam, quantum diversa res patitur, in proferenda *interlocutoria* ». — *Cod.*, c. 1875.



1662. IV. « **Sententia, hac ratione redacta, quamprimum publicetur.** » — *Cod.*, c. 1876.

Publicatio sententiæ « fieri potest tribus modis :

1° » Vel citando partes ad audiendam sententiæ *lectionem* sollemniter factam a iudice pro tribunali sedente ;

2° » Vel partibus denunciando sententiam esse *penes cancellariam* tribunalis, unaquæ facultatem ipsis fieri eandem legendi et ejusdem exemplar petendi ;

3° » Vel tandem, ubi usus viget, sententiæ exemplar transmittendo ad partes per *publicos tabellarios*, ad normam can. 1719 ». — *Cod.*, c. 1877.

1663. V. « **Res judicata habetur :** 1° *duplici* sententia conformi ; 2° sententia intra utile tempus *non appellata* ; et quæ, licet appellata coram iudice *a quo*, deserta fuit coram iudice *ad quem* ; 3° sententia definitiva unica, a qua *non datur appellatio* ad normam can. 1880. » — *Cod.*, n. 1902.

a) « Nunquam transeunt in rem judicatam causæ *statu personarum* ; sed, ex duplici sententia conformi his causis, consequitur ut ulterior propositio non debeat admitti nisi *novis* prolatis iisdemque *gravibus* argumentis et documentis. » — *Cod.*, c. 1903.

b) Res judicata « præsumptione *juris et de jure* habetur vera et justa, nec impugnari directe potest ». — *Cod.*, n. 1904, § 1.

« Facit *jus* inter partes, et dat exceptionem ad *impedendam* novam ejusdem causæ introductionem. » — *Ibid.*,

## CAPUT IX

## DE JURIS REMEDIIS CONTRA SENTENTIAM

Hæc remedia sunt : appellatio ; — querela nullitatis ; — oppositio tertii ; — et restitutio in integrum.

## ARTICULUS I

## DE APPELLATIONE

1664. I. **Jus habent a sententia appellandi**, idest provocandi, ab inferiore judice qui sententiam tulit, ad superiorem : « *pars* quæ aliqua sententia se *gravatam* putat, itemque *promotor justitiæ* et *defensor vinculi* in causis in quibus interfuerunt ». — *Cod.*, c. 1879.

a) « Non est locus appellationi :

» 1° A sententia ipsius *Summi Pontificis* vel *Signaturæ Apostolicæ* ;

» 2° A sententia judicis qui a Sancta Sede delegatus est ad videndam causam cum clausula : *appellatione remota*

» 3° A sententia vitio *nullitatis* infecta ;

» 4° A sententia quæ in *rem judicatam* transiit ;

» 5° A definitiva quæ *jurejurando* litis *decisorio* innixa est ;

» 6° A judicis decreto vel a sententia interlocutoria quæ non habeat vim definitivæ, nisi *cumuletur* cum appellatione a sententia definitiva ;

» 7° A sententia in causa pro qua jus cavet *expeditis sime* rem esse definiendam ;

» 8° A sententia contra *contumacem* qui a contumacia se non purgaverit ;

» 9° A sententia lata contra eum qui in scriptis *expressus* professus est se appellationi renuntiare. » — *Cod.*, c. 1880

b) « Appellatio interponi debet, coram judice a qua sententia prolata est, intra *decem dies* a notitia publicationis sententiæ. » — *Cod.*, c. 1881.

c) Appellatio fieri potest « *oretenus* coram iudice pro tribunali sedente si publice sententia legatur, statimque ab actuario scriptis redigenda est ». — *Cod.*, c. 1882, § 1. « Aliter facienda est *in scriptis*, salvo casu de quo in can. 1707 », nempe si appellans scribere nesciat. — *Ibid.*, § 2.

1665. II. Appellatio prosequenda est « coram iudice ad quem dirigitur, intra mensem ab ejus interpositione, nisi iudex a quo longius tempus ad eam prosequendam parti præstituerit ». — *Cod.*, c. 1883. — *Cf. num. 1556, sq.*

a) Ad prosequendam appellationem « requiritur et sufficit ut pars *ministerium invocet iudicis superioris* ad impugnatæ sententiæ emendationem, *adjuncto* exemplari hujus sententiæ et libelli appellatorii quem iudici inferiori exhibuerat ». — *Cod.*, c. 1884, § 1.

b) Quod si pars exemplar impugnatæ sententiæ intra utile tempus a tribunali a quo obtinere nequeat, « interim *termini non decurrunt*, et impedimentum significandum est iudici appellationis, qui iudicem a quo præcepto obstringatur officio suo quamprimum satisfaciendi ». — *Ibid.*, § 2.

c) « Inutiliter elapsis fatalibus appellatoriis sive ab eadem iudice a quo, sive coram iudice ad quem, deserta fuerint appellationes ». — *Cod.*, c. 1886. — *Cf. can. 1887, sq.*

1666. III. Interposita appellatione, « tribunal a quo debet ad iudicem ad quem actorum causæ authenticum exemplar vel ipsamet originalia acta causæ transmitti, non tenetur nisi iuxta normam can. 1644 ». — *Cod.*, c. 1890. — *Cf. n. 1577.*

a) In gradu appellationis « non potest admitti nova *petendi* causa, ne per modum quidem utilis *cumulationis*; nequeque litis contestatio in eo tantum versari potest ut in prior sententia, vel *confirmetur*, vel *reformetur* sive ex toto sive ex parte ». — *Cod.*, c. 1891, § 1.

b) « Sed, novis exhibitis *documentis* et novis *probationibus*, poterit causa instrui, servatis regulis traditis ». — *can. 1786, 1861.* » — *Ibid.*, § 2. — *Cf. n. 1631, c; et 1655, a.*

1667. IV. **Appellatio in suspensivo** « executionem appellatæ sententiæ *suspendit*, ac propterea in suo robore permanet principium : *Lite pendente nihil innovetur* ;

» Appellatio autem *in devolutivo* tantum, *non suspendit* executionem sententiæ, licet lis adhuc pendeat circa meritum causæ ». — *Cod.*, c. 1889, § 1.

« Omnis appellatio est *in suspensivo*, nisi aliud in jure expresse caveatur. » — *Ibid.*, § 2. — *Cf. n. 1675, a.*

## ARTICULUS II

### DE QUERELA NULLITATIS CONTRA SENTENTIAM

1668. I. « **Sententia vitio insanabilis nullitatis laborat**, quando :

» 1<sup>o</sup> Lata est a iudice *absolute incompetente*, vel, in tribunali collegiali, a *non legitimo iudicum numero* ;

» 2<sup>o</sup> Lata est inter partes quarum altera saltem non habet *personam* standi in iudicio ;

» 3<sup>o</sup> Quis nomine alterius egit *sine legitimo mandato*. » — *Cod.*, c. 1892.

Nullitas proponi potest « per modum *exceptionis*, in perpetuum ; per modum vero *actionis*, coram iudice qui sententiam tulit, intra triginta annos a die publicationis sententiæ ». — *Cod.*, c. 1893.

1669. II. « **Sententia vitio sanabilis nullitatis laborat**, quando : 1<sup>o</sup> legitima *defuit* citatio ; 2<sup>o</sup> motivis seu *rationibus* decidendi est destituta, salvo præscripto can. 1605 ; 3<sup>o</sup> *subscriptionibus* caret jure præscriptis ; 4<sup>o</sup> non refert *indicationem* anni, mensis, diei et loci quo prolata fuit. » — *Cod.*, c. 1894.

Querela nullitatis, in his casibus, proponi potest « vel una cum *appellatione* intra decendium ; vel *seorsim*, et unice qua querela, intra tres menses a die publicationis sententiæ, coram iudice qui sententiam tulit ». — *Cod.*, c. 1895.

1670. III. **Querelam nullitatis interponere possunt** « nedum *partes*, quæ se gravatas putant, sed etiam *promotor justitiæ* aut *defensor vinculi*, quoties iudicio interfuerunt ». — *Cod.*, c. 1897, § 1.

« Imo, ipse *judex* potest ex officio sententiam nullam se latam retractare et emendare, intra terminos ad gendum supra statutos. » — *Ibid.*, § 2.

« Si pars vereatur ne *judex*, qui sententiam, querela nullitatis impugnatam, tulit, præoccupatum animum habeat, et proinde eum *inspectum* merito existimet, exigere potest ut *alius judex*, sed in eadem judicii sede, in ejus locum subrogetur. » — *Cod.*, c. 1896. — *f. n. 1565, c.*

## ARTICULUS III

### DE OPPOSITIONE TERTII

1671. I. Si sententiæ definitivæ præscriptum jura liorum offendat, « hi habent remedium extraordinarium quod *oppositio tertii* dicitur, vi cujus qui ex sententia suorum jurium læsionem verentur, possunt sententiam ipsam *ante ejus executionem* impugnare, eique se opposere ». — *Cod.*, c. 1898.

a) *Oppositio* fieri potest, ad recurrentis arbitrium, « sive postulando revisionem sententiæ *ab ipso judice* qui eam tulit, sive *appellando* ad judicem superiorem ». — *Cod.*, c. 1899, § 1.

b) « In utroque casu oppositor probare debet jus suum revera esse læsum, aut probabiliter lædendum. » — *Ibid.*, § 2.

c) Læsiō autem oriri debet ex ipsa sententia, quatenus, aut ipsa sit *causa læsionis*, aut, « si executioni mandetur, oppositorem *gravi præjudicio* sit affectura ». — *Ibid.*, § 3.

d) Si neutrum probetur, « *judex, non obstante tertii oppositione, sententiæ executionem decernat* ». — *Ibid.*, § 4.

1672. II. *Admissa instantia*, « si oppositor agere velit in gradu *appellationis*, tenetur legibus pro appellatione statutis ;

» Si coram *ipso judice* qui sententiam tulit, regulæ servandæ sunt pro causis *incidentibus* datæ ». — *Cod.*, can. 900.

Causa ab oppositore victa, « sententia antea lata *mutanda est a judice* secundum oppositoris instantiam ». — *Cod.*, c. 1901.

## ARTICULUS IV

## DE RESTITUTIONE IN INTEGRUM

1673. I. **Adversus sententiam contra quam non suppetat ordinarium remedium appellationis aut querelæ nullitatis**, « datur remedium extraordinarium *restitutioni in integrum*, intra fines can. 1687, 1688 (*cf. n. 1593*) dummodo de *evidenti* injustitia rei judicatæ manifeste constet ». — *Cod.*, c. 1905, § 1.

a) « De injustitia autem manifesto constare non censetur, nisi : 1° sententia documentis innitatur quæ postea fuerint *falsa* deprehensa ; 2° postea detecta fuerint documenta quæ facta nova et *contrariam decisionem exigentia* peremptorie probent ; 3° sententia ex *dolo* partis prolata fuerit in damnum alterius ; 4° legis præscriptum evidenter *neglectum* fuerit. » — *Ibid.*, § 2.

b) Ad restitutionem in integrum concedendam « *competens* est iudex qui sententiam tulit, nisi ea petatur ex neglecto a iudice præscripto legis ; quo in casu eam concedit tribunal appellationis ». — *Cod.*, c. 1906.

1674. II. **Petitio restitutionis in integrum « sententiæ executionem nondum inceptam suspendit »**. — *Cod. can. 1907*, § 1.

Si tamen suspicio sit ex probabilibus indiciis petitionem factam esse ad *moras* executioni nectendas, « iudex decernere potest ut sententia *executioni* demandetur, assignata tamen restitutionem petenti *idonea cautione* ut, si restituatur in integrum, indemnis fiat ». — *Ibid.*, § 2.

## CAPUT X

DE EXECUTIONE SENTENTIÆ ET EXPENSIS  
JUDICIALIBUS

## ARTICULUS I

## DE EXECUTIONE SENTENTIÆ

1675. I. **Sententia quæ transiit in rem judicatam, executioni mandari potest** ». — *Cod.*, c. 1917, § 1.

a) « Judex tamen potest sententiæ, quæ nondum ransiit in rem judicatam, *provisoriam* executionem jure :

» 1<sup>o</sup> Si agatur de provisionibus seu præstationibus ad *necessariam sustentationem* ordinatis ;

» 2<sup>o</sup> Si alia *gravis* urgeat *necessitas*, ita tamen ut, concessa *provisoria* executione, per *cautiones*, fideijussiones ut pignora, satis consultum sit indemnitati alterius artis, casu quo executio revocanda sit. » — *Ibid.*, § 2.

b) « Non antea executioni locus esse poterit quam executorem judicis *decretum* habeatur, quo scilicet edicatur sententiam executioni *mandari debere* ; quod decretum, pro diversa causarum natura, vel ipso sententiæ tenore includatur, vel separatim fiat. » — *Cod.*, c. 1918.

c) Si sententiæ executio præviam *rationum redditionem* exigit, « *causa incidens* habetur, ab illo ipso iudice, servatis de jure servandis, decidenda, qui tulit sententiam executioni mandandam ». — *Cod.*, c. 1919.

1676. II. « **Sententiam executioni mandare debet, per se vel per alium, Ordinarius loci in quo sententia primi gradus lata est.** » — *Cod.*, c. 1920, § 1.

Quod si hic *renuat* vel *negligat*, « parte cujus interest instante, vel etiam ex officio, executio spectat ad iudicem appellationis ». — *Ibid.*, § 2.

a) Exsecutor, nisi quid ejus arbitrio in ipso sententiæ tenore fuerit permissum, « debet sententiam ipsam, *secundum obvium verborum sensum*, executioni mandare ». — *Cod.*, c. 1921, § 1.

« Licet ei videre de exceptionibus circa *modum et vim executionis*, non autem de merito causæ ; quod si habeat aliunde compertur sententiam esse *manifeste injustam*, ab executione, et partem ad eum qui executionem commisit, remittat. » — *Ibid.*, § 2.

b) Quod attinet ad *reales* actiones, « adjudicata actori re aliqua, hæc actori tradenda est *statim* ac res judicata habetur ». — *Cod.*, c. 1922, § 1.

Quod vero attinet ad actiones *personales*, « cum reus damnatus est ad rem mobilem præstandam, vel ad solvendam pecuniam, vel ad aliud dandum aut faciendum, *quadrimestre* conceditur pro implenda obligatione ». — *Ibid.*, § 2.

« Judex potest terminum præscriptum vel *reducere* vel *protrahere*, ita tamen ut neque infra bimestre coarctetur, neque semestre excedat. » — *Ibid.*, § 3.

1677. III. In executione peragenda « exsecutor caveat ut *quam minimum damnato noceatur*, eaque de causa incipiat executionem a distrahendis rebus quæ minus ei necessariæ sunt, salvis semper quæ ejus victui vel industriæ deserviunt ; et, si agatur de clerico, salva honesta ejusdem sustentatione ad normam can. 122 ». — *Cod.*, can. 1923, § 1.

a) Ad executionem *privationis beneficii* « judex ne procedat contra clericum qui Sanctam Sedem adierit ; sed, si agatur de beneficio cui adnexa sit animarum cura, Ordinarius provideat per designationem vicarii substituti ». — *Ibid.*, § 2.

b) « Exsecutor utatur prius *monitis et præceptis* erga reluctantem ; ad pœnas autem spirituales et ad censuras ne deveniat nisi ex necessitate et gradatim. » — *Cod.*, c. 1924.

## ARTICULUS II

### DE EXPENSIS JUDICIALIS ET GRATUITO PATROCINIO

1678. I. In causis contentiosis « possunt partes adigi ad aliquid solvendum titulo expensarum judicialium ». — *Cod.*, c. 1908.



a) « Concilii provincialis, vel conventus Episcoporum est *taxa-um notulam ac regulam statuere* in qua præfiniatur : quid partes debeant pro expensis judicialibus ; quæ sit retributio pro advocatorum et procuratorum opera a partibus solvenda ; quæ mercedis mensura pro versionibus et transcriptionibus ; pro his examinandis et fide facienda de earum fidelitate ; itemque pro exscribendis ex archivo documentis. » — *Cod., c. 1909, § 1.*

b) » Potest autem iudex, pro suo prudenti arbitrio, exigere ut *pecunia* pro judicialibus expensis, pro indemnitate testium, pro honorariis peritorum debita, a parte quæ petit, vel si iudex ex officio agat, ab actore, *antea deponatur* penes tribunalis cancellariam, ut saltem *congrua cautio* præstetur pecuniam deinde solutum i. » — *Ibid., § 2.*

1679. II. « **Victus victori judiciales expensas regulariter reficere tenetur**, tum in causa *principali* tum in *incidenti*. » — *Cod., c. 1910, § 1.*

« Si actor vel reus *temere* litigaverit, etiam ad damnosum refectionem damnari debet. » — *Ibid., § 2.*

a) « Si actor vel reus *partialiter* tantum succubuerit, aut lis litigata fuerit inter *consanguineos* vel *affines*, aut de quæstione *valde ardua* actum fuerit, aut quacunque alia justa et gravi de causa, poterit iudex, pro suo prudenti arbitrio, ex toto vel ex parte, *interrogantes* expensas *compensare* ; idque debet exprimere in ipso sententiæ tenore. » — *Cod., c. 1911.*

b) Si *plures* sint in causa qui condemnationem ad expensas mereantur, « iudex eos damnet *in solidum*, si agatur de obligatione solidali ; aliter *pro rata* ». — *Cod., c. 1912.*

1680. III. « **A pronuntiatione circa expensas non datur distincta appellatio** : sed pars quæ se gravatam putat, *oppositionem* intra decem dies facere potest coram *eodem iudice* : qui de hac re cognoscere denuo poterit, et taxationem emendare ac moderari. » — *Cod., c. 1913, § 1.*

Appellatio a sententia circa causam principalem « *secumfert* appellationem a pronuntiatione circa expensas ». — *Ibid., § 2.*

1681. IV. **Pauperes**, « si in totum impares sint expensis judicialibus sustinendis, jus habent ad gratuitum **atrocinium** ; si *ex parte* tantum, ad expensarum deminutionem ». — *Cod., c. 1914.*

a) Qui exemptionem ab expensis vel earum deminutionem assequi vult, « eam a iudice *postulare* debet, dato supplici libello, *allatisque documentis* quibus quæ conditio sit postulantis quæve eius rei familiaris copia demonstrat ;

» Præterea probare debet se *non futilem* neque temerariam causam agere ». — *Cod., c. 1915, § 1.*

b) Iudex postulationem nec admittat nec rejiciat « nisi *requiritis*, si opus sit, notitiis etiam secretis quibus statum rei familiaris ipsius postulantis compertum habere possit, auditoque promotore justitiæ ;

» Imo, concessam potest etiam *revocare* si in decursu processus assertam paupertatem non adesse compertum habuerit ». — *Ibid. § 2.*

c) Ad gratuitum pauperum patrocinium « iudex in singulis causis *eligat* aliquem ex *advocatis* in suo foro approbatum, qui ab hoc munere explendo, nisi ex causa iudici probata, *sese subducere nequit* ; secus a iudice congrua pœna, etiam suspensionis ab officio, plecti potest ». — *Cod., c. 1916, § 1.*

d) Deficientibus advocatis, « iudex Ordinarium loci roget ut *aliam idoneam personam*, si opus sit, designet ad pauperis patrocinium suscipiendum ». — *Ibid., § 2.*

e) Quæstiones de cautione pro expensis judicialibus præstanda, aut de concessione gratuiti patrocinii, quod statim ab initio postulatum fuerit, et aliæ hujusmodi, « *videndæ* regulariter sunt *ante* liti contestationem ». — *Cod., c. 1631.*

---

## CAPUT XI

DE PECULIARIBUS NORMIS IN CERTIS QUIBUSDAM  
JUDICIIS SERVANDIS

## ARTICULUS I

## DE JUDICIO CRIMINALI

Delicta quæ cadunt sub *criminali* judicio sunt delicta *publica*. » — *Cod.*, c. 1933, § 1.

Excipiuntur delicta plectenda *sanctionibus pœnalibus* » de quibus in decursu harum Prælectionum. — *Ibid.*, § 2.

In delictis *mixti fori* Ordinarii « regulariter ne procedant cum reus *laicus* est et civilis magistratus, in reum animadvertens, publico bono satis consulit ». — *Ibid.*, § 3.

Pœnitentia, remedium pœnale, excommunicatio, suspensio, interdictum, dummodo delictum *certum* sit, infligi possunt etiam per modum *præcepti* extra judicium. » — *Ibid.*, § 4.

## § I. DE ACCUSATIONE ET DENUNTIATIONE

1682. I. **Actio seu accusatio criminalis « uni promori justitiæ, ceteris omnibus exclusis, reservatur ».** — *Cod.*, c. 1934.

a) « *Quilibet tamen fidelium* semper potest delictum ulterius denuntiare, ad satisfactionem petendam, vel damnum sibi resarciendum, vel etiam studio justitiæ ad alicujus scandali vel mali reparationem. » — *Cod.*, c. 1935, 1.

Imo « obligatio denuntiationis *urget* quotiescumque ad delictum quis adigitur, sive *lege* vel *peculiari legitimo præcepto*, sive *ex ipsa naturali lege* ob fidei vel religionis periculum vel aliud imminens publicum malum ». — *Ibid.*, § 2.

« Quædam peccata occulta sunt, ait *S. Thomas*, quæ sunt in noverbum *proximorum*, vel corporale vel spirituale... Et quia qui occulte peccat, non solum *in se* peccat, sed etiam *in alios*, oportet statim procedere ad denuntiationem, ut hujusmodi nocumentum impediatur. » — *S. Th.*, 2, 2., quæst. 33, art. 7.

b) « Denuntiatio *scriptis* a denuntiante subsignati vel *oretenus* fieri debet loci Ordinario, vel cancellario Curiae, vel vicariis foraneis, vel parochis, a quibus tamen si viva voce facta fuerit, scriptis est consignanda et statim ad Ordinarium deferenda. » — *Cod., c. 1936.*

c) Qui delictum denuntiat « debet promotori justitiæ *adjumenta suppeditare* ad ejusdem delicti probationem ». — *Cod., c. 1937.*

1683. II. In causa injuriarum aut diffamationis, « ut actio criminalis instituat, requiritur *prævia denuntiatio* aut *querela* partis læsæ ». — *Cod., c. 1938, § 1.*

« Sed si agatur de injuria aut diffamatione *gravi*, clerico vel religioso, præsertim in dignitate constituto, illata, aut quam clericus vel religiosus alii intulerit, actio criminalis institui potest etiam *ex officio*. » — *Ibid., § 2.*

## § II. DE INQUISITIONE

1684. I. Antequam quis citetur ad respondendum de delicto, inquisitio *specialis* est præmittenda, « si delictum nec *notorium* sit nec *omnino certum*, sed innotuerit, sive ex rumore et publica fama, sive ex denuntiatione, sive ex querela damni, sive ex inquisitione generali ab Ordinario facta, sive alia quavis ratione », ut constet an et quo fundamento innitatur imputatio. — *Cod., c. 1939, § 1.*

a) Huic regulæ locus est « sive agatur de irroganda pœna *vindictiva* vel  *censura*, sive de ferenda sententia *declaratoria* pœnæ vel  *censura* in quam quis inciderit ». — *Ibid., § 2.*

b) « Prudenti Ordinarii judicio committitur statuere quandonam ea, quæ præsto sunt argumenta, *sufficiant* ad inquisitionem instituendam. » — *Cod., c. 1942, § 1.*

« Nihili faciendæ sunt denuntiationes quæ ab *inimico manifesto*, aut ab homine *vili et indigno* proveniunt, vel *anonymæ* iis adjunctis iisque aliis elementis carentes quæ accusationem forte probabilem reddant. » — *Ibid., § 2.*

c) Hæc inquisitio, « quamvis ab ipso loci Ordinario

eragi possit, ex generali tamen regula committenda est  
 icui ex *judicibus synodalibus*, nisi eidem Ordinario, ex  
 eculiari ratione, alii committenda videatur ». — *Cod.*,  
*can. 1940.*

1685. II. **Inquisitor delegetur « non ad universitatem  
 usarum, sed toties quoties, et ad unam causam ».** —  
*Cod.*, *c. 1941*, § 1.

a) « Inquisitor tenetur *iisdem obligationibus* quibus  
 iudices ordinarii, ac præsertim præstare debet *jusjuran-*  
*um* de secreto servando deque officio fideliter implendo,  
 et abstinere ab accipiendis muneribus ad normam can.  
 1621-1624. » — *Ibid.*, § 2.

« Nèquit in eadem causa *judicem* agere. » — *Ibid.*, § 3.

b) « Inquisitio *secreta* semper esse debet, et *cautissime*  
 procedenda, ne rumor delicti diffundatur, neve bonum cujus-  
 cuamque nomen in discrimen vocetur. » — *Cod.*, *c. 1943.*

c) Ad finem suum assequendum « potest inquisitor  
 aliquos, quos de re edoctos censeat, ad se *accire*, et *inter-*  
*rogare* sub jurejurando veritatis dicendæ et secreti ser-  
 vandi ». — *Cod.*, *c. 1944*, § 1.

In eorum *examine* « servet inquisitor, quantum fieri potest et  
 natura inquisitionis patitur, regulas statutas in can. 1770-1781 ». —  
*Ibid.*, § 2. — *Cf. n. 1627, sq.*

d) « Inquisitor, antequam inquisitionem claudat,  
 potest, *promotoris justitiæ* consilium exquirere quoties  
 in aliquam difficultatem inciderit, et cum eo acta com-  
 municare. » — *Cod.*, *c. 1945.*

1686. III. **Expleta inquisitione**, « inquisitor, addito  
 suffragio suo, omnia *referat* ad Ordinarium ». — *Cod.*,  
*can. 1946*, § 1.

« Ordinarius, vel de ejus speciali mandato Officialis,  
 suo decreto jubeat ut :

a) » Si appareat denuntiationem *solido fundamento*  
 esse destitutam, id declaretur in actis, et acta ipsa in  
 secreto Curix archivo reponantur ;

b) » *Si indicia criminis habeantur, sed nondum sufficientia ad accusationem instituendam, acta in eodem archivo servantur, et invigiletur interim moribus imputati, qui, pro prudenti Ordinarii judicio, erit opportune super re audiendus, et, si casus ferat, monendus ad normam can. 2307;*

c) » *Si denique certa vel saltem probabilia et sufficientia ad accusationem instituendam argumenta præstentur, citetur reus ad comparandum, et procedatur ad ulteriora ad normam canonum qui sequuntur.* — *Cod. can. 1946, § 2.*

### § III. DE CORREPTIONE DELINQUENTIS

1687. I. **Si reus interrogatus delictum confiteatur,** « *Ordinarius, loco criminalis judicii, utatur correptione judiciali si eidem locus sit.* — *Cod., c. 1947.*

a) « *Correptio judicialis locum habere nequit:*

» 1° *In delictis quæ pœnam secum terunt excommunicationis specialissimo vel speciali modo Sedi Apostolicæ reservatæ, aut privationis beneficii, infamiæ, depositionis aut degradationis;*

» 2° *Quando agitur de ferenda sententia declaratoria pœnæ vindicativæ vel censuræ in quam quis inciderit;*

» 3° *Quando Ordinarius existimet eam non sufficere reparationi scandali et restitutioni justitiæ.* — *Cod., can. 1948.*

b) « *Correptioni locus esse potest semel et iterum, non autem tertio contra eundem reum.*

» *Quare, si post alteram correptionem reus idem delictum commiserit, criminale judicium instrui aut inceptum continuari debet.* — *Cod., c. 1949. — Cf. can. 1950, 1951.*

1688. II. **Correptio judicialis,** « *præter monita salutaria, debet plerumque conjuncta habere quædam opportuna remedia, aut pœnitentiarum vel piorum operum præscriptionem, quæ valeant ad publicam reparationem læsæ justitiæ aut scandali.* — *Cod., c. 1952, § 1.*

a) Salutaria remedia, pœnitentiæ, pia opera præscribenda, *mitiora* et leviora esse debent iis quæ in criminali iudicio per sententiam condemnatoriam ipsi infligi possent et deberent ». — *Id.*, § 2.

b) « Correptio censetur *inutiliter* adhibita si reus remedia, pœnitias et pia opera sibi præscripta non acceptat, aut acceptata non equatur. » — *Cod.*, c. 1953.

#### § IV. DE INSTRUCTIONE PROCESSUS CRIMINALIS ET DE REI CONSTITUTIONE

1689. I. « Si correptio judicialis, vel insufficiens vel adhiberi nequeat, vel inutiliter adhibita fuerit, Episcopus, aut Officialis de ejus speciali mandato, præcipiat ut acta inquisitionis *tradantur* promotori justitiæ. » — *Cod.*, c. 1954.

a) Promotor « statim conficiat accusationis *libellum*, et exhibeat judici, secundum normas superius statutas ». — *Cod.*, c. 1955.

b) Item, in reliquis serventur regulæ in præcedentibus canonibus traditæ; — et, in inflictione pœnarum, actiones in jure statutæ. — *Cod.*, c. 1959.

1690. II. In delictis gravioribus, « si Ordinarius censetur cum fidelium offensione imputatum ministrare sacris, et officio aliquo spirituali ecclesiastico vel pio fungi, et ad sacram Synaxim publice accedere, potest, audito promotore justitiæ, eum a sacro ministerio, ab illorum officiorum exercitio, vel etiam a publica sacre Synaxis participatione *prohibere* ad normam can. 2222, § 2 ». — *Id.*, c. 1956. — *Cf. n.* 212, § 2.

a) Pariter, si iudex censeat accusatum posse testibus timorem incutere aut eos subornare, aut alio modo justitiæ cursum impedire, « potest, audito promotore justitiæ, decreto suo mandare ut ille ad tempus *deserat* officium vel parœciam quandam, vel etiam ut *secedat* in definitum locum, ibique sub peculiari vigilantia maneat ». — *Cod.*, can. 1957.

b) Hæc decreta « ferri nequeunt nisi reo *citato* et

*comparente vel contumace, sive post primam ejus auditionem seu constitutum, sive postea in decursu processus et contra eadem non datur juris remedium* ». — *Cod. can. 1958.*

## ARTICULUS II

### DE CAUSIS MATRIMONIALIBUS

1691. I. **Causæ matrimoniales, « inter baptizatos jure proprio et exclusivo ad judicem ecclesiasticum spectant ».** — *Cod., c. 1960.*

a) Causæ de effectibus matrimonii mere *civilibus* « si *principaliter* agantur, pertinent ad civilem magistratum ad normam can. 1016 ; sed, si *incidenter* et accessorie possunt etiam a judice ecclesiastico ex propria potestate cognosci ac definiri ». — *Cod., c. 1961.*

b) Causas dispensationis super matrimonio *rato et non consummato*, « exclusive cognoscet Sacra Congregatio de disciplina Sacramentorum ; causas vero quæ referuntur ad *privilegium Paulinum*, Sacra Congregatio S. Officii ». — *Cod., c. 1962.*

« Quare nullus judex inferior potest processum in causis dispensationis super rato instruere, nisi Sedes Apostolica facultatem eide fecerit. » — *Cod., c. 1963, § 1.* — *Cf., ibid., § 2.*

c) In aliis causis matrimonialibus « judex competens est judex loci in quo matrimonium *celebratum* est aut in quo *pars conventa*, vel, si una sit acatholica, pars catholica domicilium vel quasi-domicilium habet ». — *Cod., can. 1964.*

1692. II. « **Habiles ad accusandum matrimonium sunt :** 1° *conjuges*, in omnibus causis separationis et nullitatis, nisi ipsi fuerint impedimenti causa ; 2° *promotores justitiæ* in impedimentis natura sua publicis. » — *Cod. can. 1971, § 1.*

a) « *Reliqui omnes*, etsi consanguinei, non habent jus matrimonium **accusandi**, sed tantummodo nullitatem matr



nonii Ordinario vel promotori justitiæ denuntiandi. » — *ibid.*, § 2. — *Cf. can. 1972.*

b) « Soli conjuges jus habent petendi dispensationem super matrimonio *rato* et non consummato. » — *Cod.*, *can. 1973.*

c) Si matrimonium accusatur ex defectu *consensus*, curet ante omnia iudex ut, monitionibus opportunis, partem cujus consensus deesse affirmatur, ad consensum *renovandum* inducat ;

» Si ex defectu *formæ substantialis*, vel ex *impedimento irrimenti* quod dispensari potest et solet, partes inducere debeant ad consensum in forma legitima renovandum vel dispensationem petendam ». — *Cod.*, *c. 1965.*

1693. III. Defensor vinculi matrimonialis citari semper debet, « sive agatur de nullitate matrimonii, sive de probandis inconsummatione et causis ad dispensandum super *rato* ». — *Cod.*, *c. 1967.*

Tribunali collegiali *trium iudicum* reservantur causæ contentiosæ vinculo matrimonii ; sed *unicus* est *iudex instructor* in inquisitione pro dispensatione super matrimonio *rato* et non consummato. — *Cod.*, *c. 1576, § 1 ; et c. 1966.*

a) « Defensoris vinculi est :

» 1º *Examine* partium, testium et peritorum adesse ; exhibere iudici *interrogatoria* clausa et obsignata, in actu examinis a iudice aperienda, et partibus aut testibus proponenda ; *novas interrogationes*, ab examine emergentes, iudici suggerere ;

» 2º Articulos a partibus propositos *perpendere*, eisque, siatenus opus sit, contradicere ; documenta a partibus exhibita recognoscere ;

» 3º *Animadversiones* contra matrimonii nullitatem, ac probationes pro validitate aut pro consummatione matrimonii, scribere et allegare, eaque omnia deducere quæ *matrimonium tuendum* utilia censuerit. » — *Cod.*, *can. 1968.*

b) « Defensori vinculi *jus* esto :

» 1º Semper et quolibet causæ momento acta processus,

etsi nondum publicati, *invisere* ; novos *terminos* ad scripta perficienda flagitare, prudenti iudicis arbitrio prorogandos ;

» 2<sup>o</sup> De omnibus probationibus vel allegationibus ita *certiorem fieri* ut contradicendi facultate uti possit ;

» 3<sup>o</sup> Petere ut *alii testes* inducantur, vel *iidem iterum* examini subjiciantur, processu etiam absoluto vel publicato, novasque animadversiones edere ;

» 4<sup>o</sup> Exigere ut *alia acta*, quæ ipse suggesserit,ificentur, nisi tribunal unanimi suffragio dissentiat. »  
— *Cod., can. 1969.*

1694. IV. In causis *impotentiae aut inconsummationis* « requiritur *inspectio corporis* utriusque vel alterutrius conjugis, per peritos facienda, nisi ex adjunctis inutilis evidenter appareat ». — *Cod., c. 1976.*

Ad periti munus « ne admittantur qui conjuges *privatim* inspexerint circa factum cui innitur petitio declarationis nullitatis vel inconsummationis ; licet tamen hos tanquam testes inducere ». — *Cod., c. 1978.*

a) Ad inspiciendum *virum*, « duo periti medici ex officio deputari debent ». — *Cod., c. 1979, § 1.*

Ad *mulierem* vero inspiciendam, « duæ obstetrices, quæ legitimam peritiæ testimonium habeant, ex officio designentur ; nisi maluerit mulier a duobus medicis, ex officio pariter designandis, inspici, vel id Ordinarius necessarium habuerit ». — *Ibid., § 2.*

« Corporalis mulieris inspectio fieri debet servatis plene christianæ modestiæ regulis, et adstante semper *honestam matronam*, ex officio designanda. » — *Ibid., § 3.*

b) Mulieris inspectionem « obstetrices vel periti, *seorsum singuli*, exsequi debent ». — *Cod., c. 1980, § 1.*

« Singuli medici vel obstetrices *singulas relationes*ificent, intra terminum a iudice præfinitum tradendas. » — *Ibid., § 2.*

« Potest iudex relationes ab obstetricibus confectas examini aliqujus periti medici subjicere, si id opportunum existimaverit. » — *Ibid., § 3.*

c) Peracta relatione, « periti, obstetrices ac matrona,

seorsum singuli a iudice *interrogentur*, secundum articulos a vinculi defensore antea concinnatos, quibus ipsi, *præstilo juramento*, respondeant ». — *Cod.*, c. 1981.

d) « Etiam in causis defectus consensus ob *amentiam*, requiratur suffragium *peritorum*, qui infirmum, si casus ferat, ejusve acta quæ amentix suspicionem ingerunt, examinent secundum artis præcepta; insuper uti *testes* audiri debent periti qui infirmum antea visitaverint. » — *Cod.*, can. 1982.

e) In causis *impotentix* vel *inconsummationis*, « nisi de impotentia vel inconsummatione alinde certo constet, debet uterque conjux testes, qui *septimæ manus* audiunt, inducere, sanguine aut affinitate sibi conjunctos, sin minus vicinos bonæ famæ, aut alioquin de re edoctos, qui jurare possint de ipsorum conjugum probitate, et præsertim de veracitate circa rem in controversiam deductam; quibus iudex, ad normam can. 1759, § 3, alios testes potest ex officio adjungere ». — *Cod.*, c. 1975, § 1.

Testimonium septimæ manus « est argumentum *credibilitatis* quod robur addit depositionibus conjugum; sed vim *plenæ probationis* non obtinet nisi aliis adminiculis aut argumentis fulciatur ». — *Ibid.*, § 2.

1695. V. **Ad definitivam sententiam** tribunal ne deveniat « nisi prius *vinculi defensor* interrogatus declaraverit sibi *nihil* deducendum vel inquirendum superesse ». — *Cod.*, c. 1984, § 2. — *Cf. can.* 1983.

In causis quæ spectant ad dispensationem matrimonii *rati et non consummati*, « iudex instructor, neque ad publicationem processus, neque ad sententiam super ipsa inconsummatione et causis ad dispensandum deveniat, sed *omnia acta* una cum voto scripto Episcopi et defensoris vinculi *transmittat* ad Sedem Apostolicam ». — *Cod.*, c. 1985.

1696. VI. **A prima sententia**, quæ matrimonii nullitatem declaraverit, « vinculi defensor, intra legitimum tempus, ad *superius tribunal* provocare debet; et, si negligat officium suum implere, compellatur auctoritate iudicis ». — *Cod.*, c. 1986. — *Cf. n.* 1663, a.

a) Post *secundam sententiam* quæ matrimonii nulli-

tatem confirmaverit, « si defensor vinculi in gradu appellationis, pro sua conscientia, non crediderit esse appellandum, jus conjugibus est, *decem diebus* a sententiæ denuntiatione elapsis, *novas nuptias* contrahendi ». — *Cod., can. 1987.*

b) Decreta matrimonii nullitate, « Ordinarius loci curare debet ut de ea mentio fiat in *baptismorum* et *matrimoniorum regestis*, ubi matrimonii celebratio consignata invenitur ». — *Cod., c. 1988.*

1697. VII. **Sententiæ in causis matrimonialibus « nunquam transeunt in rem judicatam ».** — *Cod., c. 1989.*

Nam cum matrimonium sit *juris divini*, sententia judicis non potest illud validum reddere si nullum sit, nec illud irritare si fuerit valide contractum.

Ideo, licet executioni mandata sit, tamen *iterum* causa discuti potest si novæ emergant validæ probationes, et ipsa sententia poterit semper retractari.

1698. VIII. **Prætermisissis sollemnitatibus hucusque recensitis**, poterit Ordinarius, citatis partibus, matrimonii nullitatem declarare, cum interventu tamen defensoris vinculi, « cum ex *certo* et *authentico documento*, quod nulli contradictioni vel exceptioni obnoxium sit, constiterit de existentia *impedimenti* disparitatis cultus, ordinis, voti sollemnis castitatis, ligaminis, consanguinitatis, affinitatis aut cognationis spiritualis, simulque pari certitudine apparuerit *dispensationem* super his impedimentis *datam non esse* hisce in casibus ». — *Cod., c. 1990.*

a) Adversus hanc declarationem, defensor vinculi, si prudenter existimaverit impedimenta de quibus in can. 1990 non esse *certa*, aut dispensationem super eisdem *probabiliter* intercessisse, « *provocare* tenetur ad judicem secundæ instantiæ, ad quem acta sunt transmittenda, quique scripto monendus est agi de casu excepto ». — *Cod., c. 1991.*

b) Judex alterius instantiæ, « cum solo interventu defensoris vinculi, decernet, eodem modo de quo in can. 1990, utrum sententia sit *confirmanda*, an potius *procedendum* in causa sit ad ordinarium tramitem juris; quo in casu, eam remittit ad tribunal primæ instantiæ ». — *Cod. c. 1992.*

## ARTICULUS III

## DE CAUSIS CONTRA SACRAM ORDINATIONEM

1699. I. In causis quibus impugnantur obligationes ex sacra ordinatione contractæ, vel ipsa sacræ ordinationis validitas, « libellus mitti debet ad Sacram Congregationem de disciplina Sacramentorum, vel, si ordinatio impugnetur ob defectum substantialem sacri ritus, ad Sacram Congregationem S. Officii; et Sacra Congregatio definit utrum causa *judiciario ordine* an *disciplinæ ramite* sit pertractanda ». — *Cod.*, c. 1993, § 1.

a) Si *primum*, « Sacra Congregatio causam remittit ad tribunal diœcesis quæ clerico propria fuit tempore sacræ ordinationis, vel, si sacra ordinatio impugnetur ob defectum substantialem sacri ritus, ad tribunal diœcesis in qua ordinatio peracta fuit ». — *Ibid.*, § 2.

b) Si *alterum*, « ipsamet Sacra Congregatio quæstionem dirimit, prævio processu informativo peracto a tribunali Curiæ competentis ». — *Ibid.*, § 3.

c) Validitatem sacræ ordinationis accusare valet « clericus quævis et quævis ac *Ordinarius* cui clericus subsit vel in cujus diœcesi ordinatus sit ». — *Cod.*, c. 1994, § 1.

d) « Solus clericus, qui existimet se ex sacra ordinatione obligationes ordini adnexas non contraxisse, potest declarationem nullitatis onerum petere. » — *Ibid.*, § 2.

1700. II. In causis contra sacram Ordinationem, ea omnia servari debent, congrua congruis referendo, quæ, tum de *ordinario* procedendi modo, tum de processu in causis *matrimonialibus* sunt dicta. — *Cod.*, c. 1995.

a) *Defensor vinculi sacræ ordinationis* « iisdem gaudet juribus iisdemque tenetur officiis quibus defensor vinculi matrimonialis ». — *Cod.*, c. 1996.

b) « Quamvis actio inisitata fuerit, non super ipsamet sacræ ordinationis nullitate, sed super *obligationibus* tantum ex ipsa sacra ordinatione exsurgentibus, nihilominus clericus est ad cautelam ab exercitio ordinum prohibendus. » — *Cod.*, c. 1997.

c) « Ut clericus liber sit ab obligationibus quæ a vinculo ordinationis manant, requiruntur *duæ sententiæ conformes.* » — *Cod., can. 1998, § 1.*

d) « Quod ad *appellationem* attinet, in his causis serventur præscripta can. 1986-1989 de causis matrimonialibus. » — *Ibid., § 2.* — *Cf. n. 1696, sq.*

FINIS TOMI SECUNDI

# INDEX ANALYTICO-ALPHABETICUS

*In quo numeris marginalibus respondent*

## A

**Abbates.** — Institutio, 791 ; benedictio, 792 ; Potestas, 793. — *Cf. v. Prælati, Religio, etc.*

**Abbreviationes** in rescriptis ac. Pœnit., 546, g.

**Abjuratio** ab Apostatis, Hæreticis et schismaticis requirenda, 51.

**Abortus** procuratio inducit regularitatem et excommunicationem, 386, d.

**Abrogatio** legis, 96, sq. ; Consuetudinis, 127, sq. ; 144.

**Absolutio.** — A censuris, 256, q. ; Complicis in peccato turpi, 76. Absolutio generalis Tertiariorum propria, 1378. — *Cf. v. Penitentia, Censura.*

**Abstinentia.** — Leges, 697, sq. ; dispensare possunt Episcopi, 100, sq. ; et Parochi, 882, b.

**Accusatio** criminalis. — A quo et quomodo facienda, 682, sq.

**Acta judicialia** scripto redi-enda, 1575.

**Acta S. Sedis.** — Commentarium officiale, 78.

**Actio.** — In processibus, 586, sq. ; de damno infecto, 588 ; ob nullitatem actorum, 590, sq. ; rescissoria, 1592 ; reconventionalis, 1594, sq. ; possessoria, 1596, sq. ; recuperandæ possessionis, vel de spoliis, 1599.

**Actio catholica.** — Quomodo constituenda, 1136.

**Actores** in processibus, 1578. — *Cf. v. Libellus, Forum, etc.*

**Ad beneplacitum nostrum.** — Vis formulæ, 317, in proœmio.

**Adjutores.** — Episcoporum, 784, sq. ; Parochorum, 1184.

**Administratio bonorum** in genere, 1494, sq. — Potestas Episcoporum, 672, sq. Administratio temporalis parœciæ, 1150, sq. Administratio bonorum in Institutis religiosis, 1305, sq. — Officia administratorum, 1499, sq.

**Administratores Apostolici,** 571, sq.

**Adnotatio.** — Baptismi, 941 ; Confirmationis, 615 ; Matrimonii, 1408 ; 1696, b ; Tumulationis, 1075 ; Ordinationis, 408 ; Professionis religiosæ, 1240, b ; Adnotationes in libro baptizatorum, 1134, b.

**Adoptio** reddit matrimonium illicitum, 1021 ; aut invalidum, 1034.

**Adulterium.** — Impedimentum matrimonii, 1029 ; causa separationis conjugum, 1055, a.

**Adultus.** — Adulterum baptismus, 918 ; 924 ; 927, a ; 938.

**Advocati.** — In processibus, 1583, sq. Officium coram iudice, 1658.

**Ædificatio** ecclesiæ. — Ordinarii consensus, 1400, sq.

**Ætas.** — Ad leges mere ecclesiasticas, 70 ; ad abstinentiam

vel jejunium, 697, sq. ; ad pubertatem, 888, a ; ad matrimonium, 1023 ; ad novitiatum, 1226, a ; ad professionem religiosam, 1236 ; ad munus Episcopi, 598, a ; Vicarii Capitularis, 868, a ; Vicarii generalis, 837, b ; Superioris majoris vel Antistitæ, 1292, a ; Magistri novitiorum, 1228 ; Canonici Pœnitentiarum, 816, b ; Confessarii religiosarum, 1329 ; Officialis, 669, c ; Patrini, 934 ; ad sacramentum Pœnitentiæ, 986 ; Confirmationis, 611 ; ad Ordines, 377 ; ad pœnas incurrendas, 221.

**Affiches**, à l'intérieur ou à l'extérieur des églises, 1427.

**Affinitas**, impedimentum dirimens matrimonium, 1031.

**Affixio** substitui potest matrimonii publicationibus, 1001.

**Aggregatio** piarum Confraternitatum, 1387, sq.

**Alienatio** bonorum. — Quomodo facienda, 1503, sq. Alienatio bonorum in religiosis Institutis, 1307. Actio personalis aut realis, et pœnæ, 1504. Imaginum et reliquiarum alienatio, 712, c.

**Altare**. — Fixum, mobile, 1430, sq. Altaris consecratio, 1434, sq. ; exsecratio, 1439, sq. ; Titulus, 1432. Privilegium altaris portatilis, 757, a ; 1193, c. Altare privilegiatum, 747, sq.

**Amentes**. — Assimilantur infantibus, 888, a. Eorum baptis- mus, 925.

**Amovibilitas** parochorum in genere, 1155, sq. Processus in remotione parochorum inamovibilem, 1158, sq. ; parochorum amovibilem, 1166, sq. ; in eorum translatione, 1170, sq. Amovibilitas vicariorum parœcialium, 1177 ; Vicarii generalis, 837.

**Anathema** dicitur excommunicatio, 231, a.

**Annata**. — Quid circa eam servandum, 1546.

**Annulus**. — Prælatorum, 794,

b ; Doctorum, 363, b ; in Missæ celebratione, 1103, b.

**Antistitæ** electio, 1293. — Cf. *v. Novitiatum, Professio, Clausura, Confessarius, etc.*

**Apparitores** ad sententiæ executionem, 1562.

**Appellatio**. — Natura, effectus, 315. Appellatio ab abusu, 316. Jus appellandi ad S. Pontificem, 464 ; ad Metropolitam, 1556. Appellatio judicialis, 1664 ; 1556. Appellatio extra judicialis, 315, a. Appellatio a censuris, 230 ; ab inflictis pœnis vindicativis, 269 ; in causis matrimonialibus, 1696.

**Apostata**. — A fide, 49, d ; 51. A Religione, 1340, sq.

**Arbitri**. — Possunt admitti ad dirimendas controversias, 182.

**Archiconfraternitas**. — Aggregatio ; 1387. Privilegia ex aggregatione, 1338. Requisita ad validitatem aggregationis, 1389.

**Archidiaconus** olim in diocesis, 836.

**Archiepiscopus**. — Origo, 581 ; jura, 582, sq. ; insignia, 585. — Cf. *v. Metropolita*.

**Archipresbyter**. — Cf. *v. Vicarius foraneus*.

**Archivum**. — Diocesanum, 847 ; secretum, 848 ; parœciale, 1134 ; 847, e.

**Articuli organici** in Gallia. — Origo, auctoritas, 168.

**Associationes piæ**. — Ab Ecclesia probatæ, 1364, sq. Erectio, approbatio, 1365. Ordinarii vigilantia subsunt, 1367. Societatum receptio necessaria, 1369 ; quomodo facienda, 1370 ; eorum dimissio, 1371. Moderator, Cappellanus, 1372. Associationes ab Ecclesia damnatæ, 1373.

**Assurance des églises** et du mobilier culturel, 1426.

**Asyli jus**. — Quid importet, 1421.

**Atheismus** in regimine societatum civilium, 25.

**Attentata**, lite pendente, sunt ipso jure nulla ; 1651, sq.



**Auditores** in tribunali ecclesiastico, 1559. **Auditores Rotæ**, 548. **Auxiliaris Episcopus**. — Difert a Coadjutore, 784, b.

## B

**Banna** ante matrimonii celebrationem, 999, sq.

**Baptismus**. — Minister, 915, sq. Subjectum, 919, sq. Ritus, 927, sq. Tempus et locus, 937, sq. Adnotatio, 941. Probatio, 942.

**Basilica**. — Hoc titulo quædam ecclesiæ decorantur, 1397.

**Beati**, nondum canonizati, quoad cultum, 702, sq.

**Beatificatio** servorum Dei. — *f. ipsum Codicem, c. 1999, sq.*

**Benedictio**. — Abbatis, 792; loci sacri, 1394; Primarii lapidis, 1402; Ecclesiarum, 1410, sq.; Campanarum, 1450, sq.; cæmeterii, 1462; Domorum, 1463; sac. Oleorum, 913; sacræ applicabilis, 1447. Benedictio pontificalis, 1046, 1051. Benedictio Pontificalis, 738. Benedictio pontificalis infirmis concedenda, 844. Benedictio Eucharistica, 844. — *Cf. v. Sacramentalia, Sacramentarium, etc.*

**Beneficia**. — Natura, divisio, erectio, 1523, sq.; Unio, divisio, dismembratio, 891, sq.; Collatio, 1528, sq.; Vacatio, 1543, sq. Beneficarii jura et officia, 1537, sq. Beneficii fructus quomodo impendendi, 1541, sq.

**Bigamia**. — Irregularitas, 385, d. Pœnæ, 1025, b.

**Binatio**. — An et quando permittenda, 1097.

**Bona temporalia**. — Jus Ecclesiæ, 1477, sq. Subjectum dominii, 1484, sq. Acquisitio, 1477. Inviolabilitas, 1487, sq. Immunitas, 1491, sq. Administratio in genere, 1494, sq. Supremus administrator, 470. Administratio honorum in parœcia, 1150, sq.; in Seminariis, 345, sq.; in religiosis Institutis, 1305, sq.; in piis Associationibus, 1368. — *Cf. v. Alienatio, Præscriptio, Contractus, etc.*

**Bulla et Brevia**. — Quid sint, 477. Bullaria, 138.

## C

**Cadaveris** exhumatio, 1468; Crematio, ibid. — *Cf. v. Sepultura, Funera.*

**Cæremoniis acatholicorum** an eat assistere, 689.

**Calix**. — Quomodo consecrationem amittat, 1448. A quibus accipi possit, 1449.

**Campanæ**. — Benedictio et cæmeterii, 1450, sq. Legislatio civilis, 1453; 169, art. 27.

**Cellaria Apostolica**, 552. Cellaria episcopalis, 844.

**Canon**. — Jus canonicum, 5. Collectio canonum, 130, sq.

**Canonici**. — Nominatio, 809, sq. Dotes promovendorum, 810, sq. Promotio in possessionem, 811. Ca-

nonici ad honorem, 804. Obligationes et jura, 823, sq. — *Cf. v. Capitulum, Præbenda, etc.*

**Canonizatio** Beatorum. — *Cf. ipsum Codicem, c. 1999, sq.*

**Cantus Gregorianus**. — Editiones typicæ, 692.

**Capitulum**. — Origo et natura, 799, sq. Insignia, 801. Erectio, 805, sq. Statuta, 812. Cæterus capitularis, 820, sq. Dignitates et officia, 814, sq. Obligationes et jura, 823, sq. Officium sede vacante, 862, sq. Capitula in religiosis Institutis, 1291. — *Cf. v. Canonici, Seminarium, etc.*

**Cappellanus**. — In religiosis

Institutis, 890; 1322; in piis Associationibus, 1372. Cappellani militum, 1192, sq.; navium, 1195, sq.

**Cardinales.** — Nomen, origo, 498, sq. Numerus, creatio et varii ordines, 501, sq. Officia, tum plena, tum vacante Sede Apostolica, 508, sq. Dignitas et privilegia, 514, sq.

**Castitas.** — A clericis speciali titulo servanda, 422, sq. Repressio delictorum, 425, sq. Modus procedendi, 428, sq. Castitatis votum in religiosis Institutis, 1203, a; 1243, sq. — *Cf. v. Votum, Religio.*

**Casuales oblationes** a Fidelibus erogandæ, 914; 1478.

**Catechetica institutio.** — Oblatio parentum et parochorum, 1124, sq. Præparatio necessaria, 1127.

**Catechumeni.** — Pro sepultura baptizatis accensentur, 1078.

**Cathedralis ecclesia.** — Relationes juridicæ inter Capitulum et parochum, 831.

**Cathedra** exigere potest Episcopus, 761.

**Causæ.** — Romano Pontifici reservatæ, 465; 1547, b. Causæ introductio in processibus, 1606, sq. Causæ criminales, 1682, sq.; matrimoniales, 1691. Contra sacram Ordinationem, 1699, sq. — *Cf. v. Judex, Forum, etc.*

**Cautio** præstanda ab actore, 1566, b. Cautiones in matrimoniis mixtis, 1018, a.

**Censores** in examinandis libris adhibendi, 628.

**Censura.** — In genere, 225, sq. Reservatio censurarum, 227, sq. Censuræ in specie, 231, sq. Absolutio, 256, sq. Prævia censura librorum, 469; 624, sq. — *Cf. v. Pæna, Excommunicatio, etc.*

**Chemin de ronde** autour des églises, 1470, b.

**Chirurgia** clericis vetita, 433. Aliquando inducit irregularitatem, 386.

**Citatio.** — A iudice faciendæ, 1608, sq. Citatio per edictum, 1609, d. Citationis effectus, 1611. Citatio testium, 1625.

**Clandestinitas.** — Forma celebrationis matrimonii, 1040, sq.

**Clausulæ.** — In rescriptis Apostolicæ Sedis appositæ, 490; in rescriptis Sacræ Pœnitentiariæ, 546.

**Clausura.** — Notio, species, 1261, sq. Quoad viros, 1263, sq. Quoad mulieres, 1266, sq. 1206.

**Clementinæ** Decretales in veteri Corpore juris, 135.

**Clerici.** — Distincti a laicis, 40. Institutio in Seminariis, 342, sq. Ordinatio, 365, sq. Vita et honestas, 413, sq. Privilegia, 440, sq. Subditi Episcoporum per sacram Ordinationem, 672. Excardinatio, 673. Incardinatio, 674. Reductio ad statum laicalem, 409, sq. Commoratio in aliena diocesi, 673. Potestas Episcoporum in clericos extraneos, 680, sq. — *Cf. v. Residentia, Missa, etc.*

**Coactio.** — Ad statum clericalem aut religiosum amplectendum, 412; 1223, c.; ad Matrimonium contrahendum, 1038.

**Coadjutores.** — Episcoporum, 784, sq. Parochorum, 1184.

**Codex juris canonici.** — Auctoritate Benedicti XV promulgatus, 141, sq.

**Cœlibatus** clericorum in Ecclesia Latina, 422, sq. — *Cf. v. Castitas.*

**Cœmeteria.** — Jura Ecclesiæ, origo, 1454, sq. Benedictio, interdictio, violatio, reconciliatio, 1462. In unaquaque parochia, 1463. Cœmeterium pro tumulatione eligendum, 1071, sq. Ædiculæ cœmeteriales, 1405, c. Legislatio civilis, 1469. — *Cf. v. Funera, Sepultura.*

**Cognatio.** — Spiritualis orta ex Baptismo, 936; ex Confirmatione, 614, d. Cognatio spiritualis dirimens matrimonium,

1033. Cognatio legalis quæ Matrimonium impedit, 1021, aut irimit, 1034.

**Cohabitatio** conjugum inducit præsumptionem de consummatione matrimonii, 994, a.

**Collatio** officiorum et beneficiorum, 299; 1528, sq. — *Cf. v. Episcopus, Parochus, Canonici, etc.*

**Collegiale Capitulum.** — Institutio, privilegia, 799, sq.

**Commissio vigilantie** pro sacra prædicatione, 622, c. Commissio ad interpretandas canones, 87, d.

**Commissoria forma** rescriptorum, 481, b.

**Communicatio.** — Privilegiorum, 105, c; gratiarum spiritualium in Confraternitatis, 1381. Communicatio in vivis cum excommunicato, 32; 235; 239; 240; cum acatholicis, 689.

**Communio.** — A quo, quo tempore, quo loco et quo ritu ministranda, 943, sq. Communio paschalis, 950. Communio sequens et quotidiana, 952. Prima communio puerorum, 53. Arcendi a communione, 55. Communio in Institutis religiosis, 1298. — *Cf. v. Eucharistia.*

**Communitates.** — Exemptæ jure parœciali, 890. — *Cf. v. Religio.*

**Competentia judicis.** — *Cf. v. Juxta, Forum, Causa, etc.*

**Complex.** — In delictis, 199; 19. In peccato turpi, 976.

**Compromissum** in electionibus, 288; in electione Rom. Pontificis, 454. Compromissum arbitros, 182.

**Concilium.** — Generale, 764, Plenarium aut provinciale, 2, sq. Sacra Congregatio Concilii, 536.

**Concionatores.** — *Cf. v. Prædicatio, Missiones, etc.*

**Conclave.** — In electione Romani Pontificis, 451.

**Conclusio in causa.** — Ejus effectus, 1655.

**Concordata.** — Objectum seu materia, 151, sq.; Utilitas, 154, sq.; Vis et obligatio, 156, sq.; Interpretatio et abrogatio, 161, sq. Concordatum anni 1801 in Gallia, 163, sq.

**Concursus** in collatione parœciarum, 908, c.

**Conditiones appositæ.** — In Rescriptis, 490; in Electionibus, 287, b; 288, b; in Matrimonio, 1039; in dimissione beneficii, 319, c; aut parœciæ, 1160, b.

**Conferentia** de re morali et liturgica, 417; 856, d; 1274. — Conferentia Episcoporum, 776.

**Confessarii.** — Sunt soli sacerdotes jurisdictione pollentes, 967, sq. Confessarii in Seminariis, 349, sq.; in Novitiatu religioso, 1231; in religionis clericalis domibus, 1321; in laicalibus virorum religionibus, 1322; in conventibus religiosarum mulierum, 1324. — *Cf. v. Pœnitentia, Jurisdictio, Reservatio, Censura, etc.*

**Confessio judicialis.** — Natura, effectus, 1620.

**Confessio sacramentalis.** — Annua præscripta, 986; Communioni præmittenda, 954; et quandoque Missæ celebrationi, 1103, d; peragenda ad Indulgentias, lucranda, 742, a; ad Matrimonium ineundum, 995, c. — *Cf. v. Pœnitentia, Confessarius, etc.*

**Confirmatio electionis** necessaria, 291.

**Confirmatio** (sacramentum). — Minister, 606, sq.; Ritus, 608. Obligatio ministri, 609. Subjectum, 611, sq. Tempus et locus, 613. Patrinus, 614. Adnotatio, 615. Matrimonio præmittenda, 999, b. Cognatio spiritualis, 614, d.

**Confraternitas.** — Erectio, 1379. Titulus, 1380. Habitus et insignia, 1382. Ordinarii jura,

1383. Functiones in suis ecclesiis, 1384 ; in ecclesiis non suis, 1385. Translatio, 1386.

**Congregationes religiosæ**, 1198 ; 1208, sq. — *Cf. v. Religio, Votum, etc.*

**Congregationes Romanæ**. — Institutio, 517, sq. Auctoritas, 525, sq. Ratio adeundi, 529, sq. Modus respondendi, 532.

**Coniucidium**. — Impedimentum dirimens matrimonium, 1029.

**Coniuges**. — Quod attinet ad communionem vitæ, 1055 ; ad religionem ingrediendam, 1218 ; ad Ordines suscipiendos, 388 ; 422, c.

**Consanguinitas**. — Impedimentum dirimens matrimonium, 1030.

**Conscientiæ manifestatio**. — Religiosos ad eam cogere vetitum est, 1331. Matrimonium conscientiæ, 1049, sq.

**Consecratio**. — Romani Pontificis, 456 ; Episcopi, 602, sq. ; Loci, 1393, sq. ; Ecclesiæ, 1410, sq. ; Altaris, 1434, sq. ; sacræ supellectilis, 1447 ; Campanarum, 1451.

**Consensus**. — Capituli quandoque requisitus, 830. Quid importet requisitio consensus, *ibid.* — Consensus matrimonialis, 1035, sq.

**Consilarii in religiosis Institutis**, 1295.

**Consilium**. — Quid importent canones exigentes requisitionem consilii, 830, b. Consilium administrationis in diœcesi constituendum, 1497. Consilium Fabricæ, 1153. Consilium Missionis, 566, b. Consilium a vigilantia, 50 *bis*, g.

**Consistorium**. — Publicum, secretum, 510. Negotia consistorialia, 511. — Congregatio consistorialis, 534.

**Constitutiones in religiosis Institutis**, 1256. — Earum confirmatio, 1210. Legendæ sunt publice semel in anno, 1297, a.

Immutari nequeunt ab Ordinariis in religionibus juris Pontificii, 210, e.

**Consuetudo**. — Natura, 118. Divisio, 119. Requisita ad eam inducendam, 120, sq. Effectus, 125, sq. Abrogatio, 127, sq. Consuetudines contra Novi Codicis canones, 144.

**Consultores**. — Diœcesani, 833, sq. — Parochi consultores, 851 ; 1163 ; 1171.

**Contestatio litis**. — Quid sit et quomodo faciendâ, 1612, sq.

**Contractus**. — Sollemnitate requisitæ, 1501, sq. Forum competentens, 1550.

**Contumacia**. — Quod attinet ad censuras, 225, sq. ; ad iudicia, 1612 ; 1646, sq.

**Convalidatio matrimonii**. — Simplex, 1057, sq. — Sanatio in radice, 1060.

**Conversi**. — Debent perageri Postulatum, 1215 ; in novitiatum locum separatim habere, 1225, c ; in doctrina christiana diligenter instrui, 1230, a.

**Cooperatio**. — In delictis, 199. Obligationes et pœnæ, 219, 202, b.

**Cooperatores**. — Vicarius cooperatores, 1173, sq. Amovibilitas, 1177.

**Correptio**. — Remedium pœnale, 277, sq. — Correptio iudicialis, 1687, sq.

**Craniotomia**. — Utrum sit licita, 386, d, 4<sup>o</sup>.

**Crematio cadaverum**. — Reprobata, 1468. Privatio sepulture ecclesiasticæ, 1079, e.

**Crimen**. — Impedimentum matrimonii, 1029.

**Cultus**. — Jura et officia Episcopi quoad cultum, 686, sq. Assistentia in sacris acatholicorum, 689. — Cultus servorum Dei, 702.

**Curia**. — Romana, 517, sq. — Diœcesana, 836, sq.

**Cursores**. — In tribunalibus, 1562 ; in citatione denuncianda, 1610.

## D

**Dataria Apostolica**, ex jure novo, 553.

**Decimæ**, quod attinet ad earum solutionem, 1512.

**Decretales**. — Nomen, 476, d. — Decretales Greg. IX, 132, sq.; Sextus Decretalium, 134. Clementinæ decretales, 135.

**Decretum Gratiani** in veteri corpore juris, 130, sq.

**Defensio** in scriptis conficienda, 1656.

**Defensor vinculi**. — In diocesi constituendus, 1561. — Ejus officium in causis matrimonialibus, 1693; in causis contra sacram Ordinationem, 1700.

**Degradatio**. — Pœna vindicativa, 266, j.

**Delegata potestas**. — Adeptio, 330, sq.; amissio, 338, sq. — Delegatio ad absolvendum, 969, sq.; ad assistendum matrimoniis, 1042. — Judex delegatus, 1558. Cooperatio in delictis, 199.

**Delictum**. — Natura, imputabilitas, 190, sq. — Forum competens, 1551.

**Denier du culte**. — Legitima exactio, 1478.

**Denuntiatio**. — Judicialis, 1682. — Confessarii sollicitantis, 978. — Denuntiatio librorum, 630.

**Depositio**. — Pœna vindicativa, 266, i.

**Deputati**. — An clerici possint se candidatos sistere, 438, c.

**Diaconi** in hierarchia ecclesiastica, 45. — *Cf. v. Ordinatio, Eucharistia, etc.*

**Diaria**. — Opportunitas, 638. Scriptorum officia, 639. Censores designandi, 640.

**Dicasteria** curiæ Romanæ. — *Cf. v. Congregationes.*

**Dies**. — Abstinentiæ vel jejunii, 699. Dies festi, 695, sq.

**Dignitates** in Capitulis. — Jura et officia, 814.

**Dimissio**. — Alumnorum e Seminario, 362; 353, b; religiosorum, 1343, sq.; sodalium ex piis associationibus, 1371. — *Cf. v. Renuntiatio.*

**Dimissoriæ litteræ** ad recipiendos Ordines, 372, sq.

**Diocesis**. — Episcopo commissa, 586, sq. — Divisio in parœcias, 879; in vicariatus foraneos, 855, a. Regimen sede plena, 601; sede impedita aut vacante, 859, sq.

**Dismembratio parœciæ**. — quandoque permessa, 891, sq.

**Disparitas cultus**. — Impedimentum matrimonii, 1026.

**Dispensatio**. — A lege ecclesiastica, 110, sq. — Potestas Episcoporum, 666, sq.; Parochorum, 882, d. — Dispensatio ab irregularitatibus, 389, sq.; ab impedimentis matrimonii, 1010, sq.; a matrimonio rato et non consummato, 1053, b; a publicationibus matrimonii, 1002; a lege jejunii et abstinentiæ, 700, sq.; a votis, 754.

**Distributiones quotidianæ** in Capitulis, 803.

**Doctoralis laurea**. — In adeptione quorundam officiorum necessaria, 310, e. Quænam jura secumferat, 363, b. — *Cf. v. Gradus.*

**Documenta** ad probationem in judiciis, 1638, sq.

**Domidium**. — Quomodo acquiritur, 885, sq. — Domicilium quoad competentiam Fori, 1548; Quoad sacram Ordinationem, 369.

**Dominativa potestas** in religiosis Institutis, 1284, sq.

**Domus**. — Benedictio domorum, 883. — Domus religiosæ erectio aut suppressio, 1212, sq. Formata domus religiosa, 1198, a.

**Donatio** facta Ecclesiæ, 1481; 1508. — *Cf. v. Testamentum.*

**Dos**. — In Foundationibus,

1515, sq. ; in Beneficiorum erectione, 1525 ; a Monialibus afferenda, 1222.

**Dubiorum concordantia** in judiciis, 1612.

**Dubium.** — De obligatione legis, 86, a ; 92 ; de justitiæ pœnæ, 92, c ; de possessione, 1598 ; de validitate matrimonii, 994, b.

**Duellum.** — Pœnæ, 1079, d.

## E

**Ecclesia.** — Natura, gradus præ societate civili, 16, sq. — Constitutio, 40, sq. — Legislativa potestas, 63, sq. — Potestas judiciaria, 180, sq. ; coactiva 190, sq. Jus quoad bona temporalia, 1477, sq. ; quoad sepulturas, 1459, sq. — *Cf. v. Seminaria, Scholæ, Cultus, Religio, etc.*

**Ecclesia (Templum).** — Quid sit, 1396. Situs et forma, 1398. Ædificatio, reparatio, 1400, sq. Consecratio et benedictio, 1410, sq. Exsecratio, 1415. Immunitas, 1420, sq. Violatio et reconciliatio, 1416, sq. Dominium et usus ad normam juris civilis in Gallia, 1422, sq. Supellex, 1442, sq. Assurances, 1426. — *Cf. v. Sepultura, Paræcia, etc.*

**Electio.** — Ad officia ecclesiastica, 283, sq. — Electio Rom. Pontificis, 447, sq. ; Episcoporum, 595, sq. ; Vicarii Capitularis, 865, sq. ; 821 ; Superiorum in Institutis religiosis, 1293, sq. — Electio sepulturæ, 1063 ; 1072. — *Cf. v. Examinatores, Judices synodales, Parochi consultores, etc.*

**Electricæ luce** an liceat uti in ecclesiis, 963.

**Eleemosynæ.** — Missarum, 1111, sq. Imponi possunt ad modum pœnitentiæ, 282, 4<sup>o</sup>. Qua ratione colligi possunt a piis associationibus, 1368, b ; a religiosis, 1280, sq. ; a privatis clericis aut laicis, 1478, c.

**Elogia funebria.** — Prævia Ordinarii licentia, 622, f.

**Emphyteusis** bonorum ecclesiasticorum, 1506.

**Emptores** bonorum eccle-

siasticorum, quæ a Gubernio usurpata sunt, 1489, b.

**Encyclicæ** litteræ Romanorum Pontificum, 476.

**Episcopi.** — Jure divino constituti, 43 ; 586, sq. Officii natura, 588. Potestas Ordinis, 589, sq. ; Jurisdictionis, 592, sq. Institutio canonica, 595, sq. Jura et officia, 606, sq. — Episcopi Titulares, 782, sq. ; Coadjutores, Auxiliares, 784, sq. — *Cf. v. Prædicatio, Scholæ, Libri, Cultus, Concilium, etc.*

**Error.** — Doctrinæ non formaliter hæreticæ, 53. — In errore communi Ecclesia supplet jurisdictionem, 308. — Error circa legem aut pœnam, 86. In rescriptis, 484, c ; 191, b. In matrimonio contrahendo, 1037. In Dispensationibus ab impedimentis consanguinitatis aut affinitatis, 1042, b. In contractibus, 1502, c.

**Eucharistia.** — Minister, 943. sq. Subjectum, 950, sq. Custodia et cultus, 958, sq. — *Cf. v. Communio, Missa, etc.*

**Examen.** — Ordinandorum, 396, sq. Clericorum, expleto studiorum curriculo, 415. Ad obtinendam parochiam, 908. Ad confessiones excipiendas, 970. Ad Prædicationem, 622.

**Examinatores synodales.** — Electio, 851, sq. Munus, 854 ; 183, c.

**Excardinatio** clericorum. — A quo et quomodo facienda, 673.

**Exceptio.** — In processibus, 1586, sq. Exceptio incompetentiæ, 1600. Ordo cognitionum, 1600, sq.

**Exclaustratio.** — Ex indulto Apostolicæ Sedis, 1332, sq.

**Exclusiva** in electione Rom. Pontificis, 454, c.

**Excommunicatio.** — Natura; 231. Vitandi, tolerati, 232. Effectus excommunicationis, 232, sq. Excommunicati privantur sepultura ecclesiastica, 1079, b. An possint stare in iudicio, 1582.

**Exemptio.** — Quid sit, 313. Ejusdem utilitas, 1314, sq. Exemptio religiosorum, 1318, sq. Seminarii, 361. Exemptiones a jure parœciali, 889, sq.

**Exercitia spiritualia.** — Peragenda ab alumnis Seminarii, 360, d. Ab ordinandis, 406. A sacerdotibus sæcularibus, 414, b. A postulantibus religionem, 1217. A novitiis, 1234, c. A religiosis, 1297, b. Possunt imponi, ad modum pœnitentiæ, 282, 5<sup>o</sup>.

**Exhumatio** cadaveris, 1467. — Lex civilis in Gallia, 1476.

**Exorcismus.** — Minister; licentia obtinenda, 618.

**Expensæ judiciales**, 1678, sq. — Gratuitum patrocinium, 1681.

**Exploratio voluntatis** puellæ ad novitiatum vel ad professionem admittendæ, 1223.

**Expositi infantes.** — Locus originis, 369. Baptismus, 922.

**Expositio** SS. Sacramenti. — Quibus in ecclesiis et a quo fieri possit, 964.

**Exsecratio.** — Ecclesiæ, 1415; Altaris, 1439, sq.; sacræ supellectilis, 1448.

**Exsecutio.** — Rescriptorum, 486, sq. Piarum voluntatum, 1482. Sententiæ, 1675, sq.

**Exsequiæ** a paroco peragenda. — *Cf. v. Funera, Sepultura.*

**Extravagantes.** — Joannis XXII, 136. Extravagantes communes, 137.

**Extrema Unctio.** — Minister, 989, sq. Subjectum, 991, sq. Exemptio Religiosorum, 889, sq.

## F

**Fabricæ.** — In administratione temporali, 1152. Consilium Fabricæ, 1153.

**Fatalia.** — Legis, 1571. Appellationis, 1664, b; 1665.

**Festa** de præcepto in universa Ecclesia, 695. — *Cf. v. Dispensatio.*

**Fetus** abortivi, quod attinet ad baptismum, 921.

**Fides.** — Veritates credendæ, 49. Fidei professio, 50.

**Forum.** — Competentiæ fontes, 1548, sq. — Fori privilegium pro clericis, 189; 441, sq.

**Forum competens**, 1547, sq. Privilegium fori, 441, sq.

**Functiones parœciales**, seu paroco reservatæ, 883.

**Fundationes piæ**, 1513. — Earum acceptatio, 1515; cessatio aut reductio, 1520.

**Funera.** — Funeris ecclesia, 1061, sq. Exsequiæ, 1066, sq. Tumulatio, 1071, sq. Deneganda sepultura ecclesiastica, 1078, sq. Index funeralium, 1083, sq. — *Cf. v. Cæmeterium, Sepultura, etc.*

**Fugitivus religiosus.** — Pœnæ, obligationes, 1341, sq.

## G

**Glossæ**, in veteri Corpore juris canonici, 133, d.

**Gradus academici.** — In Universitatibus conferendi, 363. Requisiti in Episcopo, 598, a, 5<sup>o</sup>; in Vicario Capitulari, 868, c;

in Vicario generali, 837, b; in prima Dignitate Capituli cathedralis, 814, b. Jura doctorum quoad annulum et biretum, 363, b.

**Gratiosa** forma rescriptorum, 481.

## H

**Habitus.** — Clericalis, 418. Postulantium, 1216, a; Novitiorum, 1225, d; Religiosorum, 1259.

**Hæretici**, 49, d; 51. — Obligatio legis ecclesiasticæ, 70, b.

**Hierarchia** ecclesiastica. — Varii gradus, 40, sq.

**Homicidium.** — Inducit irregularitatem, 386, d; 387, a.

**Honestas publica.** — Impedimentum matrimonium dirimens, 1032.

**Horæ canonicæ.** — A clericis et beneficiariis recitandæ, 420. A religiosis, 1260.

## I

**Ignorantia.** — Legis, aut pœnæ, quoad culpabilitatem, 86, b; 194; 220. Ignorantia irregularitatum, 383.

**Illegitimi infantes**, 385. — Etiam legitimati, arcentur a dignitate Cardinalatus, 507, b; Episcopatus, 598, a. Nisi vero fuerint legitimati: ab admissione in Seminarium, 353; ab Ordinum receptione, 385, a; a munere Superioris majoris in religionibus, 1292, a.

**Imagines.** — Prævia censura, 624. — Licitæ aut illicitæ, 705, sq. Benedictio sollemnis, 708.

**Immunitas.** — Ecclesiarum, 1420; Bonorum, 1491, sq.

**Impedimenta matrimonialia.** — In genere, 1007, sq. Mere prohibentia, 1017, sq.; Dirimentia, 1023, sq. Obligatio revelandi, 1003. Dispensatio 1010, sq.

**Impotentia.** — Impedimentum dirimens matrimonium, 1024. Processus in causis impotentiae, 1694.

**Impuberes**, 888, a. — Excusantur a quibusdam pœnis, 221.

**Imputabilitas delicti.** — Ex quibus pendeat, 192, sq.

**Inadvertentia.** — Quoad imputabilitatem delicti, 194, c; quoad pœnas, 220, c.

**Incardinatio.** — Quibus ex causis et quomodo facienda, 674.

**Indifferentismus.** — In regimine societatum, 27.

**Indulgentiæ.** — Competentia S. Pœnitentiariæ et S. Officii, 547. Potestas Rom. Pont., 736; Episcoporum et Cardinalium, 739. Interpretatio decretorum, 740. Acquisitio, 741, sq. Varia decreta, 746. Indulgentia plenaria in articulo mortis, 1144, sq.

**Indulta.** — Ab apostolica sede concessa, adhuc in usu, nec revocata, integra manent nisi Codicis canonibus expresse revocentur, 145. Indulta Episcopis concessa, 667, b; 1690. Indulta ad dispensandum super impedimentis matrimonium prohibentibus aut dirimentibus, 1011, sq.; 1016 *bis*.

**Infamia juris aut facti**, 265, d. — Quid si ex observatione pœnæ vindicativæ latæ sententiæ, 268, aut censuræ latæ sententiæ, reus se ipsum proderet cum infamia, 263. — *Cf. v. Irregularitas, Baptismus, Eucharistia, Testes, etc.*

**Infantes.** — Ante plenum septennium, 888, a. — Quoad Baptismum, 922, sq.

**Infideles.** — Nulla lege ecclesiastica tenentur, 70, a. Quod attinet ad sepulturam, 1078.

**Infirmi.** — Quod attinet ad SS. Eucharistiam, 951; 956; ad Extremam Unctionem, 991, sq.; ad Pœnitentiam, 985; ad assistentiam ipsam a parcho præstandam, 1143, sq.



**Informata conscientia.** — In suspensione infligenda, 270 ; in admissione ad Ordines, 379.

**Inhabilitas.** — Pœna vindicativa, 266, e. — *Cf. v. Beneficium, Confessarii, etc.*

**Inquisitio judicialis.** — Citationi prævia, 1684, sq.

**Insignia.** — Romani Pontificis, 471, b ; Episcoporum, 757, sq. ; Canonicorum, 801 ; 804, c. ; Abbatis vel Prælati nullius, 794 ; Confraternitatum, 1382.

**Inspectio corporalis** in causis matrimonialibus, 1694.

**Instituta ecclesiastica.** — Religiosa, 1207, sq. Non collegialia, 682, sq.

**Institutio canonica.** — Ad obeundum officia ecclesiastica, 299, sq. — *Cf. v. Episcopus, Parochus, Canonicus, etc.*

**Instructio** processus criminalis, 1689, sq. ; contentiosi, 1606, sq.

**Instrumenta** ad probationem in processibus, 1638, sq.

**Interdictum.** — Natura, effectus, 242, sq. Interdictum ab ingressu ecclesiæ, 248.

**Interlocutoria** sententia in processibus, 1659.

**Internuntii** Apostolici. — Eorum officium, 558, d.

**Interpres.** — In confessione, 987, b ; in Matrimonio, 1036, c ; in judiciis, 1574, b.

**Interpretatio.** — Legis ecclesiasticæ, 87, sq. ; Pœnæ, 92 ; Privilegii, 106, sq. ; Rescripti, 492, sq. ; Jurisjurandi, 755, d.

**Interrogationes.** — In judiciis faciendæ, 1617, sq. Interrogatio testium, 1629.

**Interstitia** inter Ordines servanda, 403.

**Inventarium.** — Bonorum ad Administratoribus faciendum, 1498, b. Sacræ suppellectilis, 1442.

**Investituræ** licitæ aut illicitæ, 305.

**Irregularitates.** — In genere, 380, sq. ; in specie, 385, sq. Cessatio irregularitatum, 389, sq.

## J

**Jejunium.** — Leges ecclesiasticæ, 698, sq. Jejunium SS. Eucharistiæ sumptioni præmittendum, 956.

**Jubilati** canonici. — Privilegia, 827.

**Judex.** — Primæ et ulterioris instantiæ, 1555, sq. Judex supremus, 1557. Judex delegatus, 1558. — Judices synodales, 570. Judicis officium, 1563, sq.

**Judicium.** — Natura, variæ species, 180, sq. Ecclesiæ potestas, 184, sq. Objectum, 187. Judicialia potestas in Episcopis, 668, sq. — *Cf. v. Judex.*

**Jurisdictio.** — Natura, 41 ; 54, sq. Divisio, 59, sq. Jurisdictio ordinaria, 283, sq. ; delegata, 330, sq. Jurisdictio ad absolvendum a peccatis, 967, sq. ; a censuris, 256, sq. Juris-

dictio Rom. Pontificis, 457, sq. ; Episcopi, 592, sq. ; Parochi, 881, sq. Jurisdictio in Institutis religiosis, 1284, sq.

**Jus canonicum.** — Natura, 5, sq. Divisio, 8, sq. Collectiones juris canonici, 130, sq. Codex Pii X et Bened. XV, 141, sq. Jus canonicum particulare, 148, sq.

**Jus civile,** 4. — Sollemnitates in donationibus omissæ, 1481. — *Cf. v. Ecclesia, Cæmeterium, Matrimonium, etc.*

**Jus.** — Nomen, 1. Naturale, positivum, 2 ; divinum, humanum, 3. Jus gentium, 4, b. Jus regalæ, 306.

**Jus patronatus.** — In provisione officiorum, 297, sq. : 904. Patronorum jura, 1535. Quid de iis in posterum, 1536.

**Jusjurandum.** — Natura, 755. Obligatio inducta, 756. In judicio quomodo præstandum, 1568. Jusjurandum de veritate dicenda, 1619; 1626. Jusjuran-

dum suppletorium, 1643, sq.; æstimatorium, 1644; decisorium, 1645. — Cf. *v. Incardinatio, Administratio, Consultores, Modernismus, etc.*

## L

**Laici.** — Distincti a Clericis, 40. Laicorum associationes in genere, 1364, sq.; in specie, 1374, sq. An possint partem habere in bonorum ecclesiasticorum administratione, 1152; 1494, c.

**Lampas** coram Tabernaculo, diu nocturne luceat, 963.

**Lapis primarius** in ecclesiæ ædificatione, 1402.

**Legata pia.** — Eorum executio, 1481, sq.

**Legati Romani Pontificis.** — Nati, missi, a latere, 558.

**Leges civiles.** — Clericorum obligatio, 446. Legislatio civilis in Gallia de dominio et usu sacrarum ædium, 1422, sq.; de Cæmeteriis et sepulturis, 1469, sq.; de publico cultus exercitio, 179; de Campanarum usu, 1453.

**Legimatio prolis.** — Per subsequens matrimonium, 385, a; per dispensationem, 1012, a.

**Lex.** — Natura et objectum legis ecclesiasticæ, 65, sq. Ejusdem subjectum, 70, sq.; Promulgatio, 76, sq.; Effectus, 81, sq.; Interpretatio, 87, sq.; Cessatio, 96, sq. Potestas legitima Rom. Pontificis, 462, sq.; Episcopi, 650, sq. — Cf. *v. Dispensatio, Privilegium, Pœna, etc.*

**Libellus** quo lis introducitur, 1606, sq.

**Liber.** — Damnatio, 469; 629, sq. Prævia censura, 624, sq.

Libri parœciales, 1134; 1048; 1075. Libri pro eleemosynis Missarum, 1121; pro oneribus Foundationum, 1517. Libri liturgici, 690, sq.

**Liberalismus.** — Sub diversis formis respiciendus, 20, sq.

**Libertas.** — Quæ sit admit-tenda in regimine societatum, 31; 35, sq.

**Ligamen.** — Impedimentum dirimens matrimonium, 1025.

**Limina Apostolorum.** — Obligatio Episcoporum, 722, sq.; Vicariorum apostolicorum, 565, b.

**Lintea sacra.** — A quibus abluenda, 1449.

**Litanie novæ** ab Ordinariis, non approbandæ, 688, c.

**Litis contestatio,** 1612, sq. — Ejusdem effectus, 1613.

**Litteræ.** — Apostolicæ, 476, sq. Litteræ dimissoriæ, 372. Litteræ testimoniales pro adspirantibus ad Ordines, 398; aut admittendis ad Novitiatum religiosum, 1220, sq. — Cf. *v. Missa, Associationes piæ, Aggregatio, etc.*

**Loca sacra.** — Benedictio, consecratio, 1390, sq. — Cf. *v. Ecclesia, Cæmeterium, etc.*

**Locatio.** — Contractus quomodo instituendus, 1505. Locatores bonorum ereptorum, an excommunicationem incurrant, 1489, d.

**Luce electrica** an uti liceat ad cultum, 963.

## M

**Magisterium** jure divino in Ecclesia constitutum, 48, sq. **Magisterium** infallibile Romani Pontificis, 461.

**Majores** quoad suorum jurium exercitium, 888.

**Mandantes** ad delictum, quoad imputabilitatem, 199; aut poenam, 202.

**Manifestio conscientiae.** — Religiosos ad eam cogere vetitum est, 1331.

**Massonica secta.** — Ejus avertenda contagio. — Excommunicatio, 1373.

**Matrimonium.** — Natura, effectus, 994, sq. Inquisitio praenittenda, 999, sq.; Impedimenta in genere, 1007, sq.; in specie, 1017, sq. Consensus matrimonialis, 1035, sq. Forma celebrationis, 1040, sq. Matrimonium conscientiae, 1049, sq. Tempus et locus celebrationis, 1051, sq. Separatio conjugum, 1053, sq. Matrimonii convalidatio, 1057, sq. Matrimonium invalidum aut illicitum ex voto castitatis, 1244. Processus in causis matrimonialibus, 1691, sq.

**Medicina** — Clericis vetita, 133. Hujus exercitium quandoque inducit irregularitatem, 386, f.

**Medicantes** religiosi, 1280. — Religiosi stipem quaeritantes, 1281, sq.

**Mensa episcopalis.** — Administratio, 763.

**Metropolita.** — Judex appellacionis, 1556. — Cf. v. *Archiepiscopus*.

**Metus.** — In ordine ad delicti imputabilitatem, 196; ad Jusjurandum, 755, b; ad Matrimonium, 1038; 1041, c; ad ingressum in Novitiatum, 1218; 1223, c; ad Ordines recipiendo, 412; ad poenas latae sententiae, 220, c, 3°; ad professionem religiosam,

1236, c; 1223, c; ad renuntiationem officii vel beneficii, 317, a, 2°; ad votum 752, b; ad contractus validitatem, 1502, b.

**Militia.** — Clericorum immunitas, 443. — Ab ea capessenda voluntarii prohibentur, 434. — Impedimentum ad Ordines, 388, e.

**Minores.** — Quoad domicilium, 888. Quoad restitutionem in integrum, 1593. Quoad actionem in judiciis, 1578.

**Miracula.** — Ab Episcopo recognoscenda, 704.

**Missa.** — Obligatio celebrandi, 1095, sq. Ritus et caeremoniae, 1099, sq. Missarum eleemosynae, 1111, sq. Missa in navi, 1196; in oratoriiis privatis, 1408. Ad celebrandam Missam, litterae commendatitiae requiruntur ab extraneis, 681; et ab eis aliqua stipes exigi potest, 1443, b. Missarum reductio Sedi Apostolicae reservata, 1521, sq. — Cf. v. *Puenera*, *Ordinatio*, etc.

**Missa pro populo** — Applicanda ab Episcopis, 731, sq.; a Parochis, 1105, sq.; a Vicariis et Praefectis apostolicis, 734; a Vicariis Capitularibus, 873; a Vicariis curatis, 1181; a Vicario Economo 1183.

**Missionarii Apostolici.** — Quibus facultatibus gaudeant, 622, g.

**Missiones.** — In parœciis, 620. Missionarii a Vicariis Apostolicis dependentes, 562, sq.

**Mixta religio.** — Impediens matrimonium, 1018. In celebratione sacri ritus prohibentur, 1047.

**Modernismus.** — Vigilantia Episcoporum, 630, d. — Decretum S. Offic., 50 bis.

**Moniales.** — Quae sint, 1198, a, 7° Clausura necessaria, 1206. — Cf. v. *Religio*, *Confessarius*, *Novitiatu*,  *Professio*, etc.

**Monitio.** — Remedium poenale, 276, sq. Monitiones in nonnullis expediendis negotiis, quomodo faciendæ, 183, b. Monitiones, quod attinet ad censuras, 218; ad dimissionem Religiosorum, 1351, sq; ad procedendum contra clericos non residentes, 1089, aut concubinarios. 428.

**Monstra** et fetus abortivi, quoad baptismum, 921.

**Monuments historiques.** — Législation civile, 1429.

**Mortis periculum.** — Quod attinet ad Baptismum, 930; sacram Communionem, 951, sq.; Confessionem, 972, sq.; Extre-

mam Unctionem, 991; Matrimonium, 1014; 999, d; 1044.

**Motu proprio.** — Quid importet hæc clausula, 476, c.

**Mulcta pecuniaria.** — Pœn vindicativa, 265, l.

**Musica sacra.** — Servandæ leges liturgicæ, 693. — *Cf. v. Cantu Gregorianus.*

**Muti.** — Quod attinet ad indulgentias, 742, d; ad matrimonium, 1036, a.

**Mutilatio.** — Inducit irregularitatem, 386, e. Amputata membra in loco sacro sepelienda 1462, d. Quod attinet ad indulgentias lucrandas, 742, h.

## N

**Navigantes.** — Quod attinet ad confessiones, 1195; ad Missam celebrandam, 1196.

**Negligentia.** — Modus procedendi contra parochos in adimplendis officiis negligentes, 1146, sq.

**Negotiatio.** — Clerici eam exercere prohibentur, 439.

**Negotiis extraordinariis præposita Congregatio,** 541.

**Notarius.** — Ejus officium, 844, sq. — In processibus, 1560.

**Novitiatus religiosus.** — Conditiones requisitæ ad ejus validitatem, 1218; 1226; aut liceita-

tem, 1219. Informatio prævia, 1220. Institutio novitiorum, 1224, sq. Novitiatus interruptio, 1227. Magister novitiorum, 1228, sq. Disciplina novitiorum, 1230. Ejusdem desertio, 1232. Obligationes quoad bona temporalia, 1233. Quid, exacto novitiatu, 1234.

**Nundinæ.** — Prohibitæ in ecclesiis, 1420, a; et diebus festis de præcepto, 696.

**Nuntiatio novi operis** ob damnum imminens, 1588, sq.

**Nuntii apostolici.** — Quo munere fungantur, 558, d.

## O

**Obedientia.** — Episcopis debita ex parte clericorum, 677, sq. — Obedientiæ votum in Ordine religioso, 1203, c. Obligationes ex voto obedientiæ, 1253, sq.

**Oblationes** a fidelibus erogandæ, 914; 1478.

**Obligationes societatum commercialium.** — An possint clerici eas emere, 439, e.

**Obreptio.** — An ob ipsam rescripta vitentur, 483.

**Œconomus.** — Sede episcopali vacante, deputandus, 863. Vicarius œconomus in vacante parœcia, 1182, sq. Œconomus in institutis religiosis, 1295, a.

**Œuvres catholiques.** — Leur but et leur organisation, 1137, sq.

**Officia ecclesiastica.** — Adeptio, restrictio, amissio, etc. — *Cf. v. Jurisdictio, electio, etc.*

**Officialis.** — Ab Episcopo constituendus. 669.

**Officium divinum.** — A clericis in sacris, et a beneficiariis recitandum, 420, sq. ; itemque in religiosis Institutis, 1260. Ordo divini officii ab Episcopo præscribendus, 691. Officium divinum in Capitulis, 824. Excusati a choro, 825, sq.

**Olea sacra.** — In sacramentorum administratione, 913. — *Cf. v. Extrema Unctio.*

**Oppositio tertii.** — Ad impugnandam sententiæ executionem, 1671, sq.

**Oratorium.** — Publicum, semi-publicum, privatum, 1405, sq. Quid possit in oratoriis semi-publicis peragi, 1407 ; aut in oratoriis privatis, 1408. Indultum oratorii privati, 1409. Oratoria domestica non sunt benedicenda more ecclesiarum, 1411.

**Ordinarius** in utroque foro, 62, sq. — Ordinaria jurisdictio, 283, sq. — *Cf. v. Episcopus, Vicarius generalis, etc.*

**Ordinatio clericorum.** — Potestas ordinandi, 365, sq. Subjectum sacræ Ordinationis, 376, sq. Titulus, 392, sq. Examen ordinandorum, 396, sq. Tempus et locus, 402, sq. Causæ contra sacram Ordinationem, 1699, sq. — *Cf. v. Litteræ testimoniales, etc.*

**Ordo.** — Ordinis potestas, distinguitur a potestate jurisdictionis, 41 ; 55. Potestas Ordinis in Episcopo, 589, sq.

**Ordo regularis.** — In quo sollemnia vota emittuntur, 1198, a, 2°. — *Cf. v. Religio, Votum, Novitatus, Professio, etc.*

**Orientalis Ecclesia.** — Codex eam generalitè non respicit, 147. Specialis Congregatio Romana, 543. De orientalibus ad Missam celebrandam, 681 ; aut ad stipem colligendam admitteendis, 1282, b. — *Cf. v. Eucharistia, Confirmatio, Matrimonium, etc.*

## P

**Pallium.** — Origo, petitio, usus, 585. Pallium Rom. Pontificis, 471, b.

**Paramenta sacra.** — Eorum benedictio, 1447, sq.

**Parochus.** — Recta notio, 878, sq. Indoles officii, 880, sq. Parochorum institutio, 901, sq. Requisita in promovendo, 907, sq. Jura et officia, 910, sq. Amobivilitas, 1155, sq. Parochus religiosus, 1279. Parochi Consultores, 851 ; 1163 ; 1171. — *Cf. v. Paræcia, Baptismus, Eucharistia, Funera, etc.*

**Paræcia.** — Erectio, divisio, dismembratio, unio et translatio, 891, sq. Administratio temporalis, 1150, sq. Concomitans, vacante paræcia constituendus, 1182, — *Cf. v. Parochus, Beneficium, Institutio, etc.*

**Passio.** — In ordine ad imputabilitatem delicti, 197 ; ad pœnas, 220, c, 2°.

**Patriarchæ.** — Officii natura, 573 ; origo, 574. Patriarcharum jura, 575. Patriarchæ Titulares, 576. Patriarchæ minores, 577. Patriarchæ orientales, 578.

**Patrinus.** — In baptismo, 932, sq. ; in Confirmatione, 614.

**Patroni locorum.** — Quomodo constituentur, 703, a ; 1413, a. An eorum dies festi sint de præcepto, 695, a.

**Paupertas religiosa.** — Votum sollemne, 1203. Obligationes ex voto paupertatis sive sollemni, sive simplici, 1245, sq.

**Pavoisement** extérieur des églises, 1428.

**Pensiones.** — An possint beneficiis imponi, 1531. Pensio parochi renuntianti aut amoto concedenda, 1164 ; 1169.

**Percussores clericorum.** — Pœnæ, 440.

**Peregrini.** — Quod attinet ad obligationem legis ecclesiasticæ,

74 ; ad Baptismum, 916, a ; ad Absolutionem sacramentalem, 968, d ; ad Indulgentias, 737, e.

**Peremptio actionum** in instantia litis, 1615.

**Periti.** — A iudice designandi, 1634. Eorum munus, 1635.

**Permutatio beneficiorum.** — Quas ob causas et quomodo facienda, 322.

**Personæ morales.** — Quomodo constituantur, 1365. Collegialis constitui non potest nisi ex tribus membris, 807, a ; sed constituta manet donec unum supersit, 807, b. Quid de actibus personæ moralis collegialis, 822. Jus habent acquirendi, retinendi ac administrandi bona temporalia, 1479 ; 1484, sq. Minoribus æquiparantur, 1579. Quomodo possint in judiciis agere, 1579.

**Philosophia.** — Quæ sectanda in Seminariis, 356 ; in religionibus clericalibus, 1270, c.

**Pixis.** — Ejus confectio, ornatus. usus, 962.

**Placitum regium.** — Usurpatio reprobata, 64.

**Pœnæ.** — Natura, divisio, 203, sq. ; latæ, ferendæ sententiæ, 204, sq. ; a jure, ab homine, 206 ; spirituales, temporales, 207. Jus Ecclesiæ, 208. Quis possit eas statuere, 209, aut applicare, 210. Modus applicationis, 211. Subjectum pœnis obnoxium, 214, sq. Causæ excusantes, 220. Pœnarum remissio, 222, sq. Pœnæ medicinales, 225, sq. ; vindictivæ, 264, sq. Norma in pœnis infligendis, 671. Remedia pœnalia, 276, sq.

**Pœnitentia** (*sacramentum*). — Minister, 967, sq. Subjectum, 986, sq. — *Cf. v. Absolutio, Jurisdictio, Confessarius, etc.*

**Pœnitentiæ.** — In foro externo, 281. Præcipuæ pœnitentiæ, 282.

**Pœnitentiaria.** — Tribunal pro foro interno, 544, sq. Ejus jurisdictio, 544. Modus recur-

rendi, 545 ; 263, d. Modus rescribendi, 546. Sectio de Indulgentiis, 547.

**Pœnitentiarius Canonicus.** — Officium, electio, 816, sq.

**Police des cultes.** — Legislatio civilis in Gallia, 169, art. 25, sq.

**Politicæ res.** — Qua ratione clerici se habere debeant, 438.

**Pompes funèbres.** — Leges civiles in Gallia, 1474.

**Pontificalia.** — Ea exercere quid importet. 760, a. Jus Episcoporum, 760 ; Abbatum vel Prælatorum nullius, 794.

**Portio parœcialis.** — Ex emolumentis funeralibus debita, 1084.

**Positiones.** — A Promotore exhibendæ, 1617, c.

**Possessio.** — Missio in possessionem parœciæ, 905 ; canonicatus, 811 ; beneficii, 1533. — *Cf. v. Institutio, Episcopus, Coadjutor, etc.*

**Postulatio.** — In provisione officiorum, 292, sq.

**Postulatus.** — Novitiatus religiosi præmittendus, 1215, sq.

**Præbenda.** — Debet cum canonicatu conferri, 802.

**Præcedentia.** — Normæ generales, 679. Præcedentiæ Cardinalium, 515, a, 21<sup>o</sup> ; Legatorum S. Pontif., 560, a ; Episcopi et Metropolitæ, 759, a ; Vicarii generalis, 842 ; Vicarii Capitularis, 875 ; Capituli et Dignitatum, 800 ; Vicarii foranei, 858 ; Parochi et Vicariorum, 1185 ; cleri sæcularis et religiosorum, 1198, d ; Piarum associationum, 1374, in proœmio.

**Præceptum.** — Singulos ubique urget, 65 ; 73. Remedium pœnale, 279, sq.

**Prædicatio.** — Minister, 621, sq. Officium Episcoporum, 619, sq ; Parochorum, 1128, sq. Licentia sacerdotibus extraneis necessaria, 1130. Obligatio fidelium, 1131. Objectum sacræ prædicationis, 1132.

**Præfecti Apostolici.** — Jurisdictio, officium, 561, sq.

**Prælati.** — Quis hoc nomine veniat, 790. Prælati inferiores cum jurisdictione, 790, sq.; sine jurisdictione, 795, sq. Prælatio in religiosis Institutis, 1289, sq.

**Præscriptio.** — Quæ sint vel non sint eidem obnoxia, 1480. Præscriptio in beneficiorum adeptione, 1534; in contensiosis, 1604; in criminalibus, 1605; in adeptione privilegiorum, 105. b.

**Præsentatio.** — In provisione officiorum, 296. Ad vacantem parœciam, 904. — Præsentatio Rescripti, 486, sq.

**Præsumptio in judiciis,** 1641, sq. — An liberet ab onere probandi, 1642.

**Præventio.** — Quando ei locus sit. Forum competens, 1548.

**Preces.** — Si quas Ordinarius loci ob causam publicam indicaverit, religiosi etiam exempti obedire tenentur, 1318, d.

**Presbyteri.** — In hierarchia ecclesiastica, 44.

**Primas.** — Quid sit primatialis sedes, 579. Primatum jura, 580.

**Primatus Romani Pontificis,** 457, sq. — Jura quæ inde sequuntur, 460, sq.

**Primitiæ.** — Quod attinet ad earum solutionem, 1511.

**Principatus temporalis Romani Pontificis.** — Utilitas et relativa necessitas, 473.

**Privatio.** — Extrajudicialis, 326; ad normam juris, 327; ipso jure inducta, 328. — Cf. *v. Beneficium, Amovibilitas, etc.*

**Privilegium.** — Natura, 100; divisio 101; concessio, 102, sq.; acquisitio, 105; interpretatio, 106; duratio, 107, sq. Privilegia clericorum, 440, sq.; Cardinalium, 515; Episcoporum, 757, sq.; Religiosorum, 1311. Promulgato Codice, privilegia non revocata integra manent, 145. Privilegium Paulinum, 1054.

**Probationes.** — In judiciis,

1617, sq. Facta conclusione in causa, Inhibentur, 1655. — Cf. *v. Documentum, Præsumptio, Jusjurandum, etc.*

**Processiones ordinariæ aut extraordinariæ.** 714, sq.

**Processus.** — In nonnullis expediendis negotiis vel sanctionibus applicandis, 182, sq. Processus summarius in remotione parochorum, 1158, sq.; in eorum translatione, 1170, sq.; contra parochos non residentes, 1089; aut concubenarios, 428, sq.; vel in suis officiis negligentes 1146, sq.; in infligenda suspensione ex informata conscientia, 270, sq. Processus criminalis instructio, 1689, sq. Processus in dimissione religiosorum, 1349, sq.; in causis matrimonialibus, 1691, sq. Processus publicatio, 1654. — Cf. *Tract. De Judiciis.*

**Procurator.** — In beneficii possessione, 905, c.; in celebratione matrimonii, 1036. Procurator ad lites, 1583, sq. Procurator generalis in religionibus juris Pontificii, 1296. — Cf. *v. Concilium, Synodus, etc.*

**Professio fidei.** — In possessione beneficiorum emittenda, 50; 50 bis; 909.

**Professio religiosa.** — Simplex vel sollemnis, 1235. — Requisita ad validitatem, 1236, sq. Effectus, 1238, sq. Professio temporaria perpetuæ præmittenda, 1237, sq. Ritus, 1240. Renovatio, 1241. Convalidatio, 1242.

**Promotor justitiæ in diœcesi constituendus,** 1561.

**Promulgatio legis Pontificiæ** 76, sq; legis episcopalis, 80.

**Propaganda.** — Congregatio de Propaganda fide, 538.

**Protector Cardinalis in Ordinibus religiosis,** 1289.

**Protonotarii Apostolici.** — Quatuor ordines, 797, sq.

**Provincia ecclesiastica.** — Huic præest Metropolitana, 581, sq.

**Provincia religiosa.** — Quid

sit, 1198, a, 6°. Ad quem pertineat eam erigere, 1210, f; aut de ejus bonis, ea extincta, statuere, 1210, g.

**Puberes.** — Quinam, 888, a. Possunt eligere sepulturam, 1063.

**Publica honestas.** — Impedimentum dirimens, 1032.

**Publicationes.** — Matrimonio præmittendæ, 1000, sq.; et Sacræ Ordinationi, 396.

**Pueri.** — Quinam, 888, a. De eorum admissione ad sacram Communionem, 953. De eorum religiosa institutione, 642, sq. Parochi officium, 1124.

**Punctatores.** — In Capitulis designandi, 803, d.

**Purificatoria.** — A quibus tangenda aut abluenda, 1449.

**Pyxis.** — Ejus confectio et ornatus, 962.

## Q

**Quadragesima.** — Conciones habendæ, 1128, d. Leges jejunii et abstinentiæ, 699, b. Sollemnis matrimonii benedictio prohibita, 1051.

**Quadragesima horarum supplicatio,** 965.

**Quarta funeraria** parochi solvenda. — *Cf. v. Portio paræcialis.*

**Quasi-domicilium.** — Acquisitio, effectus, amissio, 886, sq.

**Quasi-parochi.** — Ubinam constituendi. 879. Sunt amovibiles, 1157. Obligatio offerendi Missam pro populo, magis restricta, 1106, c.

**Querela nullitatis** contra sententiam, 1668, sq. Quis possit eam interponere, 1670.

## R

**Raptus.** — Matrimonii impedimentum dirimens, 1028.

**Receptio sodalium** in piis associationibus, 1369.

**Recidivi.** — Sensu juris pœnalis, 198, d. In eos ad augendam pœnam præcipi potest Vigilantia, 280; vel fieri correptio judicialis, 278, b.

**Recognitio judicialis,** seu accessus ad rem vel ad locum, 1636.

**Reconciliatio.** — Ecclesiæ, 1419; Cœmeterii, 1462, a.

**Reconventio.** — Quando, et quomodo proponenda, 1594, sq.

**Rectores ecclesiarum.** — Nominatio, 1186. Jura et officia, 1187, sq. Amovibilitas, 1191

**Recursus.** — In suspensivo aut in devolutio, 315. — *Cf. v. Appellatio.*

**Reductio onerum** quæ pias fundationes gravant, 1520, sq.

**Reformatio** in religiosis institutis, 1287.

**Regula.** — In religiosis Institutis, 1256, sq.

**Regulæ juris** in libris Decretalium, 134, d. Regulæ interpretationis, 90, sq.

**Regulares.** — Proprie dicti, 1198, a, 7°. Titulus Ordinationis, 394. Natura votorum, 1203, sq. — *Cf. v. Religio, etc.*

**Religio.** — Diversitas religionum unde oriatur, 1202. Religio juris Pontificii aut diœcesani; Religio exempta, clericalis, votorum simplicium aut sollemnium. Congregatio vel domus religiosa, 1198, a. — *Cf. v. Religiosi, Votum, etc.*

**Religiosi.** — Natura status religiosi, 1198, sq. Approbatio Institutorum, 1207, sq. Admissio in religionem, 1215, sq. Obligationes religiosorum, 1243, sq. Religionum regimen, 1284, sq. Privilegia, 1311, sq. Egressus e religione, 1332 sq. Dimissio,



religiosorum, 1343, sq. — *Cf. v. Novitiatuſ, Profefſio, Parochuſ, Exemptio, etc.*

**Reliquiæ.** — Inſignes aut non inſignes, 709. Earum cultuſ, 710, ſq. Reliquiæ in conſecratione altariſ, 1436.

**Remedia pœnalia** et pœnitentiæ, 276, ſq.

**Remotio** Parochorum inamovibilitatiſ aut amovibilitatiſ, 1158, ſq. — *Cf. v. Amovibilitas.*

**Renovatio.** — Conſenſuſ matrimonialiſ, 1057, ſq.; Votum in religione, 1241.

**Renuntiatio.** — Exprefſa vel tacita, 317. Reſignationeſ prohibitiæ, 319. Requiſita ad validitatem, 320, ſq. Effectuſ renuntiationiſ, 321. Renuntiatio parœciæ, 1158, ſq. Privilegiuſ, 107, a. Renuntiatio a religioſiſ faciendâ ante profefſionem ſolemneſ, 1246.

**Reparationeſ eccleſiæ.** — Cui incumbant, 1403; 1424.

**Reſcripta.** — Natura, diviſio, interpretatio, exſecutio, effectuſ, 480, ſq. Clauſulæ reſcriptiſ oppoſitiæ, 490; 546. — *Cf. v. Obreptio, Subreptio, Diſpenſatio, etc.*

**Reſervatio.** — Beneficiuſ, 1528. Peccatorum, 981, ſq. Potentiâ Ordinariorum, 983, ſq. Ceſſatio reſervationiſ, 985. Reſervatio ſenſurarum, 227, ſq. Reſervatio iuriſdictioniſ in genere, 314. Cardinaleſ reſervati in pectore, 106.

**Reſidentia.** — Quod ſpectat

ad Cardinaleſ, 509; ad Episcopos, 719, ſq.; ad Canonicos, 823; ad Parochos, 1085, ſq.; ad Superioreſ religioſoſ, 1291, b.; ad Vicarioſ et Præfectoſ apoſtolicos, 566; ad Vicariuſ Capitulareſ, 873; ad Vicarioſ foraneos, 856, e; ad Vicarioſ parœcialeſ, 1174, c. Pœnæ, 1088. Moduſ procedendi contra clericos non reſidenteſ, 1809, ſq.

**Reſ judicata.** — Quando habetur. Quæ nunquam tranſeant in rem judicatam, 1663.

**Reſtitutio.** — An et quando ad eam teneantur adminiſtratores bonorum eccleſiaſticorum, 1499, e; beneficiarii, 252; Religioſæ quoad dotem, 1222, e; parochuſ potioreſ permiſſiſ exigentiſ præſtationeſ, 914, c; uſurpanteſ bona eccleſiaſtica, 1489.

**Reſtitutio in integruſ.** — Quibuſ et ob quam cauſam concedenda, 1593. Adverſuſ ſententiã, 1673, ſq.

**Revocatio.** — Legiſ, exprefſa aut tacita, 97; Privilegiuſ, 108; Reſcripti, 496, c.

**Rituſ.** — In Sacramentiſ conficiendiſ, adminiſtrandis aut ſuſcipiendiſ, 911. Sac. Cong. Rituſ, 539. Rituſ orientaleſ, 578. — *Cf. v. Baptiſmuſ, Confirmatio, Eucharitiã, etc.*

**Romanuſ Pontifex.** — Electio, 477, ſq. Iuriſdictio, 457, ſq. Principatuſ temporalis, 473. Juſ in temporalia Principuſ, 472.

**Rota Romana.** — Inſtitutio, competentia, 548, ſq.

## S

**Sacramenta.** — Parochorum cura et officia, 910, ſq. Sacramentorum iteratio, 912. Congregatio de diſciplina ſacramentorum, 535. Moduſ procedendi contra parochuſ negligentem, 146, ſq. — *Cf. v. Baptiſmuſ, etc.*

**Sacramentalia.** — Quid ſint, 106. Eorum miniſter, 617, ſq.

**Sæcularizatio.** — Indultuſ, ſæcularizationiſ, 1334.

**Sanatio in radice.** — Quæ matrimonia ita ſanari poſſint, 1060.

**Sancta Sedes.** — Quid hoc nomine veniat in Codice, 525, a.

**Sanctitaſ vitæ.** — Clericis neceſſaria, 413, ſq.

**Sanctum Officium.** — Institutio, competentia, 533, sq.

**Scapularia.** — Ipsis sufficere potest numisma specialiter benedictum, 746, e.

**Schismatici.** — Quinam, 49, d; 51. — *Cf. v. Hæretici.*

**Scholæ.** — Non ad Statum primario jure pertinent, 642. In ipsis religiosa doctrina non omitenda, 643. Ordinariorum officia, 645. Scholæ neutræ damnantur, 646, sq. Scholæ catholicæ a catholicis condendæ, 648. Parentum jura et officia, 649.

**Scholastica philosophia.** — In Seminariis, 356, et in religionibus clericalibus edocenda, 1270, c.

**Scriptura sacra.** — Studium in Seminariis, 357, d. Censura prævia, 624; 627. Prohibitiones, 632, a; 637, c.

**Scrutinium.** — In electionibus peragendum, 288.

**Secretaria Status.** — Triplici parte constat, 555. Secretaria brevium, 556.

**Secretum.** — In judiciis, 1569. — *Cf. v. Testes, Curia, etc.*

**Seminarium.** — Ecclesiæ jura 342, sq. Erectio et administratio, 344. Admissio et institutio alumnorum, 353, sq. Eorum dimissio, 362. Exemptio a jurisdictione parochi, 361. — Congregatio de Seminariis et studiorum Universitatibus, 542.

**Sententia.** — Declaratoria, 204; interlocutoria aut definitiva, 1659. Certitudo requisita, 1659, c. Sententia judicialis, quando et qua forma exaranda, 1660, sq. Ejusdem publicatio, 1662; executio, 1675, sq. **Sententiæ a quibus appellatio non datur**, 1664, a. Sententia in causis matrimonialibus, 1697. — *Cf. v. Judex, Appellatio, etc.*

**Separatio conjugum.** — An fieri possit, et quas ob causas, 1053, sq.

**Separatio Ecclesiæ et Status.**

— Quid de ea sentiendum, 26, sq. Separatio in Gallia, 169.

**Septimæ manus testimonium in causis matrim.**, 1694, e.

**Sepulcra.** — Particularia, 1464. Sacerdotum et clericorum, 1465; infantium, 1465. Sepulcrum pro tumulatione eligendum, 1073. — Sepulcrum reliquiarum in altaris consecratione, 1437.

**Sepultura.** — Jus Ecclesiæ, 1459, sq. Parochi jura et officia, 1061, sq. Sepultura quibusdam deneganda, 1078, sq. — *Cf. v. Funera, Cæmeterium, Crematio, etc.*

**Sequestratio rei.** — A judice obtinenda, 1586, sq.

**Sigillum.** — Paroeciale, 1134, d. Sigillum Vicarii foranei, 856, f. Sigillum sacramentale, 975.

**Signatura Apostolica.** — Supremum tribunal, 550.

**Simonia.** — Quid sit, et quibus pœnis plectatur, 1391. Simonia in beneficiorum collatione, 1531, a.

**Societas.** — Perfecta, imperfecta, 16, sq. Societas ecclesiastica, 19, sq. Subordinatio societatis civilis, 23, sq. Utriusque societatis concordia necessaria, 25, sq. Societates ab Ecclesiæ damnatæ, 1373. Societates viventium in communi absque votis, 1359, sq.

**Sodalitates.** — Tertiariorum, 1374. Confraternitates et piæ Uniones, 1379, sq. Archiconfraternitates, 1387, sq.

**Sollemnitas.** — Nuptiarum, 1051; votorum, 1203, sq.

**Sollicitatio in confessione.** — Obligatio denunciandi, 978. Pœnæ in falso denuntiantes, 978, b. **Processus in causis sollicitationis**, 979, sq.

**Spolium.** — Actio et exceptio spoli, 1599.

**Sponsalia.** — Requisita ad earum validitatem, 998.

**Statuta.** — Capitularia, 812,

**Q.** Diœcesana, 663, sq. Associationum piarum, 1366. Conaternitatum, 1383.  
**Sterilitas** matrimonium non impedit, 1024, b.  
**Stipendia Missarum.** — *Cf. v. Missa, Pundationes, etc.*  
**Studia.** — Ecclesiastica clerics necessaria, 415, sq. Ratio studiorum in Seminariis, 354, q.; in Religionibus clericalibus, 270, sq.  
**Subdelegatio.** — Aliquando permessa, 332. — *Cf. v. Jurisdictio.*  
**Subdiaconatus.** — Ætas requisita, 377, b. Professio fidei a promovendis emittenda, 50, 7°; *ibis*, b, 1°. — *Cf. v. Ordinatio.*  
**Subreptio.** — An officiat validitati rescriptorum, 483; 1012, d.  
**Suffragia.** — Apud personas orales collegiales, 822. — *Cf. v. Electio, Concilium, etc.*  
**Suicidium.** — Deneganda seultura, 1079, c.  
**Supellex.** — Ecclesiæ, 1442, q. Quis providere debeat, 1443. Sacræ supellectilis benedictio,

1447; et exsecratio, 1448. Supellex Cardinalis defuncti, 1444; Episcopi residentialis, 1445; defuncti clerici, 1446. Supellex ecclesiarum ad normam juris civilis in Gallia, 1425.

**Superiores** in religiosis Institutis. — Electio, potestas, modus regiminis, 1284, sq. Superiores majores 1198, a, 8°. — *Cf. v. Religio, Novitatus, Confessarius, Ordinatio, etc.*

**Supputatio temporis.** — Normæ generales, 95. — *Cf. v. Jejunium, Abstinentiæ, Indulgentiæ, etc.*

**Suspecti de hæresi.** — Quinam habeantur, et quibus pœnis obnoxii, 52.

**Suspensio.** — Variæ species, effectus, 249, sq. Suspendio ex informata conscientia, 270, sq.

**Synodus diœcesana.** — Notio, 653. Utilitas, 654. Convocatio, 655, sq. Celebratio, 658, sq. Officiales, 659. Sessiones, 660. Congregationes, 661. Electiones in ipsa habendæ, 662. Statuta synodalia, 663, sq. — Synodi Episcoporum, 764, sq.

## T

**Tabernaculum** ad custodiam S. Eucharistiæ, 961.

**Taxa.** — Pro variis actibus jurisdictionis voluntariæ, vel pro executione rescriptorum sedis Apostolicæ, vel occasione ministracionis sacramentorum sacramentalium, 914. Pro cathedratico, 761. Pro funeribus, 883, sq. In dispensationibus matrimonialibus, 1013. Ad quem pertineat manuales stem Missarum definire, 1116. Tributum pro Seminario, 345. Pœnæ contra augentes taxas ut ultra eas aliquid exigentes, 14, c.

**Tempora sacra.** — Potestas Episcoporum, 694, sq. — *Cf. v. Dies festi, Jejunium, etc.*

**Tempus.** — Supputatio temporis. Normæ generales, 95.

**Tertii Ordines.** — Eorum erectio, 1374, sq. Tertiariorum obligationes et privilegia, 1378.

**Testamenta.** — Ad pias causas, 1481. Reductio, moderatio, commutatio ultimarum voluntatum, 1521.

**Testes in judiciis.** — Quinam ab obligatione respondendi eximuntur, 1621. Testes non idonei, 1622. Inducti aut sponte comparentes, 1623. Citatio, 1625. **Jusjurandum**, 1626. **Examen**, 1627, sq. **Testimoniorum** evulgatio, 1631. Indemnitas debita, 1632. Testimoniorum æstimatio, 1633.

**Testimoniales litteræ** pro sacra Ordinatione, 398, sq.

**Theologia.** — Differt a jure canonico, 7. Cursus theologicus in Seminariis, 357. Theologia pastoralis, 358.

**Theologus canonicus.** — Officium, electio, 816, sq.

**Titulus.** — Ecclesiæ, 1413; altaris, 1432. — Titulus Ordinationis, 392, sq. — Titulus pro adipiscendis officiis necessarius, 299; sq. Tituli falsi, 307, sq. — Titulus piæ associationis, 1366, b.

**Tolerantia** quarumdam libertatum, 35, sq.

**Tonsura.** — A clericis defendenda, 418, sq.

**Transactio.** — Modus controversias dirimendi, 182.

**Translatio.** — Clerici de uno ad aliud officium, 323, sq. Translatio parochorum, 1170, sq. — Translatio parœciæ aut alterius beneficii, 899.

**Tribunalia.** — Eorum ordinatio, 1549; varii gradus, 1555. Disciplina in iis servanda, 1653. Tribunalia Sanctæ Sedis, 544, sq. — *Cf. v. Judex, Causa, etc.*

**Tributa.** — Episcopo solvenda, 762, præter cathedraticum, 761. — *Cf. v. Taxa, oblationes, etc.*

## U

**Uctiones** in administratione Extremæ Uctionis, 993.

**Unio beneficiorum.** — Extinctiva; æque aut minus principalis, 896.

**Universitates.** — Catholicæ, 363. — Universitates Gubernii, 364.

**Usurpatio** bonorum ecclesiasticorum, quibus pœnis plectatur, 1489.

**Uxor.** — Quod attinet ad domicilium, 888, c; ad ritum, 578, b; ad statum familiæ, 996, b; ad electionem sepulturæ, 1063.

## V

**Vacatio officii aut beneficii,** 1543, sq. — *Cf. v. Officia.*

**Vacationes.** — Canonicorum, 823; Episcoporum, 721; parochorum, 1087.

**Vagi.** — Proprius eorum parochus vel Ordinarius, 887. Leges quibus tenentur, 75. Quod attinet ad Absolutionem sacramentalem, 968, d; ad Matrimonium, 1006, d; ad Forum, 1548, b.

**Venatio.** — An sit clericis interdicta, 432, d.

**Versiones.** — Sacræ Scripturæ, 627. — Librorum versiones quoad præviam censuram, 624, a. — Versiones orationum seu precum, quoad indulgentias, 742, d.

**Vexilla.** — An possint admitti in ecclesia, 1420, c.

**Viaticum.** — A paracho ministrandum, 945, sq.

**Vicarii.** — Apostolici, 561, sq. — Vicarii generales, 836, sq. Vicarii Capitulares, 863, sq.; 795. Vicarii foranei, 855, sq. Vicarii parœciales, 1173, sq.

**Vigilantia.** — Ad præcavendam aut augendam pœnam, 280. Concilium a vigilantia, 50 *bis*, g.

**Vinculum matrimoniale.** — Impedimentum dirimens, 1025. Matrimonium non consummatum, dissolvi potest, 1053, b. Privilegium Paulinum, 1054. Vinculi defensor, 1561; 1693.

**Violatio.** — Ecclesiæ, 1416, sq.; Cœmeterii, 1462, a.

**Vis.** — In ordine ad delicta, 193, f; ad Contraetum, 1502; ad Matrimonium, 1038; ad ingres-

um in Novitiatum, 1218 ;  
223, c ; ad Ordines recipiendos  
12.

**Visitatio diœcesis.** — Ab  
Episcopo facienda, 726, sq. —  
a Metropolitana, 584, c. — Visi-  
tatio territorii a Vicariis Apos-  
tolicis, 566, a. — Visitatio cano-  
nica in religiosis Instituti,  
301, sq.

**Visitatio ss. liminum.** — *Cf. v.*  
*Limina Apostolorum.*

**Vita communis.** — In religio-  
is Instituti, 1251. — An sit  
laicis imposita, 1178.


**Vota religiosa.** — Votorum  
sollemnitatis, 1203, sq. Obligatio-  
nes ex voto castitatis, 1243, sq. ;  
ex voto paupertatis, 1245, sq. ;  
ex voto obedientiæ, 1253, sq.  
Professio simplex temporaria,  
perpetuæ præmittenda, 1237.  
Renovatio votorum, 1241. In-  
dultum sæcularizationis, 1334.

**Votum.** — Publicum, priva-  
tum, sollemne, reservatum, per-  
sonale, reale, mixtum, 752, sq.  
Voti cessatio, 754. **Votum impe-**  
**diens matrimonium,** 1017, aut  
illud dirimens, 1027.
















BRIGHAM YOUNG UNIVERSITY



**3 1197 21061 2997**

